



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Pars Prima, Continens Singvlaria Dominicarum, ac Feriarum, nec non Festorum quorundam (mobiliū) in quibusdam illarum celebrari solitorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**



PARS PRIMA,

Continens

SINGVLARIA

Dominicarum, ac Feriarum, nec non Festorum quorundam (*mobilium*) in quibusdam illarum celebrari solitorum.

TITULUS I.

De *Dominica I. Januarij*, nec non de *Dominica Epiphaniam* subsequente, &c.

*Dominica I. Januarij vacat*, si in eam cadat *Festum Circumcisionis*, aut *dies Octava S. Stephani Protomart.* aut *S. Joannis Apost.* aut *Ss. Innocentium M. M.* aut *Vigilia Epiphania*, aut ipsum *Festum Epiphania*, uti dicitur P. II. hujus Ephemerologij.



*Vigilia Epiphaniae* cadens in *Dominicam* non anticipatur ad praecedens *Sabbatum*, sed celebratur die suo, ut aliis; nimirum *al. Tit. XI.* ratione nimirum *Dominica* occurrentis, quantumvis anno illò *hac Vacet*, ut paulò antè dictum, & pluribus dicitur P. II. die 5. Jan. Ubi reliqua ad *Vigilia Epiphaniae* celebrationem pertinentia declarantur.

quòd in *Missa Vigiliae* tunc dicitur.

Si

Si Epiphania venerit in Sabba-  
to, tunc in 2. Vesperis illius fit com-  
memoratio Dominica infra Octavam  
Epiphania cum Antiphonâ ad Ma-  
gnificat: *Remansit, &c.* Vers. *Omnes*  
*de Saba, &c.* Orat. *Vota &c.* uti ha-  
betur in Sabbato infra Octav. Epiph.  
Rubric propr. post 2. Vesp. Epiph.

Dominica cadens in diem 6. Ja-  
nuarij, hoc est, in Festum Epiphania,  
anno illo Vacat juxta jam dicta, &  
dicenda, fit tamen tunc Sabbato se-  
quente de Dominica I. post Epiph.  
modò post referendò.

Infra Octavam Epiphaniae si oc-  
currat Festum duplex, vel semidu-  
plex, transfertur id post Octavam  
( nisi fuerit Festum Patroni, vel Ti-  
tularis Ecclesiae, vel Dedicationis ejus-  
dem ) de simplicibus verò infra Octa-  
vam hanc occurrentibus fit tantum  
commemoratio; tum quia in Ru-  
brica particulari Octavae illi praefixa  
( ac loquente non tantum de unico  
illo Festo simplici, quod 11. Janua-  
rij in Ecclesia universalì infra hanc  
Octavam occurrit, sed de Festis sim-  
plicibus in plurali, seu universaliter  
ac absolute ) solius faciendae de sim-  
plici occurrente suis locis comme-  
morationis, non autem dicendae e-  
riam nonae de eo Lectionis fit men-  
tio; tum quia Directoria quoque  
Particularia diversarum Dioceseon  
à me inspecta simplicibus Festis infra  
hanc Octavam occurrentibus nun-  
quam propriam Lectionem, sed

commemorationem duntaxat in Of-  
ficio assignant, quod signum mihi  
est, infra Octavam hanc de simplici-  
bus non solere ex Ecclesiae more  
nisi solam fieri commemorationem,  
non obstante, quòd tam pro Lectio-  
ne propria de S. Hygino, quam e-  
riam de Sanctis dictarum Diocese-  
seon, non minus amplam materiam,  
quam pro proprijs Lectionibus sim-  
plicium, mox post Octavam Epipha-  
niae occurrentium, Ecclesiastica Hi-  
storia, ac Sanctorum Gestis authen-  
tica subministrarent: sed haec salvò  
meliori aliorum judiciò.

Quomodo verò ordinandum  
sit Officium infra hanc Octavam,  
dicetur infra P. II.

Sabbatò infra Octavam Epipha-  
niae ( nisi Epiphania venerit in Do-  
minica ) à Capit. fit de Dominica in-  
fra Octavam Epiph. ut ibi notatur,  
cum Commemoratione Epiphaniae  
per Antiphonam, quae occurrit se-  
cundum ordinem Dierum infra O-  
ctavam, & Versum: *Omnes de Sa-  
ba venient, Alleluja, &c.* nisi dicta sit  
Antiphona: *Omnes de Saba venient,*  
*&c.* ( uti contingit, si Sabbatum il-  
lud incidat in quintam diem infra  
Octavam Epiphaniae ) tunc enim lo-  
cò Versus: *Omnes de Saba venient Al-  
leluja, &c.* dicitur *Adorate Deum,*  
*Alleluja. Omnes Angeli ejus. All. ut ibi.*

Dominica infra Octavam Epipha-  
niae, seu Prima post Epiphaniam, in  
quacunque diem Octavae ea inci-  
deri

derit ( nisi Festum Epiphaniæ venerit in Dominica ) Officium totum dicitur de Epiphaniæ, præter Lectiones, Capitula, & Antiphonas tum ad *Benedictum*, tum etiam ad *Magnificat*, nec non *Orationem*, quæ dicuntur de *Dominica infra Octavam*, cum Commemoratione de Epiphaniæ, in utroque Vesperis, Laudibus, ac Missa, ut ibi: in I. verò Nocturno tunc ponitur Epistola 1. ad Corinthios, quæ exstat in Breviario post Octavam Epiphaniæ sub Titulo: *Dominica I. post Epiphaniam, quæ est infra Octavam* ( atque de ea legitur etiam sequentibus diebus, Lectionibus, quæ aliquando supersunt de Epistola ad Romanos, eò annò prætermittis ) in II. & III. Noct. autem leguntur tunc Lect. positæ ibidem in *Domin. infra Oct. Epiph.* In Missa [ quæ incipit *In excelso throno* ] dicuntur tant. Or. *Gav. To. I. P. 4. Tit. 3.*

Quòd si dies Octava Epiphaniæ incidat in Feriam 2. tunc pro Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis diei Octavæ dicitur Versus: *Omnes de Saba venient Alleluja, &c.*

Post Dominicam infra Octavam Epiphaniæ ( quando Epiphaniæ non incidit in diem Dominicam ) continuantur dies octavæ eodem numero, quo notantur, perinde, ac si Dominica non intercessisset, modò inferius P. I. die 7. Januarij exemplificandò.

Quando autem Epiphaniæ ve-

nit in *Dominica*, tunc Sabbato sequenti ( id est proxime diem octavam Epiphaniæ præcedente ) nisi in illud incidat alicubi *Festum Patroni*, aut *Titul. Ecclesiæ* vel hujus *Dedic. Offic.* cum Missa fiet de *Dominica infra octavam Epiphaniæ* in hunc modum: Feria VI. Sabbatum illud præcedente Vesperæ à Capitulo dicentur de *Dominica* cum Commemoratione *Octavæ*: pro Officio autem Sabbati subsequenti in I. Nocturno Matutini Lectiones sumentur ex *Epistola ad Romanos*, ut ibi, *Epistola* verò ad *Corinthios* tunc primum ponitur ipsa die *Dominica* in officio *Octavæ*, idque ex ordinatione Gelasij Papæ; eò quòd *Initia Librorum S. Scripturæ*, quoad ejus fieri potest ( inquit Gavantus ) magè congruant diei *Dominicæ*, quæ est initium *Hebdomadæ*, quàm *Sabbato* ( ad quod tunc anticipatur *Officium Dominicæ* ) aut alteri diei. Lectiones II. & III. Nocturni, ac reliqua *Dominicæ* infra Octavam propria, dicuntur pariter ut ibi; Cætera verò, uti infra octavam Epiphaniæ usque ad Vesperas illius Sabbati exclusivè: hæc enim, quando Epiphaniæ venit in *Dominicâ*, integræ dicuntur illò Sabbatò de *die octava Epiphaniæ* sub Ritu *duplici*, recitando omnia, uti in 1. Vesperis Epiphaniæ, excepta *Oratione propria* ( *Deus cuius unigenitus, &c.* ) quæ dicitur, uti notatur in die octava Epiphaniæ, cum

Commemoratione Dominicæ infra octavam : Cætera verò (etiam octavam, eò Sabbatò celebratæ, per Antiphonam : *Fili quid fecisti, &c. V. Omnes de Saba, &c.* Oratio : *Vota quasumus Domine, &c.* juxta mox amplius declaranda. Itaque

Si dies octava Epiphaniæ venerit in Dominica, nihil fiet de Dominica in ipsa die octava Epiphaniæ, sed tantum in 1. Vesperis diei octavæ Epiphaniæ (quæ, excepta oratione propria, dicentur sicut in 1. Vesperis Epiphaniæ) fit sola Commemoratio pro secundis Vesperis Dominicæ infra Octavam, utpote de qua celebratum fuerat Officium eo die, nisi in eo occurrerit Festum Patroni, aut Titularis Ecclesiæ, vel hujus Dedicatio, de quo casu, ac ordinando tunc officio vide infra P. II. die 12. Januarij : fit autem Commemoratio illa de Dominica juxta paulò antè dicta per Antiphonam, *Fili quid fecisti, &c.* & Versum : *Omnes de Saba, &c.* Qui versus etiam dicitur, quando Octava Epiphaniæ venerit in Feria 2. pro Commemoratione Dominicæ in primis Vesperis diei Octavæ, ut supra annotatum.

Quando Dies Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, tunc ea Dominica juxta sæpiùs dicta Vacat, atque ad eò in ipsa nihil fit de Dominica, sed totum officium fit de die octava Epiphaniæ recitando ad Matutinum (ut suò locò dicitur) Invitatorium, Hymnum, & Psalmos, uti

infra octavam : Cætera verò (etiam Responsorium 1. *Hodie in Jordane*) sicut in die Epiphaniæ, præter Orationem, & Lectiones : nam in I. Nocturno ponitur tunc *Initium Epistolæ 1. ad Corinthios*, & legitur de ea etiam sequentibus diebus. In II. & III. Nocturno autem dicuntur ea, quæ die octava Epiphaniæ pro 2. & 3. Nocturno assignantur in Breviario Romano die 13. Jan.

Quæres : Cur, quando Epiphania occurrit in Dominica, de Dominica infra octavam Epiphaniæ fiat prædictò modò in Sabbato præcedente diem octavam? An non enim (inquiet Nonnemo) satis foret in ipsamet die Octava, quæ occurrit in Dominica, facere quidem officium de die Octava, de Dominica autem 1. post Epiphaniam facere solummodo Commemorationem cum 9. Lectione de Dominica 1. post Epiphaniam; sic enim (perinde ac in alijs duplicibus per annum, occurrentibus in aliqua Dominica, fieri solet) & *Diei Octavæ*, & simul *Dominicæ 1. mæ* satis fieret. Verùm respondet Gavantus : id eò fieri, ne ordine perverlo vitæ Christi, quæ ab Ecclesia repræsentatur in officio Divino per totum annum, Christus legatur trigelimum annum agens, antequam repræsentetur duodennis; nam si in die Octava, quæ habet Evangelium de Baptismo Christi, fieret Commemoratio de Dominica

1. ma post Epiphaniam, quæ habet Evangelium de Christo duodemi, tam in Officio, quàm in Missa, legeretur prius Evangelium de die Octava, quàm de Dominica, quod esset inconueniens, & ordo peruersus: fiat ergo (inquit) officium de Dominica in Sabbato, in qua Christus est duodemis; deinde sequenti die fiat de die Octava, in qua est tricenarius, & sic ordo seruetur historicus Vitæ Christi. Cur autem Lectiones Epistolæ 1. ad Corinthios ex Decreto Gelasij Papæ ponantur tunc primum in ipsa Dominica 1. ma post Epiphaniam, non autem in officio Dominicæ, si de hoc fiat in

Sabbato, dat supra allatam rationem: Quia nempe *Initia Librorum Scripturæ*, quoad ejus fieri potest, magis congruunt *Diei Dominicæ* (quæ est *Initium* Hebdomadæ) quàm alijs diebus &c.

Quando dies octava Epiphaniæ venerit in Feria 2. pro Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis diei octavæ Epiphaniæ: dicitur Versus: *Omnes de Saba venient, Alleluja*, ut sæpius jam annotatum.

Quando denique dies octava venerit in Sabbato, in 2. Vesperis diei octavæ fiet Commemoratio Dominicæ II. post Epiphaniam.

## TITULUS II.

### De Sabbatis post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam generatim.

**S**ABBATO PRIMO post Octavam Epiphaniæ, uti & reliquis deinceps Sabbatis usque ad Quadragesimam (nisi occurrat *Festum 9. Lectionum*, aut *Vigilia*, aut fieri debeat de *Feria*, propter officium *alicujus Dominicæ*, infra hebdomadam ponendum, juxta Rubricam de Dominicis (ut partim jam dictum, partim paulò post dicetur) fit officium de S. Maria hoc modo: In Vesperis Feriæ 6. tæ dicuntur Psal. Ferial. in Psal. pro ea

positicum suis Ant.; à Capitulo autem fit de S. Maria in Sabb. uti suò locò post Commune SANCTORUM notatur, nisi Feriâ illâ sextâ fuerit *Festum 9. Lectionum*: tunc enim de S. Maria fit tantum Commemoratio in prædictis Vesperis, cum Antiphona, Versiculo, & Oratione, ut ibi: quæ tamen Commemoratio omittitur, quando Feriâ sextâ occurrat *Festum Purificationis*, vel aliud ejusdem *B. V. M. Officium*. Post Orationem (quæ, uti & Antiphona;

A 3

va-

variatur pro varietate Temporis, vel antecedentis, vel subsequenter Purificationem) non sit alia, seu ulterior Commemoratio de B. V. posita inter Communes, sed post eam Orationem sunt tantum Commemorationes consuetæ de Apostolis, & de Pace, &c. eò modò quò infra P. II. die 14. Januarij dicitur, antequas tamen sit Commemoratio de Festo simplici, si quod cras occurrat. Quòd si Feria 6.ta præcedente Vesperæ dicantur de aliqua Virgine, aut Muliere ( v. g. de S. Agatha ) tunc pro Commemoratione B. Mariæ in Sabbato non est dicendus Versus: *Diffusa est gratia, &c.* in Vesperis illius Feriæ VI. præcedentis, utpote jam dictus ratione Festi, sed locò illius, utpote jam dicti, sumendus pro Commemoratione de B. V. in Sabbato Versus: *Benedicta tu, &c.* ex hujus Laudibus, juxta Rubric. general. IX. n. 8.

Si Sabbatum crastinum sit dies prima mensis non impedita Festo 9. Lctionum, tunc hodie in Choro dicuntur Vesperæ Defunctorum, cras verò tertium Nocturnum, & Laud. Defunet. pro eo mense, ut P. II. &c.

*Completorium* Feriæ illius festæ pariter dicitur, ut in Psalterio, nisi quòd in fine Hymni: *Te lucis ante terminam*, dicatur: *Jesus tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, &c.* etiam in Vesperis ( ob occurrens Festum 9. Lctionum ) forsitan sit tan-

tum facta Commemoratio de B. V. Idem faciendum in Hymno Vesperarum, nisi sit diversi metri, aut propriam habeat clausulam, in casu, de quo *Gay. To. 2. f. c. 6. n. 15.*

Ad *Matutinum* officij de B. V. Maria in Sabbato quòd attinet, dicitur Nocturnum Sabbati, ut in Psalteriis, excepto *Invitatorio*, *Hymno*, & *Versiculo*, ac Reliquis deinceps, quæ dicuntur ( usque ad NONAM inclusive, qua terminatur hoc officium ) uti notantur in officio de B. Maria in 'abbato, cum variatione tamen *Orationis*, & *Antiphonarum*, ad *Laudes*, & ad *Benedictus* ( pro variatione Temporis antecedentis, & subsequenter Purificationem ) nec non *Lctionis* tertiæ, quæ pariter est alia alio atque alio Mense, at tamen semper de B. V. ex mense corrente, non autem de Festo simplici, si quòd tali Sabbato occurrat: de hoc enim in officio & Missa de B. V. in Sabbato sit tantum Commemoratio, non autem dicitur tunc de eo *Lctio*, etiam si alioquin *Lctionem* habeat propriam. *Missæ* sumitur ex *Votivis* de S. Maria, & quidem usque ad Purificationem dicitur illa, quæ est à *Nativitate* Domini usque ad Purificationem, post Purificationem verò illa, quæ est à Purificatione usque ad *Pascha*; dicitur autem cum *Gloria* sine *Credo*. *Orationes* de S. Spiritu. 3. *Ecclesie tue*, vel pro *Papa*, nisi faciendæ sit *Commemoratio*

ratio de Festo simplici occurrente, tunc enim Oratio 2. esset de simplici, 3. de S. Spiritu, nisi hæc quoque per 2. Commemorationem alterius simplicis faciendâ extrudatur. Quod si ratione mensis dicendum sit *Fidelium*, id semper (etiam in occurflu Festi simplicis) dicendum est penultimò locò, sive 3. sive 5. dicantur Orationes. Præf. dicitur de B. V. *Et se in Veneratione B. V. Mariae, &c.* In fine: *Ite.* Col. alb.

Si in Sabbatum aliquod ante Quadrag. incidat prima dies Mensis non impediat Festo 9. Lctionum, tunc (nisi ejusmodi Sabbato resumenda sit Missa Dominicæ suo locò celebrari impediat) in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur duæ Missæ conventuales, una post PRIMAM generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, ac alijs, uti norantur in *Missâ quotidiana pro Defunctis*; Altera post Sextam de B. Virgine in Sabbato cum Commemoratione simplicis, si quod occurrat, & 3. locò dicendo orationem de S. Spiritu, alioquin hæc erit 2. & 3. *Ecclesiæ* vel pro Papa. In Ecclesijs verò nec Cathedralibus nec Collegiatis, ac Missis privatis dicitur Missa de die, h. e. de S. Maria in Sabbato, faciendo tamen mediante Orat: *Fidelium* (dicendâ penultimò locò) Commemorationem generaliter pro Defunctis. *Rubr. general. Missal. Tit. 5. & 55.* Quod

si quis in Sabbato, quo fit officium de S. Maria in Sabbato, legat Missam Votivam de aliquo alio Sancto, non debet dicere *Gloria* (nisi sit Votiva de Angelis) neque Præfationem de B. V. idque ex Decreto S. R. C. 1684. 2. Dec. ut quidam asserunt; si autem quis vicissim in Sabbato, in quo non fit officium de S. Maria in Sabbato, sed de occurrente v. g. Festo semiduplici, aut Feriâ majore non privilegiatâ, vel Vigiliâ, legat Missam Votivam de B. Virgine (adeoque puram ac propriè dictam de ipsa Votivana) tunc in Missa illa Votiva, etiam privata, de B. V. in Sabbato dictâ dicere debet *Gloria*, non tamen *Credo*: patet ex Missali Rom. Tit. 3. n. 4. olim mendosè (ut ibi notat Gavantus) impresso. Dixi autem: *in Sabbato dictâ*; nam in Missis votivis privatis de B. M. V. extra Sabbatum dictis non modò non dicitur *Credo*, sed nec *Gloria*, ut norat, ac ex eadem Missalis recogniti Rubrica probat Gavantus proximè allegatus; siquidem illa Missis votivis privatis non nisi *in Sabbato* dictis de B. V. id privilegium tribuit; ut nempe cum *Hymno Angelico* dicatur, idque ideo, quia Sabbatum specialiter dicatum est B. M. V. per ea, quæ narrat Gav. Tom. 1. P. 1. titul. 4. n. 2. ubi etiam, uti & To. 2. S. 8. c. 6. ostendit, Missam quæ de B. V. in Sabbato ratione officij, quod



quod est de præcepto, dicitur, non esse, nec posse dici propriè votivam; tum quia concordat cum *Officio*, quod Sabbatis non impeditis cum Missa (conventuali de B. V.) est de *Præcepto*, &c. tum quia Missa de B. V. in Sabbato ratione officij simplicis debet cantari post *SEXTAM* juxta Rubr. Gen. XV. n. 2. *Votivæ* autem Missæ post *NONAM*, ut *ibid* n. 5. Dicitur tamen *Gloria in Excelsis*, etiam in *Missæ de B. M. in Sabbato*, non quod sit propriè *Missæ votivæ de B. M. in Sabbato*, sed quia in officio illius diei dictum est *Te Deum*, per Rubr. Gen. 8. Missæ n. 3. vicissim esse Missam votivam propriè dictam, quæ in Sabbatis *Adventus* cantatur in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis de B. V. (adeoque hoc Titulo convenire illi *Hymnum Angelicum*, non tamen *Symbolum*, seu *Credo*) eò quod discordet ab officio, esto tam Ecclesia faciat Missam votivam de *præcepto* in ijs Ecclesijs, in quibus cantanda est Missa conventualis de Beata, ostendit sæpe citatus *Gavantus Tit. 4. n. 2. & Tit. 8. n. 4. lit. Z. Ar*

Petes 1. modò Quænam dicendæ sint orationes in ea Missa votiva, quam quis dicit de aliquo Sancto aliqua die Sabbati, quæ sit officium de B. Maria in Sabbato? R. Post orationem Missæ votivæ de Sancto juxta dicenda P. III. Tit. *De Missis votivis*, immediate ponendam esse

orationem, quæ dicitur in officio diei currentis, adeoque de S. Maria in Sabbato, 3. tiò verò locò illam, quæ alioqui in Missa diei currentis est secunda, nempe de S. Spiritu, nili occurrat *Festum simplex*; tunc enim 3. tia debet esse de Festo simplici; quòd si ratione mensis dicendum sit *Fidelium*, tunc istud ponendum est locò penultimò, sive dicantur tres tantum orationes, sive plures, quæ tamen in Missis privatis votivis semper dicendæ sunt numero impari, uti in Festis simplicibus.

Petes 2. Quænam dicendæ sint orationes 2. & 3. locò, si quis in ejusmodi Sabbato dicat votivam de S. Spiritu? R. 2. dam dici debere de B. V. in Sabbato, 3. tiam verò contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, nisi occurrat eo die *Festum simplex*, aut ratione mensis dicenda sit oratio *Fidelium*; nam si occurrat *Festum simplex*, 3. tia oratio in tali Missa erit de *simplici*; si autem ratione mensis dicenda sit oratio *Fidelium*, hæc rursus debet esse penultima. Præfatio verò in Missa votivæ de S. Spiritu dicitur uti in *Pentec.* omittis tamen verbis: *Hodierna die*, Ratio utriusque responsi constat partim ex dictis, partim constabit ex dicendis in Tit. *De Missis votivis*.

Ad *Vesperas* (nisi cras occurrat *Festum*, duplex aut dies *Octava* alicujus Festi, aut *Dominica Septuagesimæ* veniat in ipsa 1. *Dominica post*  
asta.

octavam Epiphaniæ) in Sabbatis, de quibus in Titulo, dicuntur Antiphonæ & Psalmi Feriales, uti in Vesperis Sabbati notantur in Psalterio; at verò Capitulum, & reliqua omnia dicuntur de Dominica, & quidem usque ad Septuagesimam, ut ibidem, excepta Oratione, quam singulis Dominicis propriam assignat Breviarium in PROPRIO DE TEMPORE: post eam, cum Commemoratione Festi simplicis ( si quod cras

occurrat) sunt Commemorationes consuetae, ut in eodem Psalterio, non tamen illa, quæ est de S. Cruce; quia Officium à Capitulo non amplius est Feriale, sed Dominicale, seu 9. Lectionum: ad Completorium tamen dicuntur preces, & reliqua, ut ibi, exceptis Dominicis infra octavas occurrentibus, in quibus preces illæ non dicuntur, uti nec suffragia, seu Commemorationes communes.

### TITULUS III.

#### De Dominicis, ac Ferijs post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam Septuagesimæ generatim.

**D**OMINICÆ post Epiphaniam usque ad Septuagesimam possunt esse vel ad summum Sex, vel ad minimum una; quò enim propior Epiphaniæ, vel ab ea remotior est SEPTUAGESIMA (quæ quidem major aut minor distantia à Pascharis mobilitate pendet) eò plures, vel pauciores sunt Dominicæ infra hoc tempus: positum ea propter est in Breviario Romano officium 6. Dominicarum post Epiphaniam: Quòd si alicui, vel aliquibus illarum post Epiphaniam celebrandis locus ordinarius non sit, tunc vel celebrantur Sabbato Septuagesimam præcedenti, vel transfe-

runtur post Dominicam 23. post Pentecosten, uti in Rubricam Generalibus Tit. 4. à n. 3. tum specialibus Brev. Rom. (nempe Dominica infra octavam Epiphaniæ, nec non ante Dominicam 1. post Epiph. & denique post Dominicam 23. post Pentec.) atque etiam à me, suis Locis annotatur.

Ad Feriale Officium istius temporis quod attinet, quando post octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrit fieri de Feria, officium fit ut in Psalterio, exceptis ijs, quæ sunt propria: Oratio verò dicitur de Dominica præcedente, & post eam Commemorationibus communi

munibus, seu suffragijs communi-  
bus Sanctorum, in fine Laudum ac  
Vesperarum præponitur Comemo-  
ratio de Cruce, posita ad finem Lau-  
dum feriae II. quæ Commemoratio  
de Cruce fit etiam in feriali officio  
tunc, quando Preces feriales non di-  
cuntur.

Resumitur quoque tunc *Missa*  
*Dominica præcedentis*, attamen sine  
*Gl. & Cr. Orat. 2.* usque ad Purifica-  
tionem: *DEUS, qui salutis aterne*  
*&c.* nisi ratione *Mensis*, aut *Feriae*  
2. dicendum sit *Fidelium* (tunc enim  
hoc dicitur 2. dō seu penultimō locō,  
3. tō autem *DEUS qui salutis &c.*)  
3. tō *Ecclesie tue*, &c. vel *DEUS om-*  
*nium Fidelium &c.* pro Papa: Post  
Purificationem verò Oratio 2. est à  
*cunctis*. 3. ad libit. nisi rursus ratio-  
ne *Mensis* aut *Feriae 2. dā* dicenda sit  
locō 2. Oratio *Fidelium* & 3. à *Cunctis*.  
In fine Missæ: *Benedicamus &c.* Col.  
Virid.

Porro in prædictis Ferijs inde fit  
de Feria, ubi desinit Officium præ-  
cedentis Diei, itā, ut, si præcedente

Die fuerit *Duplex*, vel *Semiduplex*,  
Officium Feriæ incipiat sequenti Die  
à Marutino; si autem præcedenti Die  
fuerit *Festum Simplex*, de Feria fiat  
à Vesperis illius præcedentis Diei in-  
clusivè: terminatur verò Officium de  
Feria, subsequente post eam *duplici*  
vel *semiduplici*, ad *NONAM*; subse-  
quente verò Festo simplici, de quo  
fieri debeat cras Officium, ad Capi-  
tulum Vesperarum; quia inde fit de  
de Festo simplici, absque ulla deinceps  
Commemoratione Feriæ, si quod  
sequatur; si nullum sequatur Fe-  
stum, nec cras faciendum sit de *B.*  
Maria in Sabb. habet Feria currens  
suas quoque Vesperas, ut in Psalterio.

Ad MATUTINUM Officij Ferialis  
unum tantum dicitur *Nocturnum*,  
cum 12. *Psalmis*, secundum ordinem  
Ferialium in Psalterio, & cum 3.  
*Lectioibus*, ac totidem Responsorijs,  
uti in PROPRIO de Tempore, & infra  
in Tit. de Ferijs. Quando autem, &  
quomodo dicendum sit Officium de  
S. Maria in Sabbato, dictum est supra  
Tit. præced.

## TITULUS IV.

### De Dominica II. post Epiphaniam.

**D**E DOMINICA II. post *Epipha-*  
*niam* semper fit Officium  
ante *Septuagesimam*, & hoc  
(ut Gav. observat) ex du-  
plici causa. Primo, ut ordine histo-

rico servato de Vita Christi legatur  
post ejusdem Baptismum primum  
Miraculum in Cana Galilææ factū,  
antequam quidquam aliud in se-  
quentibus Dominicis de eo narretur,

aut Officium, & Responsorialia Dominicarum post Epiphaniam semel saltem dicantur sub proprio tempore, & non omnino omittantur.

Porro aliter fit de ea Officium tunc, quando Dominica Septuagesimæ venit in Dominica proxima post octavam Epiphaniæ, & aliter tunc, quando in Dominicam illam proximam post octavam Epiphaniæ non cadit ipsa Dominica Septuagesimæ: Nam quando ipsa Septuagesima venit in 1. Dominica post octavam Epiphaniæ, tunc in 1. mo Sabbato post octavam Epiph. Dominica Septuagesimæ præcedente, non impedito Festo 9. Lectionum, aut eò per ejusmodi Festum impeditò, primâ Die post octavam Epiphaniæ, in qua non fit Festum duplex, fit de Dominica II. post Epiphaniam, Ritu tamen solummodo feriali in hunc modum: Officium (translato Festo semiduplici prima Die post octavam Epiph. occurrente, in primam Diem similiter non impeditam) fit de Feria occurrente, ut in Psalterio, nisi quòd in eo ponantur Responsorialia 1. mi Nocturni Dominicæ II. post Epiphaniam, & locò trium Lectionum de Scriptura occurrente legantur tres Lectiones de Homilia ejusdem Dominicæ II. cum ejus Antiphonâ (versu tamen ad Matutinum & Laudes sumpto ex Feria curr.) ad *Benedictus*, & Oratio, nec non cum Commemoratione Festi simplicis ( si quod

die illo occurrat ) sine tamen aliqua de eo Lectione, etiam si alioqui propriam aliquam habeat: resumuntur quoque suffragia consueta, seu Commemorationes communes, quibus omnibus præponitur illa, quæ est de S. Cruce, & ratione Mensis dicitur Officium Defunctorum ut infra: *Missa* quoque dicitur de Dominica 2. post Epiph. attamen sine *Gl.* & *Cr.* Orat. 2. *Fidelium* 3. *DEUS qui salutis æterna* &c. *Col. virid.* Ita Rubric. Breviar. præfixa Dominicæ 1. post Epiph. & adhuc expressius Rubr. Missal. præfixa Dominicæ 2. post Epiphaniam.

Cum verò Rubricæ modò allegatæ dicant, quòd in casu, quo Septuagesima incidit in Dominicam proximam post octavam Epiphaniæ, Officium, & *Missa* de Dominica II. post Epiphaniam modò paulò antè relatò dicenda sint vel in Sabbato Dominicam Septuagesimæ proximè præcedente ( uti Romæ, ac alibi observatum anno 1704 ) vel, si Sabbatum illud sit impeditum Festo 9. Lectionum, tunc primâ Die post octavam Epiphaniæ, in qua non fit Festum duplex semiduplici in eo occurrente translato in aliam Diem similiter non impeditam ( uti practicum est ab observantibus Rubricas 1693 ) ideo

Petes 1. mò quodnam semiduplex in prædicto casu ( supposito, quod Sabbatum Septuagesimam proximè

ximè antecedens sit impeditum Festo 9. Lectionum) sit transferendū, ut eo die fiat de Dominica II. post Epiphaniam? R. In Ecclesia Universalī, ac ijs in locis, in quibus Festum S. Hilarij est tantum semiduplex, transferendum esse Festum S. Hilarij, non obstante, quòd forte alicubi in eandem diem simul incidat dies infra Octavam; hæc enim juxta dicenda non impedit, quòd minus adhuc eo die in dicto casu fiat de Dominica anticipata, Festo semiduplici translato. In ijs verò Ecclesijs, in quibus Festum S. Hilarij aut est duplex, aut, eò translato, celebratur 14. Jan. Festum SS. NOMINIS JESU, vel aliud particulare Ritū duplici, transferendum esse in dicto casu Festum S. Pauli 1. Eremitæ, nisi & ipsum celebreretur Ritū duplici; tunc enim transferendum foret Festum S. Marcelli pro celebrandâ dictò modò illâ Dominicâ II. Ità enim non tantum docet Gavant: hic Tom. 2. Sect. 6. c. 8. num. 3. (reprehendens hac in parte errorem quorundam Directoriorum sui temporis) sed etiam apertè indicat Rubrica Missalis ultimò recogniti, superius citata. At

Petes 2. Quid agendum, si omnia per Hebdomadam Festa alicubi sint duplicia? R. cum cit. Gavant. num. 4. eo in casu satis esse in Sabbato illius Hebdomadæ facere Commemorationem Dominicæ II.

post Epiph. in Laudibus ac Missa, cum 9. de ead. Lectione, omisis anò illò Responsorijs de Tempore. Verùm ulterius

Petes 3. Quid ibi faciendum in dicto casu, ubi in ea Hebdomada celebratur octava, v. g. Dedicacionis Templi, uti fiebat hic Oeniponti anno 1693. quò prima die post octavam Epiphaniæ currebat etiamnum Octava Dedicacionis Templi? R. cum eod. Gav. n. 5. fieri tunc adhuc dictò modò debere de Dominica 2. post Epiphaniam prima die post octavam Epiphaniæ, non impedità Festo duplici; Quia enim dies infra octavam non privilegiatam cedit semiduplici, hoc autem, Sabbatò impeditò Festo 9. Lectionum, cedit in nostro casu Officio Dominicæ 2. hinc à fortiori etiam in simili casu cederet ei dies infra talem octavam: omittendæ tamen tunc erunt Preces, & suffragia, ratione Octavæ in Officio; & tam in Officio, quàm in Missa faciendâ erit currentis octavæ Commemoratio, eique etiam subjungenda Commemoratio Festi simplicis, si quod simul eo die occurrat.

Petes denique 4. cum Rubrica Brev. ac Missal. Roma. jam sæpius allegata dicat: Quando Septuagesima venerit in 1. Dominica post octavam Epiph. tunc in 1. mo Sabbato, non impeditò Festò aliquo 9. Lectionum, faciendum esse de Dominica

minica II. post Epiphaniam; si verò Sabbatum illud fuerit impeditum Festo aliquo 9. Lctionum, etiam tantum semiduplex, tunc 1. Die post octavam Epiphaniæ, in qua non sit Festum duplex, de ea esse faciendum, translato Festo semiduplex die illa occurrente in primam aliam diem similiter non impeditam; an, si in Sabbatum illud, de quo hic in Rubrica sit mentio, incidat semiduplex ad Libitum, Sabbatum illud ob semiduplex ad Libitum occurrens censendum sit esse impeditum Officio 9. Lctionum, quò minus in eo Dominica II. post Epiphaniam possit celebrari, sed celebranda sit prima die post octavam Epiphaniæ, Festo duplici non impedita? Morum est hoc dubium anno 1704. quò dies OCTAVA Epiphaniæ ( occurrens die 13. Januarij ) incidit in Dominicam 2. dam post Epiphaniam, in Dominicam verò proximè sequentem incidit Dominica Septuagesima: quia enim officium ac Missa de Dominica 2. da post Epiphaniam nec fieri poterat in Dominica 2. post Epiphaniam ( ob occurrentem in ea diem octavam Epiphaniæ, omne aliud Officium excludentem ) nec etiam in Dominica proximè subsequente, ob occurrentem in ea Septuagesimam, ideo dubitarum tunc est, an faciendum de ea esset ( Ritu feriali suprà descritto ) in 1. mo Sabbato post octavam, non obstante Festo semiduplex ad Li-

B 3

birum ( nempe S. Canuto Rege ac Martyre ) in eo occurrente, an verò 1. die post octavam Epiph. ob incidens in Sabbatum illud Festum semiduplex S. Canuti? Prius placuit Auctoribus Directorij Romani, Viennensis, Leodiensis, ac Brixinensis &c. Quorum primum Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè præcedenti sequentia præmittit: post Vesperas diei ( quæ erar decima octava Januarij, incidens in Feriam VI. eò annò ) dicuntur Vesperæ Defunctorum pro 1. ma die Mensis Januarij non impedita, nempe 19. Januarij; cui mox ulterius sequentia præmittit: Hòc annò de S. Canuto Reg. & Mart. nihil sit; quia ponenda est Dominica II. post Epiph. cujus proin sequenti Sabbato Officium ac Missam eò modò ordinar, quò infra P. II. die 19. Januarij referemus. Posterius verò Auctori Directorij Colonienfis, & non nullis alijs est visum, existimantibus in dicto casu de Dominica 2. post Epiphaniam faciendum fuisse 1. die post octavam Epiphaniæ, nempe 14. Januarij translato S. Hilariò, aut, si hæc dies alicubi esset impedita alio speciali Festo duplici ( v. g. SS. Nominis JESU ) tunc die 15. Januarij, translato S. Paulò 1. Eremita in diem aliam proximè non impeditam; idque ob eam rationem; quòd Sabbatum illius Hebdomadæ ipsis visum fuerit fuisse impeditum per Festum semiduplex ( ut ut tantum ad libitum )

S. Ca-

S. Canuti Mart. licet autem horum Sententia probabilis videatur P. Claudio la Croix Tom. IV. L. 4. n. 1269. Ego tamen cum prioribus sentio, ac proinde ꝛ. cum Authore Directorij Romani: In dicto casu de Dominica 2. post Epiphaniam faciendum fuisse (modò suprà descriprò, & infrà P. II. die 19. Januarij referendò) illò ipsò Sabbatò, in quod tunc incidit Festum S. Canuti, nempe 19. Jan. cum Commemoratione (sine Lctione) Festi simplicis tunc occurrentis; de S. autem Canuto annò illò nihil fuisse faciendum ibi, ubi, est *semiduplex* tantum *ad libitum*: sed omittendum; idque ob Rationem P. II. die 19. Jan. insinuandam: quòd etiam ex eo viderur confirmari; quòd Sac. Rit. Congreg. id ipsum in simili ferè casu statuerit: cum enim Sac. Rit. Congregationi supplicatum fuisset, ut veller declarare, an, quando certis Communitatibus, aut Ecclesijs, vel Nationibus concessum est de Licentia Sanctæ sedis Apostol. ut semel, aut pluries, per Hebdomadam, vel Mensem recitare ad libitum possint certa quædam Officia, v. g. de Fundatore ordinis, die aliquo Festo duplici vel semiduplici non impedito, an, inquam, id facere etiam possint in Ferijs 4. Temporum, Vigiliarum, Quadragesimæ, ac Adventûs, &c; saltem tunc, quando in ejusmodi concessionibus nulla facta est specialis mentio seu exceptio Dicta-

rum Feriarum, Sac. Rit. Congregatio annò 1706. die 20. Martij Respondit negativè, ac declaravit, ejusmodi Indulta, celebrandi ad libitum certa quædam Officia, non tantum non habere locum in Vigilijs quibuscunque, ac Ferijs majoribus, sed nec in illa feria, in qua secundum Rubricas sit *reponendum Officium Dominicæ*. Atque hæc de modo celebrandi *Dominicam II.* post Epiphaniã tunc, quando *Septuagesima* venit in Dominica proxima post Octavam Epiphaniæ.

Quando autem *Septuagesima* non venit in illa Dominica, quæ proximè sequitur octavam Epiphaniæ, tunc Sabbato 1. mo post octavam Epiphaniæ, nisi in eo occurrat Festum aut Officium 9. Lctionû, dicuntur Vesperæ usque ad Capitulum de Sabbato, ut in Psalterio; à Capitulo autem de Dominica II. post Epiphaniam, uti in eodem Psalterio, exceptâ Oratione propriâ, quæ dicitur, uti notatur in Proprio de Tempore: Si verò Sabbatò illò occurrat Festum semiduplex, aut dies infra octavam, Vesperæ usque ad Capit. dicuntur de illo, à Capitulo vero de Dominica sequente cum Commemoratione præcedentis: Quòd si occurrat dies aliqua infra Octavam, aut cras occurrat Festum simplex, sit etiam de istis Commemoratio ante Commemorationes communes: Si denique Sabbatò illò occurrat Festum,

fit Officium duplex, integræ de isto dicuntur Vesperæ, & Dominicæ crastinæ, hoc est, II. post Epiphaniam, fit tantum Commemoratio, sumendo *Antiphonam & Versiculum* ex Vesperis Sabbati, ut in Psalterio. Crastinum verò Officium fit tunc de eadem Dominica II. post Epiphaniam (nisi cras occurrat Festum duplex, aut dies octava alicujus Festi) dicendo omnia ut in Psalterio de Dominica, exceptis lectionibus Nocturnorum, earumque Responsorijs, nec non Antiphonâ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac Oratione propria, quæ omnia dicuntur, uti norantur in Proprio de Tempore Dominicæ II. post Epiphaniam, cum Commemoratione in laudibus ac Missa diei infra octavam, ac Festi simplicis occurrentis; de quo posteriore in Dominicis post Epiphaniam dicitur etiam 9. Lectio in Officio Dominicæ, si propriam habeat. Ad MATUTINUM dicitur Hymnus: *Primo die &c.* Ad LAUDES verò Hymn: *Eternæ Rerum &c.* MISSA dicitur cum *Gloria & Credo*, uti notatur in Missali, Orat. 2. (nisi occurrat Festum simplex) *DEUS, qui salutis æternæ &c.* 3. *Ecclesie*, vel pro *Papa*, prout notantur hâc eâdem Dominica II. post Epiphaniam. dicunturque etiam in reliquis deinceps Dominicis usque ad Purificationem, si de ijs fiat Officium; post Purificationem verò Orat. 2. *A-cunctis* 3. ad libit. nisi occurrat Festum simplex, aut sit Dominica infra octa-

vam; nam si occurrat Festum simplex, Oratio 2. erit de illò 3. *DEUS, qui salutis &c.* & ei correspondens *Postcommunio* terminabitur per Verba: *per eundem Dominum &c.* si verò sit Dominica infra Octavam, Oratio 2. est de Octava, 3. autem non dicitur, ut habet Rubric. Miss. IX. n. 10. Præfat. communis, nisi occurrat Octava habens propriam. In fine ite &c. A die octava Epiphaniæ usque ad Dominicam in Septuagesima exclusivè tam ad Officium, quàm ad Missam de Tempore adhibetur Color viridis, exceptis tamen Dominicis infra octavas occurrentibus: in his enim adhibetur Color octavæ conveniens, etiam ad *Officium & Missam de Tempore.*

Si in Dominica II. post Epiphaniam occurrat Festum duplex, aut dies octava alicujus Festi, fit de illis, cum Commemoratione tamen Dominicæ, in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, & in fine hujus legerur Evangelium Dominicæ currentis, de qua etiam dicitur 9. Lectio in Officio. Si simul occurrat Festum simplex, etiã hujus fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nisi Festum occurrens in tali Dominica sit 1. mæ aut 2. Classis, nam in Festis 1. mæ Classis nulla fit occurrentis Festi simplicis Commemoratio, in Festis autem 2. Classis fit ejus Commemoratio solummodò in Laudibus, ac Missis privatis. Cæterum hîc dicta de  
Domi-



Dominica II. post Epiph. intelligenda etiam sunt suo modo de Dominica III. IV. V. & VI. post Epiphaniam.

Quid verò observandum sit, quando ob Festum 9. Lectionum occurrens in Dominica, habensque in primo Nocturno proprias Lektionen, *Initium* alicujus Libri S. Scripturæ, aut *Responsoria*, in aliqua Dominica primo ponenda, die suo poni non possunt, dicitur sequenti Titulo.

## TITULUS V.

### De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph. ac deinceps usque ad Dominicam in Septuagesima generatim.

**V**acante die (inquit Gavantus) ab alijs Christi, vel Sanctorum Festis, sit (extra Dominicas) de *Feria*, quod *Officium Domini* est, ut quisque intelligat, se DEO deditum huic uni vacare debere: cum enim horrent Fideles nominare *Hebdomada dies* à Dijs gentium (puta primam diem *Solis*; secundam diem *Luna*; tertiam diem *Martis*; quartam diem *Mercurij*; quintam diem *Jovis*; sextam diem *Veneris*; septimam diem *Saturni*, aut more Judaico eos à Sabbato primam, secundam &c. *Sabbati* nuncupare, ideo, acsi Dominica prima *Feria* diceretur, optabant reliquos ab ea dies *Feriam secundam*, *terciam* &c. (retento tantum nomine *Sabbati* quoad *septimum* illorum) appellari: cui Fidelium Voto gratificatur S. Sylvester Papa, *Sabbati* & *Dominici* diei Nomine retento, reliquos

*Hebdomadae dies*, *Feriarum* nomine distinctos, ut jam antè in Ecclesia Vocari ceperant, *Ferias* mandavit appellari; quò significatur, quotidie Clericos, abjectâ cæterarum rerum curâ, à rebus alijs feriendo uni DEO prorsus vacare debere, atque adèd *Ferias*, hoc est, *Festum* agere sine fine: quoniam enim victimæ ut plurimum feriebantur *diebus Festivis*, & dies, quò solenne Victimarum Sacrificium fiebat, erat *dies Festus*: inde factum est apud Romanos, ut *dies Festi* dicerentur *Feriae*, vel à *ferendis* Victimis (ut ex Macrobio observat Forestus in Mappa mund. Tom. 2. l. 15. c. 9.) vel à *ferendis* Epulis, ut alij apud Joan. Azor Tom. 2. l. 1. c. 27. conjectant.

Quoties itaque post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam in Septuagesima occurrit fieri de *Feria*, Officium sit totum ut in Psalterio (dicen-

[dicendo videlicet *Matutinum, Laudis, ac Vesperas* cuius Ferie ibidem assignatas; *Primam autem FERIALEM*, & cum Antiphonis, Capitulis, ac Responsorijs brevibus *ferialibus* etiā reliquas *Horas*, ut ibi] exceptis tamen *Oratione* [quæ semper dicitur de Dominica præcedente] & 3. Lectionibus Nocturni uniuscujusque Ferie, earumque Responsorijs: quarum *Illæ* Communiter dicuntur de *Scriptura occurrente*, h. e. ex Ss. Litteris, cuius per Hebdomadam Ferie in Proprio de Tempore assignatæ; *Hæc* verò, regulariter loquendo, dicuntur, prout in eodem PROPRIO de TEMPORE infra Hebdomadam secundam post Epiphaniam pro singulis ejusdem Ferie assignantur; nam quæ dicuntur in Ferie illius Hebdomadæ secundæ post Epiphaniam, dicuntur, seu reperuntur etiam in Ferie sequentium Hebdomadarum, usque ad Septuagesimam; uti constat ex Rubr. ibid. in fine Ferie 2. positæ, nec non ex Rubr. *Gen. Tit. 27. n. 5.* habentque singulæ per Hebdomadam Ferie Responsorija propria, exceptò Sabbatò, in quo, quando fit de Ferie, dicuntur Responsorija Ferie 4. *ibid.* circa Invitatoriū quoque Ferie II. dæ notandum est: quòd post consuetam illius primam Repetitionem statim subjungantur in Psalmo *Venite* hæc Verba: *Jubilemus DEO salutari nostro &c.* omnis primis Verbis Psalmi. Dixi autem:

Communiter ac regulariter loquendo dicitur *Lectiones, & Responsorija* prædictò modò in Officio Feriali: siquidem tam circa *Lectiones*, quàm *Responsorija* observanda hîc venit aliqua limitatio.

Ad *Lectiones* quod attinet; si *Initium* alicujus Scripturæ occurrentis die suo poni non possit, aut non potuerit [ob occurrens v. g. eo die Festum proprias habens Lectiones] tunc illud *Initium* poni debet die proximè sequenti [seu Festo, seu Feriali] alio simili *Initio* *Scripturæ* ponendo, aut Festò aliquò, proprias vel de Scriptura, vel de Communi Lectiones habente, non impedito; Lectiones verò illi die de eadem Scriptura assignatæ tunc vel unà cum Superioribus illis Lectionibus initialibus legantur, vel penitus omittantur, ità, ut non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere, sed illæ deinceps legantur, quæ sua quaque die occurrunt, aut cum eisdem die isto jungantur.

Quòd si *Initium* alicujus Scripturæ, quod die suo poni non potuit, nec die etiam aliquo subsequenti illius Hebdomadæ poni possit [eò quòd sequentes omnes sint impediti vel aliò simili *initio* Scripturæ ponendò, vel Festò aliquò habente alias proprias Lectiones in 1. Nocturno] possit autem poni die aliquò ex antecedentibus intra illam Hebdomadam, tunc omnino *Initium* illud in aliquem ex antecedentibus diebus est

C

trans-

transferendum, ita, ut aliquo modo in ea Hebdomade ponatur, etiam si plura Initia Scripturae eodem die poni oporteat, ob plura infra eandem Hebdomadem occurrentia: quo tamen in casu tria sunt cavenda. 1. Ne duo ejusmodi Initia sub una conclusione: *Tu autem Domine &c.* legantur. 2. Ut nullum extra propriam suam Hebdomadam Legatur. 3. Ut Initia Scripturae, quae die suo legi non potuerunt, non legantur in Feria, aut die aliqua praecedenti, quando in sequenti datur locus ea legendi. *Rubr. Gen. Tit. 26. n. 6. & 7. Gav. Tom. 2. Sect. 5. c. 12. à n. 11. Quamvis autem: Gav: ibid. n. 12. dicat: loquendo de Epistolis S. Pauli, & de Libris Regum, per Initium Libri intelligi solummodo 1. Epistolam S. Pauli, & 1. Librum Regum [eò quòd omnes Epistolae simul reputentur per modum unius Epistolae, & omnes 4. Libri Regum itidem simul sumpti constituant tantum unum Librum] ac proinde si Initia posteriorum Epistolarum vel Librorum assignatò loco legi non possint, non esse opus ea postea legere, sed sufficere, quòd de Epistolis Paulinis lecta sit Epistola ad Romanos, aut ad Corinthios, & de Libris Regum lectus sit liber primus vel secundus, & id ipsum etiam sentiat P. Tob. Lohner Instr. Pract. 2. P. 2. Tit. 1. §. 9. n. 5. Aliique plures teste P. Claudio La Croix Tom. & L. 4. Q. 207. de Hor. Can. n. 1285. quòd*

sibi suffragari existiment Rubric. *Gener. Tit. 26. cir. n. 8.* Ego tamen cum Auctore Directorij Romani, aliisque apud cit. La Croix in Re Rubricistica Verfatissimis Viris, oppositum sentientibus, ac practificantibus sentio, & cum iisdem admitto quidem, quòd, quando contingit minui Numerum Dominicarum, & Hebdomadarum post Epiphaniam, ob citius advenientem Dominicam Septuagesimae, id, quod superest de Epistolis B. Pauli [distributis pro Numero dictarum Dominicarum, & Hebdomadarum] omittendum omnino eò annò sit, quamvis de aliquibus Epistolis nihil sit lectum; quòdque id ipsum etiam sit servandum circa Libros Regum [de quibus legitur ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam primam Augusti] tunc, quando Numerus Dominicarum, post Pentecosten de eis Libris usque ad Mensè Augusti annotatus, non expletur; hoc, inquam, utrumque admitto, utpote disertè statutum ac ordinatum num. 8. à paulò antè citata Rubrica; quia tamen illa plus non statuit, quam omittendas esse illarum Dominicarum ac Hebdomadarum Epistolas, ac Libros, etiam quoad horum, ac illarum Initia, quae ob occurrentem citius Dominicam Septuagesimae, aut Dominicam I. Augusti, omnino pro tali vel tali anno penitus extruduntur, ita, ut ijs cum praecedentibus Dominicis ac Hebdo-

Hebdomadibus celebrandis ante Dominicam Septuagesimæ, aut Primam Dominicam Augusti, non sit locus, ideo ex Num. 8. prædictæ Rubricæ non rectè inferitur, omittenda etiam esse *Initia* illarum Epistolarum S. Pauli [idem est de Libris Regum] distinctarum à *prima*, quæ incidunt in Dominicam, aut Hebdomadem aliquam post Epiphaniam ante Dominicam Septuagesimæ, & *Initia* illorum Librorum Regum, distinctorum à Primo, quæ incidunt in quamcunque Dominicam aut Hebdomadem ante Dominicam primam Augusti: imò si ejusmodi Epistolarum aut Librorum *Initia* poni die proprio non possint, poni ea debere vel in die aliquo sequenti, vel, etiam isthòc per Officium diversas à Scriptura occurrente habente Lectiones impeditò, in aliquo præcedenti die infra talem Hebdomadem, suaderetur. ex eò, quòd id insinuare videatur Rubrica extans Dominicam infra octavam Nativitatis Domini, ubi sequentia: *Hac nocte ponitur Epistola B. Pauli ad Romanos, & de ea, & alijs ejus Epistolis legitur usque ad Septuagesimam.* Suaderetur 2. Autoritate memorati Directorij Romani, quod tanquam Cynosuram omnium reliquorum, ubi manifesta non obstat Ratio, meritò attendimus; tum quia ab ipsa Sacror. Rituum Congregatione [quæ inspectante, ac tacitè saltem approbante, in lucem emittitur]

non potest non maximam accipere auctoritatem; tum quia, ut ex Teste pluribus annis Romæ versato accepi, ipse Summus Ecclesiæ Hierarcha in recitando Divino *Officio*. & celebranda *Missæ* juxta memoratum DIRECTORIUM ROMANUM dirigere se solet: hoc autem Festo S. Agnetis (proprias in I. Nocturno habente Lectiones) anno 1703. incidente in Dominicam 3. post Epiphaniam, posuit Initium Epistolæ ad Galatas Feriâ 2. subsequente, eò quòd Dominica præcedente poni nequiverit; & Festo Purif. B. M. V. anno 1700. cadente in Fer. 3. tiam post Dominicam 4. tam post Epiph. Feriâ 4. tã subsequente posuit Initium Epistolæ ad Colossens: eò quòd illud suo die, nempe Feriâ 3. tiam præcedente, non potuerit poni. Pari modò cum anno 1704. Initium Libri tertij Regum Dominicam Septimam post Pentecosten ob Festum SS. Petri & Pauli in ea occurrens poni non posset, posuit illud Feriâ 3. tiam subsequente in die Octava Nativit. S. Joan. Bapr. Sententiæ auctoritate Directorij Romani stabilitæ accedit auctoritas R. P. Josephi Coquer Ord. SS. Trinit. in Expositione TABULÆ PERPETUÆ, extantis ad Calcem Manualis Bauldrynum. XXI. ubi eandem etiam ipse tradit.

Ad *Responsoria* quod spectat, si *Responsoria primi Nocturni* ejus Dominicæ, in qua primò ponuntur,  
C 2 pro-

propter Festum duplex in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possint, poni debent prima die illius Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, omisiss Responsorijs alijs, quæ fortè in illa Feria propria habentur: Si verò in tota Hebdomade non occurrat dies, in quo fiat de Feria, Responsorija illa ponenda sunt in sequenti Hebdomade, vel Dominica similiter non impedita, dummodo in ea non sint primò ponenda alia Responsorija: tunc enim pro eo anno forent penitus omittenda. Responsorija quoque, quæ in aliquibus Ferijs per Hebdomadam habentur, si eo die, quò posita sunt, non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omittenda. *Rubr. Gen. Tit. 27 n. 7.* P. Tobias Lohner. Instruct. pract. II. P. 2. Tit. I. §. 10. de Responsor. post Lèction. dicend. n. 4. & 5. superaddit modò dictis quædam alia (de mutando scil. Officio *Festi Simplicis* in Officium merè feriale, & transferendo Festo semiduplici in diem aliam, Festo duplici non impeditam, ut Responsorijs, quæ suâ Dominicâ primò poni non potuerunt, aliquando ponendis fit locus) de quibus tamen non modò nihil legitur in Rubric. ab eo citat. post Recognitionè Breviarj Clementinam, sed potiùs oppositum ex iisdem colligitur: id quod post hæc jam exarata etiam observatum reperio à Bar-

thol. Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 13. n. 8. In *Ferijs* hisce *minoribus*, nisi occurrat Vigilia S. Matthiæ, usque ad Quadagesimam non dicuntur *Preces FERIALES*, sed tantùm (ad PRIMAM & COMPLETORIUM) *Preces Dominicales*: dicuntur tamen ad Laudes & Vesperas post Orationem diei, & Commemorationem Festi simplicis (si quod occurrat) Suffragia Sanctorum, & ante illa i. m. locò Commemoratio de Cruce. Alia nonnulla huc pertinentia vide infra Tit. De *Dominica III. post Pentec. & Ferijs eam subsequenti.* &c.

MISSA de Feria (nisi *Votiva*, vel *pro Defunctis* Missa de *Requiem* extra ordinem Officij dicatur) dicitur post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, quoties non occurrat *Festum*, vel *Octava*, vel *Sabbatum*, in quo fiat *Officium de B. Maria*. Relumitur autem in Ferijs eo tempore occurrentibus Missa Dominicæ proximè præcedentis, sed omisso *Gloria & Credo*: dicitur tamen in ijs post Graduale *Alleluja* cum versu subsequ. perinde ac in Dominica. Oratio 2. usque ad Purificationem est de S. Maria: *Deus, qui salutis æternæ &c.* 3. vel *contra Persecutores Ecclesiæ*, vel *pro Papa*. prout notantur Dominicâ 2. post Epiph. Post Purificationem verò Orat. 2. *A cunctis* 3. ad Libit. nisi vel ratione *Ferie II.* vel ratione *Mensis* dicenda sit *secundò* seu penultimò locò Oratio *Fidelium*,

lium, cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommunione*, ut postea dicitur. In fine: *Benedicamus*. Col. Virid. Dixi autem: *Nisi Missa Votiva*, vel *de requiem extra ordinem Officij dicatur*: Constat enim i. ex Rubric. Gener. IV. Missalis, diebus infra Hebdomadem, in quibus Officium non sit de *Festo duplici*, vel *semiduplici*, nec de *die infra Octavam*, nec de *Ferijs Adventus*, *Quadragesimæ*, *quatuor Temporum*, *Rogationum*, & *Vigiliarum*, sed de *alia Feria* per annum (in qua tamen non sit resumenda *Missæ Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit *impedita*) dici posse locò *Missæ Ferialis*, etiam *principalis*, seu *Conventualis*, aliquam ex illis *Missis Votivis*, quæ in Missali Romano cuius Hebdomadæ diei post Missam de Anniversario Dedicationis assignantur, cum Commemoratione tamen *Feriæ*, de qua factum est Officium, nec aliam, vel alias, quàm eam dicendo, locò *Missæ Principalis*, quæ cuius diei propria ibidem assignatur. Constat 2. ex Rubric. Gen. V. n. 1. & 2. Diebus ibi expressis, ac infra referendis aliquando posse, & interdum etiam debere fieri Missam Principalem generaliter pro Defunctis Sacerdotib. & Benefactorib. ac alijs; vel saltem in Missa de die faciendam Commemorationem pro Defunctis; aut denique in certis Ecclesijs 2. cantandas esse Missas, unam pro Defunctis, aliam de die, ut ibi.

Vesperæ de Feria currente dicuntur hoc Tempore unà cum Completorio ut in Psalterio (præponendo suffragijs Communibus Sanctorum Commemorationem de Cruce) quoties die postero non est faciendum de Festo, aut de B. V. in Sabbato. Quòd si hodie factum fuerit, de *Feria*, postero autem die faciendum sit de Festo 9. Lectionum, terminatur Officium Feriale ad NONAM, & Vesperæ hodiernæ cum Completorio dicentur de Festo illo subsequente, sine Commemoratione hodiernæ *Feriæ*; si verò cras faciendum sit de Festo simplici, seu trium Lectionum, aut de B. V. in Sabbato, tunc Vesperæ hodiernæ quidem usque ad Capitulum exclusivè dicentur de Feria currente, ut in Psalterio, à Capitulo autem fiet de crastino Festo 3. Lectionum, aut de B. V. MARIA in Sabbato (omissa Commemoratione de Feria currente, & de S. Cruce) ut suis notatur locis.

Quòd si hodie occurrat *Festum simplex*, seu *trium Lectionum*, cras autem faciendum sit de Feria, aut de alio Festo simplici cras occurrente, tunc, quia Officium Festi hodierni simplicis terminatur ad NONAM, Vesperæ hodiernæ dicendæ sunt de Feria hodierna currente ut in Psalterio, & quidem totæ, si cras faciendum sit de Feria (ac tunc cum Commemoratione de S. Cruce) vel saltem usque ad Capitulum, si cras occurrat

aliud Festum simplex ( de quo fiat Officium ) vel faciendum cras sit de B. V. MARIA in Sabbato, modò ante, & suis locis annotatò.

Quia extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale, Primà cuiusque Mensis die, non impedità Festo 9. Lectio num, tenentur obligati ad Chorum recitare Officium Defunctorum, etiamsi omnes dies Mensis usque ad ultimam forent impediti, & mox sequenti die id iterum foret recitandum, ut habet Rubrica Brev. Rom. Officio Defunctorum præfixa, & To. 2. tradit Gav. Sect. 9. c. 2. n. 11. & 15. ideo si aliqua illarum Feriarum, quæ post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrunt, sit dies prima Mensis non impedita Festo 9. Lectio num, dicendum ab illis in illa erit Officium Defunctorum, Ritu in eadem Rubrica descripto, ut scilicet ( nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum ) id in Choro dicatur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vesperas, & Matutinum post Laudes dici, dictò post utrasque *Benedicamus*, omisso autem sequente versu: *Fidelium anima &c.* ut item ( omisso *Invitatoriò*, & *Psalmò Venite* ) Ferià II. & V. dicatur I. Nocturnum: Ferià III. & VI. Secundum Nocturnum. Ferià IV. & SAB-BATO Tertium Nocturnum.

Quia insuper ( extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale ) prima die cuiusque Men-

sis, non impedità Officiò 9. Lectio num, juxta Rubric. Gen. Missal. Rom. Tit. V. dicenda est Missa Principalis ( quotidiana ) generaliter pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, aut, quando in eadem occurrit Festum simplex [ quo Nomine hinc etiam venit *B. V. in Sabbato* ] vel FERIA aliqua, propriam habens Missam, vel resumenda est Missa Dominica præcedentis, quæ fuit impedita, nec infra Hebdomadem alia occurrit dies, in qua resumipotest, tunc in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis duæ dicendæ sunt Missæ Conventuales, seu Principales [ una pro Defunctis, altera de Festo simplici, vel FERIA aut Dominica prædicta ] in Ecclesijs autem alijs, id est, nec Cathedralibus, nec Collegiatis in Missa de die corrente dicendâ, uti & in Missis privatis [ ubi ubi demum dicantur ] faciendâ est Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo penultimò locò Orationem *Fidelium &c.*, ideo huic quoque Rubricæ mos gerendus erit, si aliqua Feriarum hujus Temporis sit prima dies Mensis non impedita Officio duplici, vel semiduplici. Putat tamen P. Tobias Lohner Instruct. 1. P. 4. Tit. 3. prædictam Missalis Rubricam quoad obligationem sub peccato intelligendam solummodo esse de Missa Conventuali, seu Principali, nullò autem modò de privatis, sive præscriptarum ab ea Missa, sive solum Commemora-

gio, quæ sit per Collectam seu Orationem: *Fidelium*; citatque pro se Claud. Arnaudum Epit. Tr. 1. P. 3. Tit. 5. n. 1. & 2. Quidquid autem sit de culpa Theologica, non tamen salva Rubricâ in Missis etiam privatis omitti posse ijs diebus, in quibus vel Missa, vel saltem Commemoratio pro Defunctis ab ea præscribitur, Orationem *Fidelium*, nisi locò Missæ de die currente legatur Missa ipsa quotidiana pro Defunctis per modum Missæ votivæ cum 3. Orationibus, ut ibi, ego infra P. III. Tit. de Officio & Missis Defunctorum §. 2. ostendere conabor.

FERIA II. Cujusque Hebdomadæ, in qua hoc Tempore fit de Feria, potest juxta modò allegatam Missalis Rubricam Missa Principalis dici pro Defunctis, nisi resumenda sit in ea Missa Dominicæ præcedentis, ut supra; tunc enim in Missa Principali [de die currente dicenda] tantum fit Commemoratio pro Defunctis generaliter [uri etiam, si in Feriam II. incidat hoc tempore Festum simplex] modò pariter antè dictò.

In *Missis* autem *privatis*, quæ *Ferijs* II. non impeditis Officio duplici aut semiduplici hoc Tempore dicuntur, penultimò locò dicitur Oratio: *Fidelium* &c. nisi locò Missæ de die currente dicatur per modum Votivæ Missa de *Requiem*; in *Missis* enim *Defunctorum*, in quibus plures dicuntur Orationes, Oratio

*Fidelium* semper est ultima; nec in hujusmodi *Missis* dici potest Oratio pro *Vivis*, aut ea, quæ est *Communis Vivis & Defunctis*. Porro cum plures dicuntur Orationes in his & alijs *Missis* *Defunctorum* [uti semper dicuntur, exceptò die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*; nec non die *Obitus*, seu *Depositionis Defuncti*, excepto item die *Depositionis Terriò*, *Septimò*, *Trigesimò*, & *Anniversariò* ejusdem; in quibus, uti & quodocunque pro Defunctis *Solemniter* celebratur, non nisi una dicitur] tunc, si Missa funebris privata dicatur pro *Sacerdote*, aut *Sacerdotibus*, primò locò dicitur Oratio *Præsta, quæsumus* &c. Si pro pluribus: *Animabus* &c. aut *DEIS, cui proprium*, prout notantur in Missali post *Missas* *Defunctorum*, Titulo: *Orationes diversæ pro Defunctis*.

Plura huc pertinentia vide infra Tit. de *Dominica III. post Pent. & Ferijs infra eam Hebd. occurrentibus*, nec non. P. 3. Tit. de *Offic. & Miss. Defunctor.*

DIEBUS INFRA HEEDOMADAM, in quibus hoc Tempore Officium fit de *Feria*, dici potest aliqua ex *Missis* *Votivis*, etiam in *Principali* *Missa*, quæ vocatur *Conventualis*, attamen nonnisi secundum *Ordinem* *dierum* in *Fine* *Missalis* assignatum, & cum *commemoratione* *Feriæ*, de qua factum est *Officium*; modò in ejusmodi *Feria* non sit resumenda *Missa*

Domi-



Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita, & salvis Rubricis supra allegatis ex Tit. earum V. n. 1. & 2. de dicenda Missa Principali generaliter pro Defunctis 1. die cujusque Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, & quavis Feriâ 2. in qua Officium sit de Feria, ut ibi. *Rubr. Miss. Tit. 4. n. 3.* & *Gav. ibid.* Casus autem, in quo in *Ferijs minoribus* hujus Temporis resumenda est *Missâ Dominicæ præcedentis* (adeoque *Missâ Principali* generaliter pro Defunctis, aut loco *Missæ* concordantis cum Officio diei una ex supra dictis *Votivis* in ejusmodi Feria caneri non potest) est hic: Quando nimirum Festo duplici DOMINICA fuit impedita, & in Hebdomade eam immediatè sequente contingit fieri OFFICIUM de Feria: tunc enim in hac absolutè *Missâ conventualis* debet esse de *Dominica*, sicque resumenda est *Missâ Dominicæ præcedentis*, de qua, ne tota diceretur *Missâ* eodè die, quò occurrebat (sed *Oratio tantum*, & *ultimum Evangelium*) obstitit occurrens in ea *Festum duplex*: Quæ tamen Rubricarum *Missalis* Dispositio, eos duntaxat respicit, quibus obligatio incumbit dicendi *Missam Conventualem Officio concordantem*: qui proinde in casu posito non possunt facere *Missam conventualem* *Votivam*, aut *pro Defunctis*, sed debent eam facere de *Dominica præcedente*, attamen ritu feriali, sine

*Gloria & Credo*. Quòd si verò in casu, quo *Dominicæ præcedentis Officium & Missâ* à Festo duplici in ea occurrente fuerunt impedita, infra Hebdomadem occurrant plures *Feriae*, in quibus fiat Officium de Feria currente, adeoque in earum aliqua (v.g. *Feria 2.*) resumenda est *Missâ Dominicæ præcedentis*, *Feriâ* autem 3. etiâ, aliâve subsequente iterum Officium fiat de Feria ejusmodi minore, tunc, cum præcedentis *Dominicæ Missâ* jam fuerit semel resumpta, permittunt Rubricæ *Missam* Principalem discordare ab Officio, & *Votivam Conventualem* dici alteri illi *Feriae* in *Missali* assignatam. Ac verò in Ordine ad dicendam *Missam* Principalem generaliter pro Defunctis in casu, quo resumenda est *Missâ Dominicæ præcedentis*, res paulò aliter se habet: Nam posito, quòd prima Mensis die (extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale) fiat Officium de Feria per annum, & intra eandem Hebdomadam denuo Officium feriale in aliqua *Feria* recurrat, eò casu primâ illâ Mensis die dicenda est juxta *Rubric. V. Missal. n. 1.* *Missâ Conventualis* generaliter pro Defunctis (ab ijs scilicet, quos juxta antè dicta hæc Rubrica concernit) ac tum primùm in alia *Feria* resumenda est *Missâ Dominicæ præcedentis*; si verò infra eandem Septimanam alia similis *Feria* non occurrat, quâ

Missâ

Missæ præcedentis Dominicæ resumitur post, tunc in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis prima Mensis die, si in ea occurrat Festum Simplex, vel Feria propriam habens Missam ( uti habent *Feria 4. Tempor.* Item *Vigilie*, quæ jejunantur ) vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, ob occurrens in ea Festum duplex, cantandæ sunt 2. Missæ, una pro Defunctis, altera de Festo simplici, aut Feria prædicta: In Ecclesijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis dicenda est Missa de die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis per Orat. *Fidelium*. Rubric. Missal. V. cit.

Plura huc pertinentia vide iterum infra Titulo de Dominica III. post Pentec. &c. superius allegato.

Porro Missa *Conventualis* & *Solennis* in *Festis Simplicibus*, & *Ferijs* per annum dici de ijs debet juxta Rubricas Missal. Rom. *Tit. 15.* post *SEXTAM*. In *Festis duplicibus semiduplicibus*, *Dominicis*, ac *infra Octavas* de omnibus istis post *Tertiam* in Choro dictam: excipiuntur tamen ab hoc Ordine dicendi *Missam Conventualem* tres illæ, quæ dicuntur in *Nativitate Domini*; siquidem *Prima* illarum dicitur post *Mediam Noctem*, finito *Te Deum Laudamus* in Matutino; quia *Nocte* natus est Christus: *Secunda* in *aurora* ( quia eâ horâ creduntur Pastores adorasse Christum natum ) dicitur *Laudibus* & *Primâ*:

*Tertia* denique in die post dictam in Choro *TERTIAM*, nisi alicubi aliter ex Dispensatione sedis Apostolicæ disponatur. Pro *Defunctis* juxta eandem Rubric: regulariter cantari debet Missa post *Primam*. Dixi *regulariter*; ubi enim dicuntur eorum *Vigilie* manè post Matutinum diei, dicitis hujusmodi *Vigilijs* cum *Laudibus* immediatè dici potest Missa pro Defunctis. Excipe diem *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*; eo enim die *Missæ Conventualis* de iisdem dicitur post *NONAM*; quia eo die est *Principalis*. In die quoque *Depositionis Defuncti*, nec non *Tertiò*, *Septimò*, *Trigesimò*, ac *Anni versariò Solemni* ejusdem, in quo fit *Concursus Populi*, poterit similiter dici ultimò *Locò* post *NONAM*; in quo casu ( ut Gerlacus Vinitor in *Compend. Sac. Rit. P. 4. Tit. 8. n. 7.* observat ) *NONA* in Choro cum alijs *HORIS* immediatè post *Sextam* cantabitur. In *Adventu*, *Quadragesima*, *4. Temporibus* ( etiam illis, quæ veniunt infra *Octav. Pentecostes* ) & *Vigilijs*, quæ jejunantur, ut ut sint ( ob occurrens v. g. in ijs Festum ) dies *Solennes*, *Missæ de Tempore* nihilominus cantari debet post *NONAM*.

*Missæ* quoque *Votiva* quia non correspondent *Officio*, si *Solemni* celebrantur pro Re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cum *Populi* frequentia, dici debent juxta Rubric. post *NONAM*.

D

Missæ

*Missa* denique *privata* (sive *Privata*, sive de die *currente*) dici possunt, post dictum saltem Matutinum & Laudes, quacunque horâ ab Aurora, usque ad Meridiem; Unâ etiam horâ ante Auroram, & una post Meridiem à *Privilegiatis* sumendo utrobique auroram non physicè, sed Moraliter, & politicè, pro Tempore, quo terminari solet Hominum quies, & inchoari labor, juxta probatam Regionum consuetudinem; modò *Privata privata*, aut etiam *solennes*, non dicantur diebus à Rubricis Missal. Tit. 4. & 6. aut à Sac. Rt. Congregat. prohibitis. Vide Gaviant. Tom. 1. cit. P. I. Titul. 15. n. 1. & 2. Ubi inter alia notat, quòd *Missa Parochialis* (& à fortiori quacunque alia) sine cantu dicta non sit *Conventualis* in sensu, quo istam Sumunt Rubricæ Missalis, quantumvis ad eam conveniat Populus, seu Loci Clerus.

Cæterùm Rubricas Generales Missal. Tit. III. n. 1. & Tit. VII. n. 2. de *cantandis* duabus *Missis* in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, in quibus plures Sacerdotes quotidie celebrant, in *Ferijs Adventus*, *Quadragesima*, ac *quatur Temporum*, nec non in *Rogationibus*, & *Vigilijs*. si in ijs occurrat aliquod *Festum duplex*, aut *semiduplex*, vel *dies Octava*, unâ scilicet de *Festo* post *TERTIAM*, alterâ de *Feria* aut de *Rogationibus*, aut de *Vigilia* occurrente post *NONAM*, absque

ulla utrorumque Commemoratione, has, inquam, Rubricas esse *præceptivas*, & quidem sub gravi (utpote de re gravissima) auctoritate, ac Ratione probant Gavantus Tom. 1. P. 3. Tit. 11. n. 7 & Gerlac. Vinitor in *Compend. Sac. Rit. P. 1. Tit. 7. §. 1. & 2.* Par ratio est Rubr. Gen. Missal. V. n. 1. præcipiente, ut extra *Adventum*, *Quadragesimam*, ac *Tempus Paschale*, *Primâ* die cujusvis Mensis non impeditâ Officio *duplici* vel *semiduplici* dicatur *Missa* *Principalis* generaliter pro *Defunctis* *Sacerdotibus*, & *Benefactoribus*, ac alijs; hoc tamen addito, ut, si in ea occurrat *Festum simplex*, vel *Feria*, quæ *propriam* habet *Missam*, aut *resumenda sit* *Missa* *Dominicæ præcedentis*, quæ fuit impedita, ac infra *Hebdomadam* non occurrat alius dies, in quo *Missa* *Dominicæ* resumî possit, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* dicantur 2. *Missæ*, una pro *Defunctis*, alia de *Festo simplici*, vel *Feria prædicta* per superiùs citatam Rubricam: in *Ecclesijs* autem non *Cathedralibus*, nec *Collegiatis* (respectu quarum non perinde gravis urique datur ad id, quod dicam, obligatio) dicatur *Missa* de die, cum *Commemoratione* generaliter pro *Defunctis*.

Excipiuntur *dies Depositionis* *Defuncti*, item *Anniversarius* pro *Defunctis*, in quibus *Missa* *Conventualis* etiam in *Festo* *semiduplici*, imò & *duplici*, quod non est de *Præcepto*, seu

feu Festum Fori ( h. e. habens annexam obligationem audiendi Sacrum, & vacandi ab opere servili ) dici potest. Dixi autem supra 1. In Eccles. Cathedr. & Collegiat. in quibus plures Sacerdotes quotidie celebrant; nam in ijs Ecclesijs, in quibus una tantum celebratur Missa in Festis Sanctorum, Missa Conventualis cantanda est de Sancto itidem post TERTIAM, & in ea fieri debet Commemoratio Feriæ; quia respectu talis Ecclesiæ cessat Ratio Rubricæ de cantanda Missa altera de Feria. Dixi 2. Si aliquibus Ferijs ibi nominatis occurrat aliquod Festum duplex, vel semiduplex, vel dies Octava. Quibus verbis Rubrica insinuat primò: occurrente Festo duplici in Dominica, nunquam fieri duas Missas Conventuales, uti fiunt eo occurrente in Ferijs Privilegiatis; tum quia Missa Dominicæ resummi potest infra Hebdomadam; tum quia utraque dicenda esset post TERTIAM, quod inconueniens censetur. Gav. Tom. 1. p. 1. Tit. 7. n. 2. Insinuat 2. Si in Ferijs ibi nominatis occurrat duntaxat dies infra Octavam, non perinde dicendas esse in Eccles. Cathedr. & Collegiat. 2. Missas Conventuales, Unam de Octava, alteram de Feria &c, uti tamen dicendæ sunt, quando in illis occurrat ipsa dies Octava alicujus Festi. Rationem Disparitatis dat Gavant. ad cit. Rubr. Gen. III. Missal. n. 1. lit. I. & difertè traditur in eadem Rubr. n. 2.

ubi præcipit, ut in Vigilijs, & Ferijs 4. Tempor. nec non Fer. 2. Rogat. quando eæ veniunt infra aliquam Octavam, Missa dicatur de Vigilia, vel Ferijs predictis cum Commemoratione Octavæ: quo proinde in casu Missa discordat ab Officio, diciturque in Paramentis Violaceis; Altaris tamen ornatu sequente quoad colorem non Missam, sed Officium, extra Missam saltem Principalem. Verum excipit eadem Rubrica recentior Missalis ibidem n. 2. dies infra Octavam SS. Corporis Christi; nam si infra hanc Octavam occurrat aliqua Vigilia ( v. g. S. Joann. Baptistæ ) in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis omnino cantandæ sunt 2. Missæ Convent: Una de Octava post TERTIAM; altera de Vigilia post NONAM: Missæ autem privatæ dici jubentur de Octava, cum Commemoratione Vigilia in dato casu. Facit dein ibidem aliam insuper Exceptionem Universim circa Vigilijs, dum ait: si aliqua Vigilia occurrat in Festo aliquo I. mæ Classis, tunc nec in Officio, nec in Missa talis Festi aliquid faciendum esse de Vigilia, ne quidem Commemorationem.

SABBATO, infra Hebdomadam II. aut infra reliquas deinceps post Epiphaniam Hebdomadas usque ad Septuagesimam occurrente dicitur Officium, & Missa modò Superiùs Titulo 2. de Sabbatis post Octavam Epiph. usque ad Septuages. &c declarato.

ratò. Idem est de alijs Ferijs pro- riter fit *Officium & Missa*, ut suprâ.  
ximè præcedentibus, de quibus pa- Tit. 3. &c.

## TITULUS VI.

### De Dominica III. IV. V. & VI. post Epiph. in genere.

**Q**UOD si Tempus ab *Octava Epiphaniæ* usque ad *Septuagesimam* fuerit breve, ita, ut *Officia* unius, vel plurium *Sequentium Dominicarum* (nempe III. IV. V. aut VI.) non possint expleri suis diebus, tunc *Officia* illarum, quæ supersunt post Dominicam II. post Epiphaniam, omittuntur pro tunc eò annò, ac resumuntur (quoad *Orationem* tamen duntaxat, *Epistolam*, *Evangelium*, & *Antiphonas* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*) post Dominicam 23. post Pentecosten, Modò ac Ordine ibidem in propria Rubrica descriptò, uti & Tit. IV. in Rubric. General. num. 3. & 4.

Cùm verò interdum contingat, ut Dominica III. vel IV. vel V. vel VI. post Epiphaniam dictò modò ita Superfit, ut ea poni suò locò nec possit ante Septuagesimam, nec poni etiam possit post Dominicam XXIII. à Pentecoste (utì circa Dominicam VI. contigit 1710. circa IV. verò 1711.) ideo juxta Rubr. Gen. III. n. 4. & 5. ac Gav. To. 2. Sect. 6. c. 8. n. 7. nec non Josephum Coquer in Expositione Tabulæ à n. 16. tunc fiet de ejusmodi Dominica in Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedente, non impedirà Festo 9. Lctionum, seu occurrente, seu translato; alioquin in alia die anteriore illius Hebdomadæ similiter non impedirà (quæ tamen sit omnium proxima ipsi Sabbato) dicendò Sabbatò illò, aut die illà *Officio* 9. Lctionum non impedirà, *Officium* de Feria currente ut in Plalterio, cum Commemoratione Festi simplicis, si quod ea die occurrat, legendòque 3. Lctiones de Homilia talis Dominicæ anticipatæ, omittis proin, vel translatis (si sint Initium aliquod, & dies, quo hoc ponatur, Superfit) Lctionibus Scripturæ illius Feriæ, atque etiam Lctione de Festo simplici, si quod fortè occurrat, pariter omittà; dicendo autem Responsoria Feriæ currentis, nisi fortè tria prima Responsoria Dominicæ anticipatæ nondum illò annò sint recitata; tunc enim Responsoria illius Dominicæ loco Responsoriorum Feriæ currentis poni debent, ex I. Nocturno ejusmodi

modi Dominicæ anticipatæ ea desumendo. Non dicitur in tali Officio *Te DEVM*; eò quòd sit *Feriale* quoad Ritum, adeoque dicatur tertium Responsorium. Si Responsoria sumenda sint ex Sabbato curr. & ibi non extent, sumuntur ex Feria IV. præced. In Laudibus (pariter de Feria corrente dicendis) Antiphona ad *Benedictus*, uti & Oratio (non tamen Versus) est de eadem Dominicâ anticipatâ, eique subjungitur Commemoratio de simplici (si quod occurrat) ac etiam de Cruce, & hæc quidem ante alia Suffragia Communia Sanctorum non tamen ante Commem. Simplicis. *Missæ* autem dicitur de ipsa *Dominica* anticip. sine *Gloria* & *Credo* cum Commemoratione *Simplicis*, si quod occurrat, & locò penultimò ponendo Orationem *Fidelium*, si ratio Mensis, aut Feriæ 2. id exigat. alioquin cum Oratione 2. da & 3. tia de Tempore corrente. Præf. Commun. In fine *Benedicamus* col. vir.

Quòd si die præced. talem Feriâ non occurrat *Officium*, aut *Festum* 9. *Lectio*num Vesperæ diei illius antecedentis totæ erunt *Feriales* de die illa corrente, etiamsi postridie occurrat *Festum* aliquod *Simplex*; de hoc enim in Vesperis illis faciendâ est tantum Commemoratio; de *Dominicâ* autem (utpote postero die ritum tantum feriali celebrandâ) nec illâ, nec sequenti die faciendâ est in Ve-

speris aliqua Commemoratio. Exemplum *Dominicæ* quoad *Officium* & *Missam* ex dictâ causâ (quia scilicet nec post Epiph. nec etiam post *Dominicam* 23. post Pentec. ei celebrandæ superfuit locus) ad Sabbatum ante Septuages. dictò modò anticipatæ habuimus in *Dominica* VI. post Epiph. anno 1710. quo *Directorium Romanum* *Officium* & *Missam* rectè sequenti modò ordinavit: Die Sabbati 15. Februarij de *Dominica* 6. post Epiphaniam. *Officium* sit *Feriale*. Ad *Matutinum* *Invitatorium*, *Hymnus*, *Antiphonæ*, *Psalmi*, *Vers.* & 3. 2. ut in *Sabb.* in quo dicitur 2. da *Antiphona* cum 3. 10 *Psalmo* *Jubilate*; tres verò *Lectio*nes de *Homilia* *Dominicæ* *Sextæ* post Epiph. Tria autem 3. 2. ut assignantur in *Feria* IV. præcedente, omisso *Hymno* *Te DEVM*, Ad *Laudes* *Antiphonæ*, *Psalmi*, *Capitulum*, *Hymnus*, & *Vers.* de eodem *Sabb.* Ad *Benedictus* verò *Antiph.* simile est &c. Cum *Oratione* de eadem *Dominica*, & *Commemoratione* sine *Lect.* de *SS. Faustino* & *Jovita* *Mart.* de *Cruce*, & *Suffragijs* *Sanct.* *Missæ* de eadem *Dominica* cum 2. da *Oratione* de *SS. Faustino* & *Jovita*. 3. tia autem à cunctis, sine *Gloria* & *Credo*. Col. virid. *Vesperæ* *feriales* à *Capitulo* de *Dominica* *Septuages.* *Antiph.* ad *Magnificat.* *Dixit Dominus ad Adam* &c. *Oratio* propria. Ad *Vers.* *Bene-*

" dicamus Domino additur duplex  
 " Alleluja, & deinceps non dicitur  
 " Allel. usque ad Sabbatum Sanctum,  
 " sed ejus loco initio Horarum dicitur  
 " tur *Laus tibi Domine &c.* Col. Viol.  
 Hactenus Directorium Romanum.  
 Ex quibus apparet, etiam si alioqui  
 ( si nempe non fuisset anticipata 3.  
 Dominica ad hoc Sabbatum ) non  
 fuisset factum Officium de SS. Faustino,  
 & Jovita, sed de B. V. M. in  
 Sabbato ( utpote cui cedit Festum  
 simplex ) supposito tamen, quod ea  
 Dominica fuerit anticipata eodem modo,  
 quod dictum, ad Sabbatum Dominicae  
 Septuagesimae antecedens, Commemorationem  
 in Officio Dominicae anticipatae, ejusque  
 Missa faciendam fuisse de solis SS. Fastino  
 & Jovita MM. non autem de B. V. in  
 Sabbato; per quod tamen non excluditur  
 Commemoratio illa consuetata de B. V. quae,  
 quando Officium fit ritu feriali, post  
 Commemorationem de Cruce una cum alijs  
 Commemorationibus Communibus, seu suffragijs  
 Sanctorum in ejusmodi Officio est  
 facienda. Atque sic ordinandum est  
 Officium & Missa respectivè etiam in casu,  
 quo Dominica 3. aut 4. aut 5. post Epiph.  
 similiter ad Sabbatum Dominicae Septuagesimae  
 immediatè antecedens anticipatur.

Jam verò Exemplum Dominicae modo  
 supra dictò non ad Sabbatum, sed ad  
 aliam Feriam illius Hebdomadae, quae  
 Dominicam Se-

ptuagesimae immediatè antecedit; anticipatae ( nempe ad Feriam IV. )  
 habuimus in Dominica IV. post Epiphaniam  
 anno 1711. cum enim annò illò ex una  
 parte post Epiph. Superfuerint Dominica  
 4. 5. & 6. ex altera verò parte post Pentec.  
 fuerint eodem annò tantum Dominicae 26.  
 adeoque juxta Rubricam extantem post  
 Dominicam 23. post Pentec. Dominica 24.  
 post Pentec. 1711. fuerit tunc illa, quae  
 alioquin est quinta post Epiphaniam; Dominica  
 25. autem post Pentec. illa, quae alioquin  
 est Sexta post Epiph. Dominica verò 26.  
 post Pentec. fuerit ultima ante Adventum,  
 ultima autem ante Adventum semper sit  
 illa, quae alioquin est 24. post Pentec. &  
 sic Dominica IV. non remanserit locus,  
 ideo ne penitus omitteretur Dominica 4.  
 post Epiph. eodem annò quoad Officium &  
 Missam anticipanda quidem ipsa fuerat ad  
 Sabbatum immediatè præcedens, Dominicam  
 Septuagesimae quia verò Sabbatum illud  
 fuit impeditum Festo 9. Lectionum, ideo  
 anticipata est modò supra dictò ad diem  
 aliam illius Hebdomadae proximè ante  
 Sabbatum simili Festo non impeditam,  
 qualis cum nec fuerit Feria 6. nec Feria  
 5. immediatè præcedens, sed tantum Feria  
 4. ideo anticipatio Dominicae IV. post  
 Epiph. rectè facta est anno 1711. ad dictam  
 Feriam IV. (intellige ibi, ubi *Fest. S. Agnetis  
 secundò*, cadens anno 1711. in illam

illam Feriam non erat Festum 9. Le-  
 &ionnm) modò suprà dictò, non  
 obstantibus ijs, quæ habentur in  
 Tab. 15. apud Gavantum, ibi Rub-  
 ricæ, ac sibi locò superiùs allegatò  
 contrarium in Editione recentiore  
 de anno 1690. in qua non modò in  
 Calendario Romano illis Tabulis  
 præfixo, sed etiam Tom. 2. S. 7. c. 3.  
 agens de Festis mense Januario oc-  
 currentibus, diè 31. Januari expressè  
 ponit Festum duplex 9. Lectionum,  
 nempe S. Petrum Nolascum (quo  
 ritu donatum asserit à Clemente X.  
 23. Julij 1672.) & consequenter in  
 Tab. 15. die illo 31. Januarij [inci-  
 dente in Sabbatùm, à Festo 9. Lectio-  
 num eòque duplici, occupatum] non  
 rectè sic ponitur: 31. Jan. Sab. com.  
 Dominica 4. Epiph. cum ad Feriam 4.  
 præcedentem, nempe ad diem 28.  
 Jan. Officium ejus Dominicæ in ta-  
 li casu modò Suprà dictò sit antici-  
 pandum, prout dictò annò 1711. id  
 anticipavit DIRECTORIUM ROMANUM,  
 Officium & Missam diei 28. Jan. in  
 hunc modum tunc ordinans: g. Fe-  
 ria 4. de Dominica 4. post Epiph.  
 " Officium sit feriale. Ad Matut.  
 " Invit. Hymn. Antiph. Psalm. &  
 " Vers. ut in Feria 4. tres Lectiones  
 " de Homil. Dom. 4. post Epiph.  
 " cum tribus &c. ex I. Nocturno e-  
 " jusdem Dom. quia primò ponuntur;  
 " non dicitur Hymn. Te DEVM;  
 " ad Laud. & per Horas Antiph.  
 " Psalm. cap. Hymn. & Vers. ex Fe-

ria 4. Antiph. verò ad Bened. A-  
 " scendente JESU &c. ac Orat. DEUS,  
 " qui nos in tantis &c. ex Dom. 4.  
 " post Epiph. Commem. [sine Lect.]  
 " de S. Agnete secundò, ut ibi nota-  
 " tur, item de Cruce, & Suffrag. SS.  
 " In Laud. Missæ de eadem Dom. 4.  
 " post Epiph. cum 2. Orat. Fidelium  
 " 3. de S. Agnete secundò, sine Glor.  
 " & sine Credo col. virid. Vesp. de  
 " S. Francisco Salesio Epif. & Con-  
 " fess. dup. In Hymno dicitur Ver-  
 " sus: meruit supremos &c. col. Alb.  
 Quòd si inter Festa 9. Lectio-  
 num, quibus in dato casu tota He-  
 bdomas est impedita, sit aliquod  
 Festum ad libitum [v. g. S. Canutus  
 Mart. qui hactenus est semiduplex  
 ad Libitum] veniens ante Sabbatum  
 immediatè præcedens Dominicam  
 Septuagesimæ, Festo autem alio 9.  
 Lectionum de Præcepto impeditum,  
 tunc ad diem illum, quò ejusmodi  
 Festum 9. Lectionum ad libitum oc-  
 currit, potest quidem anticipari mo-  
 dò prædictò Officium & Missa Do-  
 minicæ, quæ nec Sabbatò ante Se-  
 ptuagesimam, nec post Dominicam  
 23. à Pentec. celebrari potest [omissò  
 pro eo anno Festò 9. Lectionum ad  
 libit.] si tamen alicui placeat die  
 illo facere de Festo ad libitum in e-  
 jusmodi casu, tunc, quia respectu ta-  
 lis tota Hebdomas est impedita Fe-  
 stis 9. Lectionum, ideo Sabbato Do-  
 minicam Septuagesimæ immediatè  
 antecedente à tali juxta post dicenda  
 faci-



Facienda est de Dominica anticipata in Officio Festi, quod eo Sabbato occurrit, uti & in ejus Missa, solummodo Commemoratio, cum 9. de eadem Dominica Lectione in Officio, & ultimo Evangelio in Missa. Exemplum hujus rei Suppeditavit nobis annus 1712. quò Dominica III. post Epiph. nec poni potuit propriò suò locò post Epiphaniam, nec etiam post Dominicam 23. post Pentec. Hebdomas autem immediatè præcedens Dominicam Septuagesimæ fuit impedita Festis 9. Lectionum de *Præcepto* quotidie, præterquam Feria III. incidente in diem 19. Januarij, quâ, licet non occurrerit Festum 9. Lectionum de *præcepto*, occurrebat tamen Festum 9. Lectionum ad libitum: quò proinde annò DIRECTORIUM Romanum ordinavit Officium & Missam Dominicæ III. post Epiph. aliter pro illis, qui omisso Festo ad libitum eam anticipârunt ad diem 19. Januarij, & aliter pro illis, qui eam anticipârunt [solummodo tamen quoad Commemorationem, & 9. de ea Lectionem &c.] ad Sabbatum Dominicam Septuages. proximè antecedens; nam pro Prioribus Officium & Missam ita ordinavit: e. 19. Januarij, Feria 3. de Dom. III. post Epiph. Officium sit feriale [etiam quoad Versum Marut.] ut in Feria 3. currente: tres verò Lect. de Homil. Dominicæ 3. tiæ post Epiph. & tria Responsorja, uti ponuntur

in I. Noctur. ejusdem Dominicæ omisso Hymn. Te DEVM. Ad Laud. & Hor. omnia de eadem Feria, exceptis Antiphonâ ad Bened. & oratione propr. de eadem Dominica 3. tiâ post Epiph. Commemoratio [sine Lect.] de SS. Mario & Soc. Mart. item de Cruce, & Suffrag. Sanctorum in Laud. Dicitur 2. dum Nocturnum & Laud. Defunct. Missa de ead. Dominica 3. tiâ post Epiph. cum 2. Oratione Fidelium, 3. tiâ de SS. Mario & Soc. Mart. sine Glor. & Gredo. Col. virid. Vesp. de SS. Fabiano & Sebastiano Mart. dupl. Col. Rub.

Pro Posterioribus autem, si. e. illis, qui in dato casu die 19. Jan. celebrârunt sub Ritu semiduplici ad Libitum Festum S. Canuti Mart. adeoque Dominicam 3. tiam, quæ superfuit post Epiphaniam, non ad illum diem, in dato casu anticipârunt, sed ad sequens Sabbatum, incidens eò annò in diem 23. Januarij [quo in Ecclesia Universalis celebratur Festum S. Raymundi de Penafort, quod est Festum 9. Lectionum de *Præcepto*] idem DIRECTORIUM Romanum Officia & Missas à die 18. Januarij usque ad 23. ejusdem inclusivè dicendas in fine illius Libelli Sequentem in modum ordinavit: d. 18. Fer. 2 In 2. Vesp. de Cathedr. Rom. S. Petri Apost. dupl. com. S. Pauli Apost. S. Canuti Reg. Daniæ Mart. & SS. Marij &c. Mart. Col. Alb.

" Alb. omittuntur *Vesperæ Defunctor.*  
 " 19. *Fer. 3.* Canuti Reg. Dan. Mart.  
 " semid. ad libit. Off. de Comm. un.  
 " Mart. Lect. 1. Noct. de Script.  
 " occur. rel: ut in propr. loc. 9. Lect.  
 " & Comm. SS. Marij &c Mart.  
 " In Laud. omitt. 2. Noct. & Laud.  
 " Defunct. Missa: *In Virtute*, in qua  
 " *Gloria.* 2. Orat. de SS. Mario &c  
 " Mart. 3. Orat. *DEus, qui Salutis.*  
 " Col. Rub. Vesp. de SS. Fabiano, &  
 " Sebastiano Mart. dupl. Comm. S.  
 " Canutj. Col. Rub. 20. *Feria 4.* In  
 " Festo SS. Fabianj & Sebastianj  
 " Mart. Lect. 1. Noct. de Epist. 2. ad  
 " Corinth. curr.  
 " 22. *Fer. 6.* In Festo S. Vincentij  
 " & Anastasij Mart. Lect. 1. Noct.  
 " de Epist. 2. ad Corinth. curr.  
 " 23. *Sabb.* In Festo S. Raymundj  
 " de Pennafort. Conf. Lect. 1. Noct.  
 " de Epist. 2. ad Corinth. curr. rel.  
 " ut in propr. loc. 9. Lect. Homil.  
 " & Comm. Dom. 3. post. Epiph.  
 " Antiph. *Cum descendisset Jesus &*  
 " *Repletj &c.* Orat. propr. & S. E-  
 " merentianæ Virg. & Mart. in  
 " Laud., & Missa; in qua *Glor.* &  
 " Evangel. ejusd. Dom. in fine. Col.  
 " Alb. In 2. Vesp. à cap. de Dom.  
 " Septuag. Antiph. ad Magn: *Dixit*  
 " *Dominus ad Adam &c.* Orat.  
 " propr. & Comm. S. Raymundi;  
 " & ad *ŷ. Benedicamus Domino* ad-  
 " dicitur dupl. *Allel.* & deinceps non  
 " dicitur *Allel.* usque ad Sabb.  
 " Sanct. sed ejus locò in initio  
 " hor. dic. *Laus tibi Domine, Rex*  
 " *æterna glorie.* Col. viol. Hactenus  
 DIRECTORIUM Rom: 1712.  
 Sive autem in *Sabbato*, sive in  
 aliquo alio infra Hebdomadem die  
 non impedito Festo 9. Lectionum  
 modò paulò antè declaratò una ex  
 4. dictis Dominicis celebretur, nun-  
 quam tamen dicuntur in ea *Preces*  
*Feriales*; neque in *Vesperis* seu illius,  
 seu præcedentis diei fit aliquid de  
 Dominica anticipata: undè si dies  
 crastina sit Dominica Septuagesimæ,  
 tunc *Vesperæ Sabbati* hodierni sunt  
 in tali casu usque ad Capitulum de  
*Sabbato* currente ut in Plalterio per  
 annum, à Capitulo autem ( sine  
 Commemoratione Dominicæ anti-  
 cipatæ ad hodiernum Sabbatum )  
 dicuntur de Dominica Septuagesi-  
 mæ subsequente cum duplici *Alle-  
 luja* ad Versum *Benedicamus*, cum-  
 que ejusdem Dominicæ Septuagesi-  
 mæ annuntiatione ad hodiernam  
 PRIMAM in Martyrologio, & Com-  
 memoracione Festi simplicis, si  
 quod cras occurrat, in 1. *Vesperis*  
 & *Laudibus* crastinæ Dominicæ.  
 Et hæc de casu, quò aliqua ex supra  
 dictis 4. Dominicis ( nempe vel 3.  
 vel 4. vel 5. vel 6. post Epipha-  
 niam ) eò quòd proprio suo die ce-  
 lebrari nequeat, ad Sabbatum, aut  
 aliam *Feriam Festo 9. Lectionam*,  
 aut die *infra* aliquam *Octavam* non  
 impeditam infra Hebdomadem,  
 quæ Dominicam Septuagesimæ  
 pro

E

proximè antecedit, anticipatur; hoc tamem insuper hęc annotando, quòd nempe, si reliquis diebus, post factum de ejusmodi Dominica infra illam Hebdomadam dictò modò Officium, legendum aliquid super sit de Scriptura ejusdem Dominicæ extrà propriam sedem celebratæ, ac eam sequentium Feriarum, tunc ità disponendæ sint Lectiones, ut ( si fieri possit ) omnia Initia Epistolarum S. Pauli, quæ ab ultima Dominicâ post Epiphaniam proprio die celebratâ, usque ad Sabbatum Dominicæ infra Hebdomadam positæ ( ut dictum est ) assignantur, in ipsa Hebdomada Septuagesimam præcedente legantur, omiſſis alijs, quæ sunt assignatæ præcedenti Hebdomadæ, uti in suæ Tabulæ expositione monet suprâ cit. Coquet n. 21. id colligens ex Rubr. Gen. Tit 26. n. 6. 7. & 8.

Quòd si contingat, ut ob citius advenientem *Dominicam Septuagesimæ* numerus Dominicarum & Hebdomadarum post Epiphaniam ità minuarur, ut de aliqua, aut aliquibus Epistolis S. Pauli [ pro numero 6. Dominicarum & Hebdomadarum, quæ post Epiphaniam absolutè occurrere possunt, distributis ] nil legi possit, ne initium quidem alicujus, aut aliquarum, tunc eò annò id, quod superest de illis per cit. Rubr n. 8. est omittendum, quantumvis de aliquibus Epistolis illius nihil sit lectum.

Quòd si tota Hebdomas, Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedens, infra quam ex causa suprâ dictâ de Dominica vel 3. vel 4. vel 5. vel 6. extra propriam diem esset agendum, sit impedita vel *Festis 9. Lectionum de præcepto* [ seu *occurrentibus*, seu etiam *translatis* ] vel aliquâ *Octavâ*, tunc juxta Rubricam ibid : citatam n. 4. ac 5. sufficit in Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè præcedente facere Commemorationem in *Officio & Missa Festi* aut *Octavæ eò Sabbatò* occurrentis de ejusmodi Dominica anticipata, cum nona de eadem in *Officio Lectione*, ac ultimo Evangelio in *Missâ*, atque hoc etiam in casu ( ut notat Coquetius ) quò Sabbato illo occurrit fieri de Festo duplici 1. classis : si enim hujusmodi Festum non excludit à suo *Officio & Missa* Commemorationem Feriæ cujuscunque Majoris, & nonam de hac Lectionem, ac ultimum Evangelium, si propriam habet Homiliam, & proprium Evangelium, à fortiori non excludet Commemorationem &c ejusmodi Dominicæ; cum nulla Dominicarum ex toto omitti debeat, uti alibi declarat Gav. Lectiones quoque pro 1. Nocturno Festi occurrentis sumentur in ejusmodi casu ex eadem Dominica anticipata, nisi Festum illud proprias, aut de *Comuni Sanctorum in 1. Nocturno* habeat

beati

P. I. Tit. VI. De Dominica 3. 4. 5. & 6. post Epiph. in genere. 3

beat Lectiones : Antiphona quoque & Oratio pro facienda Commemoratione Dominicæ in Laudibus Festi sumentur ex ipsa Dominica anticipata : Versus autem est ferialis. *Repleti sumus manè Misericordia tua &c.* ut in Psalterio Feriâ eo die occurrente.

Quodsi igitur contingat, ut de aliquâ ex dictis Dominicis, v. g. tertiâ post Epiphaniam, nec proprio suo die agi possit, nec Offic. ad Sabbatum Dominicam Septuagesimæ proximè antecedens, nec ad aliquam anteriorem Feriam anticipari possit; eò quòd tota Hebdomada sit impedita Festis 9. Lectionum, etiam translatis, vel aliquâ Octavâ, nec ei celebrandæ super sit locus post Pentecosten, tunc Sabbatò Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedente in Officio Festi ( etiam si hoc sit 1. mæ classis ) aut Octavæ currentis, legitur 9. na Lectio de Homilia illius Dominicæ anticipatæ, unâ cum Commemoratione de eadem in Laudibus per Antiphonam & Orationem propriam, per Versum verò ferialem : in Missa quoque fit tunc similiter Commemoratio de illa Dominica, cum ultimo de eadem in ea Evangelio. Sic cum anno 1682. Dominica Septuagesimæ incideret in Dominicam 3. tiam ab Epiphania : de Dominica 3. autem post Epiphaniam ( per Dominicam Septuagesimam

in ea occurrentem anno illo exclusâ ) nec fieri potuerit Officium post Pentecosten ( eò quòd dictò anno fuerint Dominicæ post Pentecosten 27. ) ac proinde Dominicâ 24. juxta Rubricam Gen. IV. de Dominicis num. 4. ponenda fuerit Dominica 4. post Epiphaniam ( quamvis ob Festum omnium Sanctorum tunc occurrens, tantum cum 9. Lectione in Officio, ejusque Commemoratione in eod. Officio, ac Missa : & ultimi Evangelij de eadem Dominica in Missa Festi Lectione ) nec in Sabbato præcedente Septuagesimam, nec aliâ præcedente Feriâ Hebdomadæ illius antecedentis Septuagesimam ( ob continuò occurrentia Festa duplicia, aut semiduplicia ) ideò, ne penitus omittetur, juxta Rubricam eandem num. 5. ac 4. Sabbatò Dominicam Septuagesimæ præcedente in Festo S. Timothei facta est Commemoratio dictæ Dominicæ 3. post Epiphaniam in Laudibus & Missa tantum, cum Antiphona & Orat. eidem Dominicæ propriâ [ versu autem feriali ] nec non cum Lectione 9. de Homil. Dominicæ III. & Evangelio ejusdem in fine Missæ Festivæ, in qua proinde 3. Oratio fuit *DEus, qui salutis &c.* Lectiones autem in 1. Nocturno Festi sumebantur ex eadem Dominica 3. post Epiphaniam. In Vesperis verò neque heri neque hodie factum est aliquid de hac Dominica III. eò

E 2 quòd

quòd hujusmodi Dominicæ antici- ditæ, non nisi Ritu feriali, ut supra patæ, seu suò locò celebrari impe- dictum, celebrentur.

## TITULUS VII.

### De Dominica III. post Epiphaniam, & Ferijs infra Hebdomadam III. post Epiphaniam occurrentibus in particulari.

**I**N Vesperis Sabbati, Dominicam hanc præcedentis, quando de ea fit Officium, dicuntur omnia [excepta Oratione propria] uti in Vesperis Sabbati ante Dominicam II. post Epiphaniam, modò superius in fine Tituli 4. de Dominica II. post Epiph. declaratò. Reliquum quoque Officium hujus Dominicæ [uti & reliquarum usque ad Septuagesimam, quando de ijs fit Officium] dicitur eò modo, quò dici debere in Dominica II. supra ex instituto est declaratum, exceptis *Lectiõibus* triù Nocturnorum, & *Antiphonis* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* in 2. Vesperis, quas habet proprias [si de ea dicatur Officium] unà cum *Oratione*, quæ dicitur, uti in 1. seu hesternis Vesperis. In I. Nocturno hâc Dominica ponitur *INITIUM* Epistolæ ad Galatas, quod quando ob occurrens Festum habens proprias *Lectiões* In 1. Nocturno [v. g. Conversionis S. Pauli] Dominicâ hâc poni non potest, ponendum est infra Hebdoma-

dem, die proximè similiter non impedita, modò supra declaratò.

*Missa* Dominicæ III. post Epiphaniam pariter est propria, dicenda cum *Gloria. Credo.* & reliquis, ut in Dominica II. post Epiph.

Quòd si in ea occurrat Festum duplex, fit de eo, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac *Missa*, cum 9. *Lectiõne* de eadem Dominica, ejusdemque Evangelio in Fine *Missæ*, ut ibid. De *simplici* occur. verò dicitur 9. *Lectiõ* [si propriam habet, & si habet duas, ex duabus fit una] atque de eodem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus ac *Missa* Dom. Si in ea occurrat *dies infra Octavam*, fit de ea pariter Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac *Missa* Dominicæ; nec in hac dicitur 3. *Oratio* nisi insuper occurrat Festum simplex.

In 2. quoque *Vesperis* omnia dicuntur, uti Dominica præcedente. Quomodo autem fit procedendum tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*.

Missam, quando Dominicæ III. aut alteri post Epiph. ante Septuagesimam celebrandæ nullus superest Locus, ob Brevitatem Temporis inter Octavam Epiph. ac Septuagesimæ intermedij, constat ex dictis Tit. proximè præcedenti. Quibus ex Gav. hic addo sequentia: Ubi contingit minui Numerum Dominicarum post Epiph. adveniente citius Dominica Septuagesimæ, & ideo Feriâ 3. tiâ vel aliâ die proximâ fit de Officio Dominicæ III. vel sequentiū anticipatè, tunc statim, ac factum est Officiū Dominicæ, in sequentibus diebus legi debent Epistolæ S. Pauli, quæ positæ sunt in Dominica anticipata, id quod in postrema Breviarj Recognitione est decretum Te-

ste eodem Gavant. Tom. 2. Sect. 5. cap. 12. n. 13.

FERIA II. & reliquis infra Hebdomadam III. post Epiphaniam, in quibus fit de Feria, tam quoad Missam, quàm quoad Officiū aguntur omnia respectivè eò proportionaliter modò, quo dictum supra Tit. V. de Ferijs post Dominicam II. post Epiph. Porro

Feriâ IV. hujus Hebdomadæ ponendum est in Officij Nocturno *Initium Epistolæ B. Pauli Apost. ad Ephesios*: quòd si die illo, ob occurrens Festum proprias habens Lectiones in 1. Nocturno, poni non possit, ponendum est alia infra Hebdomadam die similiter non impedita, ut pariter supra declaratum.

## TITULUS VIII.

### De Dominica IV. post Epiphaniam, & Ferijs infra Hebdom. III. post Epiphaniam occurrentibus.

**Q**UÆ de DOMINICA III. post Epiph. & FERIIS infra HEbDOMADAM III. post Epiph. occurrentibus, utroque Titulo proximè præcedenti à me sunt tradita, etiam DOMINICÆ ac FERIIS Hebdomadæ IV. sunt applicanda, ac in earum celebratione observanda; cùm Rubricæ tam *Missalis*, quàm *Breviarj Rom.* ibidem à me allegatæ,

ac expositæ, utrisque sint *Communes*, sive ejusmodi Dominica superfit post Epiphaniam, sive non superfit.

PROPRIA tamen DOMINICÆ IV. post Epiph. sunt sequentia: In 1. mō Nocturno Officij hodierni ponitur *Initium Epistolæ 1. B. Pauli Apost. ad Philippenses*, ut ibi. Idem est de Lectionibus II. & III. Nocturni, quæ pariter extant in loco. Ad *Benedictio*  
E 3 Anti-

Antiphona: *Ascendente JESU*; ad *Magnificat* in 2. Vesperis: *Domine, Salva nos &c.* Oratio propria, uti & *Missæ* in qua *Gloria*, & *Credo*. Quòd si hæc Dominica venerit ante Festum Purificationis B. V. M. Oratio 2. erit de S. Maria: *DEUS, qui salutis æternæ &c.* 3. Contra Persecutores Ecclesiæ, aut pro Papa, ut ibi; Si verò venerit post Festum Purificationis, tunc 2. Oratio erit ad poscenda suffragia Sanctorum, quæ incipit: *A Cunctis*; Tertia autem diceretur ad libitum Sacerdotis. Circa has duas Orationes Gavantus Tom. 1. Tit. 9. n. 2. item 15. in fine, & 16. lit. I. monet sequentia: 1. mò in Oratione à *Cunctis* Littera N. exigit Nomen *Patroni*, seu *Titularis Ecclesiæ*, in qua celebratur. 2. dò quòd si *Patronus* illius Ecclesiæ sit S. *Michael*, aut S. *Joan. Baptista*; tunc in Oratione à *Cunctis* juxta Rubric. recentior. *Missal.* Nomina dictorum Sanctorum præponenda sunt Nominibus SS. Apostolor. Petri & Pauli. 3. tiò si dicatur *Missæ* [v. g. *Votiva*] de ipso *Patrone*, seu *Titulari*, qui alioqui nominandus est ad Litteram N. in Oratione à *Cunctis*, tunc, ne de eodem bis fiat explicita mentio in *Collectis*, vel debebis omittere *Patroni* Nomen in Oratione à *Cunctis*, vel ejus locò aliud poteris nominare pro tua Devotione. 4. tiò In 3. tià Oratione ad libitum cavere debet Sacerdos pro sua modestia, ne coram Prælato suo, aut Persona Principe, dicat Orationem, quæ habet Titulum: *pro se ipso Sacerdote*: tunc enim orandum potius ex reverentia pro ipso Episcopo, seu Principe præsentem. 5. tiò Quando contingit à summo Pontifice, aut Episcopo Diocesano &c. mandari, ut pro publica Ecclesiæ causa quotidie [post Orationes diei] dicatur certa Oratio, v. g. *DEUS Refugium &c.*, aut alia, tunc hæc supernumeraria Oratio vel dicenda est locò Orationis tertiæ ad libitum, vel addenda præscriptis à *Missali*, tanquam Commemoratio, in duplicibus, *Dominicis*, & *Festis semiduplicibus*: Decevit tamen S. R. C. 1627. 28. Aug. omitti regulariter debere prædictam Orationem in Festis 1. mæ Classis, nisi scilicet [inquit Bauldryus] aliud expressè statuatur à Majoribus, hoc est, à Papa, seu Sac. Rit. Cong. aut etiam Episcopo, si opus sit, quoad certum tempus tantum; Imò & in Festis 2. dæ Classis [teste eod. Gavanto Tit. 9. n. 16. cit.] Uusus Communior insigniorum Ecclesiarum Urbis est, ut neque dicatur in *Missis* etiam privatis, ne dum in solemnibus, eamque consuetudinem ibid. approbat Gavantus, & Directorium quoddam Parisinum, ad ejus calcem hoc subjungens Monitum: *Cum aliqua Oratio quotidie dicenda est in Missa ex mandato Episcopi, S. R. C. decevit, ut omitteretur in Festis 1. Classis; pari jure omittenda est in*  
" *Dom.*

\* Dominica Palmarum: & in Vigilia  
 " Pentec: juxta usum insigniorū Urbis  
 " Ecclesiarum &c. Ceteris diebus dici  
 " debet: dicitur autem tanquam ad-  
 " ventitia, itā, ut semper ei præmit-  
 " tantur illæ, quæ jam aliunde præ-  
 " scriptæ sunt. Quod si contingat,  
 " ut 3. Oratio recitanda sit ad libi-  
 " tum, hæc adventitia tertium obtri-  
 " nere locum poterit, vel alia quæ-  
 " liber, quam ista 4. locō subsequa-  
 " tur. Hactenus illud Director. ac  
 proinde in *Festis semiduplicibus* [ in  
 quibus alioqui Orationes dicendæ  
 sunt numero impari, & quidem regu-  
 lariter tres, idque vel in honorem  
 SS. Trinitatis, ut vult Innocent. III.  
 vel quia Christus ter oravit in horto,  
 ut censet Micrologus, vel in ejus  
 memoriam, qui 3. *tia die* resurrexit,  
 ut scribit S. Clemens ] potest Oratio  
 à Superioribus præscripta dici [ post  
 præscriptas tamen à Missali ] etiam  
*quarto locō*. non superadditā Oratio-  
 ne *quintā*: quia hæc Oratio habetur  
 in ejusmodi *Festis* pro non adjecta:  
 at verò in *Festis simplicibus* [ par ratio  
 est de *Missis* *Votivis* *privatis*, utpo-  
 te ritu simplici dictis ] ac Ferijs  
 per annum, si ejusmodi Oratio ex-  
 traordinaria veniat *quarto locō*, sem-  
 per ei addenda est *quinta*, ut notat  
 Gav: & Bauldry; cum *hujusmodi Fe-  
 sta*. ac *Feria* aliunde *quinque*, aut e-  
 tiam *septem* admittant; *quinque* qui-  
 dem ob *quinque partem* Christi Pas-  
 sionem, *septem* verò, vel quia Christus

in Oratione Dominicali *septem* insti-  
 tuit *petitiones*, vel ob *septiformis gra-  
 tiæ* spiritum, ut exponunt Microl:  
 & Innoc. apud Gavantum: *Tom 1.*  
*P. 1. Tit. 9.* ubi advertit, ideo in se-  
 miduplicibus dici regulariter *tres*, &  
 in simplicibus *quinque*, aut *septem*;  
 quia DEUS numero *impare* gaudet;  
 cumque Numerus impar sit indivisi-  
 bilis, ideo *Unionem* hōc locō Ecclesiæ  
 Orantis significat. Quæ omnia con-  
 firmantur auctoritate Gavanti locō  
 supra cit: & Bauldry P. 3. c. 7. Tit. de  
 Oracionib: itā scribentium: In *Missis*,  
 in quibus tertia Oratio est *ad libitum*,  
 potest dici Oratio *DEI refugium* [ vel  
 alia similis à Superiore ad Tempus  
 præscripta ] ea tamen ratione, ut ser-  
 ves in *tali casu* debitum numerum  
 & ordinem, videlicet quatuor in Do-  
 minicis, & semiduplicibus; quin-  
 que in simplicibus, Ferialibus, &  
*Votivis*. Addit Bauldry: Cum [ juxta  
 ipsum ] in *Assumptione* *Habitus*, &  
*Professione* *Monialium*, siquidem fiant  
 aliquo *die Festo*, non sit dicenda *Miss-  
 sa* *Votiva* de S. Spiritu, sed *Missæ* *dicē*  
 addenda solummodo Oratio de S.  
 Spiritu, hanc *Missæ* *festivæ* Oratio-  
 nibus similiter itā esse addendam, ut  
 nulla omittatur ex assignatis in *Miss-  
 sali* pro *Missæ* *currentis* *dici*, & si-  
 quidē tertia sit *ad libitum*, posse eam  
 dici de S. Spiritu. 6. *to* quando Ora-  
 tio à *Cunctis* dicitur ultimo locō,  
 tunc ipsa cum correspondente sibi  
 Post-Communione terminanda est  
 pes



per Verba: *per eundem Dominum &c.* 7. mò Tò *ad libitum* non significat hóc locò, quòd, quascunq; velis, Orationes dicere possis, sed quòd distis ijs, quæ in Rubricis Missalis pro tali Missa assignantur pro Oratione 2. da vel 3. tia respectivè, tunc [ si Missa plures patiatur ] suprà non præscriptas addere possis aliam, vel alias, quæ tibi magis placent, at tamen cum debito ordine, ac numero pro qualitate Missæ: non enim licet relinquere eas Orationes, quæ secundò vel terriò locò dicendæ à Rubricis determinate in Missali assignantur, & in earum locum sufficere alias, à Missali non præscriptas, esto sit forsan aliqua harum ob publicam necessitatem ad Tempus præscripta ab Episcopo, veluti *Deus refugium &c.* nam neque ob hujusmodi Orationem supernumerariam ac extraordinariam omitti posse aliquam ex assignatis decisum ferunt à S. R. C. 1684. 2. Decembr.

Quòd si tertia Oratio sit *ad libitum*, poterit quidem illa etiam esse *de Sancto aliquo* pro tua Devotione, eò illam modò dicendo, quò aliqui dicitur in Missa ejus *Votiva*, ut infra, Titulò: *de Missis Votivis*: licebit quoque in casu, quo tertia Oratio est *ad libitum*, pro tertia Oratione assumere aliquam ex Missis *Votivis pro pace*, pro *Belli* aut *Pestis* avertenda Calamitate, aut pro *Inferno*, vel *Morituris &c.*, exstantibus

in fine Missalis, ut locò post citandò tradit post alios Tob. Lohner: quòd si tamen plures ejusmodi Orationes Supernumerarias admittat qualitas Missæ, in ijs dicendis attendi debet præter debitum numerum etiam dignitas eorum, de quibus est Oratio, ut suprà, & in Missali Rubr: Gen: VII. n. 5. ubi cum ea præmisisset, *Orationes Votivas* postremum occupare locum in Comemorationibus, quæcunque illæ sint [ eò quòd non concordent cum *Officio* ] mox subjungit, in ejusmodi *Orationibus Votivis*, seu supernumerarijs servandum esse *ordinem dignitatis*; puta, de S. Trinitate, de S. Spiritu, de SS. Sacramento, de S. Cruce ponendo Orationem *Votivam* ante Orationem *Votivam* de B. Maria, & Orationem *Votivam* de Angelis, vel S. Joanne Baptista, ante Orationem *Votivam* de Apostolis, & sic de alijs. 8. taviò Quando dicitur Oratio à *Cunctis*, vel *Ecclesiæ*, non esse dicendam Orationem *contra Paganos*, aut aliam hujusmodi [ eò quòd sufficienter una contineat, quòd altera ] nec posse *Nomen Paganorum* mutari in *Nomen Turcarum*, *Hæreticorum &c.*, quando dicitur *Collecta*, vel *Missa contra Paganos*, pariter ferunt esse responsum à S. R. C. 1688. 16. April. & 29. Julij. Plura huc pertinentia Vide infra P. II. die 3. Febr. item in Rubricà gener. VII. & IX. Missal.

Petes 1. mò An tanquam Oratio

tio ad libitum in Festis semiduplicibus possit etiam poni Oratio *Fidelium*, aut alia pro *Defunctis*, v. g. pro Defuncto Sacerdote, vel Patre, aut Matre celebrantis &c, locò alterius Orationis ad libitum? Respondet P. Lohner Instruct. I. pract. P. IV. Tit. 3. §. 2. n. 4. affirmativè contra nonnullos de hoc dubitantes, quorum Rationem dubitandi ibid. solvit, & suam Sententiam in Comuni praxi, & idonea simul fundat ratione: rectè tamen ibid. monet, quòd, quando Orat: *Fidelium* per modum Collectæ in ejusmodi Festo semiduplici dicitur, dici id debeat 2. d. seu penultimò locò, illius scilicet Collectæ seu Orationis locò, quæ alioqui secundum seu penultimum locum requireret, si non diceretur Oratio *Fidelium*, aut alia pro uno, aut pluribus Defunctis in tali Missa: Quandoquidem universalis apud Rubricistas receptum est Regulâ, quòd, sicut in Missis de *Requiem*, in quibus plures dicuntur Orationes, Oratio *Fidelium* semper debet poni ultimò locò, ita in *Missis Vivorum*, in quibus dicuntur 3. aut etiam plures Orationes, Oratio *Fidelium* (idem erit, si locò hujus Oratio alia pro uno, aut pluribus Defunctis dicatur) locum penultimum sibi vendicat, & hoc etiam in casu, quo in hujusmodi Missa faciendâ est Commemoratio de occurrente Festo simplici.

Petes. 2. d. : cujusnam sit præ-

scribere Orationem supernumerariam modò supra dictò pro *publica causa*, aut *necessitate* in duplicibus, semiduplicibus, & Dominicis dicendam: an nempe id etiam possint Superiores Regulares, an verò solummodo Papa, ac Episcopi locorum ordinarij? R. 1. mò certum mihi videri, posse illos determinare unam, posito, quòd à Pontifice indicta sit una indeterminata. Resp. 2. Posse meò judiciò (salvo meliori) ad certum tempus ex justa & gravi causa ejusmodi Orationem præscribi (ita tamen addendam, ut nulla ex assignatis in Missali omittatur) etiam à Superioribus Regularibus, per se loquendo, ac juxta statuta seu consuetudinem sui ordinis; cum enim Rubricistæ, nominatim Gavantus, Bauldry, & alij, cum agunt de casu, in quo *accidit* (sunt eorum verba) *ut à superiore aut superioribus decernatur, ut pro publica causa dicatur Oratio: DEUS refugium, aut alia*, loquantur de Superiore Ecclesiastico generatim, sine exclusione Regularium, etiam his videretur competere potestas indicendi ad Tempus (quod regulariter in nostra Societate est trium Mensium) ejusmodi Orationem supernumerariam; id quod etiam in praxi receptum videmus. Quinam autem Superioris regularis nomine intelligantur, vide apud P. Gobat Tom. 1. P. 1. Tr. 8. n. 417. & 418. ac ibi citatos: Quid verò

F

verò

verò nominatim Superioribus tam Provincialibus quàm Localibus nostræ Societatis fit observandum juxta suum Institutum ac suas Constitutiones circa indicendas suis Subditis procurrentibus necessitatibus Orationes extraordinarias &c, habetur in eorum Regulis c. 2. in fin. &c.

Petes 3. An etiam pro necessitatibus privatis superaddi possint Orationibus à Missali præscriptis Orationes Votivæ, v. g. pro infirmis, & alijs? *¶* Extra Festa 1. mæ & 2. dæ Classis concedi id quidem à Bauldryo & alijs apud Andr. Piscara; rectè tamen addit uterque, melius & consultius esse abstinere ab hujusmodi Orationibus, ac strictè observare Rubricas Missalis, sicque per obedientiæ meritum, aut etiam magis feriam ejusmodi privatæ necessitatis sub *Memento* factam Commendationem, Votivas ejusmodi Commemorationes compensare.

Si in hac, aut sequentibus 2. Dominicis occurrat *Festum simplex*,

aut dies infra Octavam, fit de ijs Commemoratio modò in Dominica II. & III. declaratò.

Feria III. infra Hebdomad. IV. post Epiph. ponitur in Officio *Initium Epistolæ B. Pauli Apost. ad Colossenses*: & *Feria V. Initium Epistolæ I. ad Thessalonicens.* Sabbatò autem *Initium 2.* Quæ *Initia* (idem est de *Initio Epistolæ*, quæ dicitur in 1. Nocturno præced. Dominicæ) si die suo ob occurrens Festum habens proprias Lectiões in 1. mo Nocturno, poni non possint, ponuntur die alio non impedito, modò superius declaratò.

Ferijs infra hanc Hebdomadem currentibus, siquidem fiat *Officium de Feria*, resumitur *Missæ* Dominicæ proximè præcedentis (nisi fiat, aut facienda sit *Missæ de Requiem*, aut dicatur *Missæ Votivæ* &c.) cum Orationibus in ea assignatis, attamen sine *Cloria & Credo*, cum *Benedicamus Domino* in fine *Missæ*. *Col. Virid.* Vide dicta superius Tit. V.

## TITULUS IX.

### De Dominica V. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadam V. post Epiphaniam currentibus.

Quæ suprà Tit. 7. de Dominica Epiph. currentibus, à me sunt tradita III. post Epiph. & Ferijs, ta, huic quoque Dominicæ, ac Ferijs infra Hebdomad. III. post Epiph. infra Hebdomad. V. post Epiph. currentibus.

occurrentibus ob rationem Tit. præced: allegatam sunt applicanda, siue suo locò celebretur, siue aliò.

Propria tamen Dominicæ V. post Epiph. sunt ea, quæ sequuntur: In I. Nocturno Officij hodierni ponitur Initium Epistolæ 1. B. Pauli Apost. ad Timoth. ut ibi. Lektionen quoque II. ac III. Nocturni dicuntur ut ibi in proprio de Tempore: ex quo etiam sumitur Antiphona ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* in 2. Vesperis. Oratio propria (ex Vesperis hesterni Sabbati) uti & *Missæ*, in qua *Gloria & Credo* Oratio 2. *A cunctis*. 3. ad Libitum in fine: *Ite*. Col. virid.

Feriâ III. infra Hebdomadam

V. post Epiph. ponitur in Officio *Initium Epistolæ 2. de B. Pauli Apost. ad Timoth.* Feriâ autem V. Initium Epist. ad *Titum*; ac denique *Sabbato* ejusdem Hebdomad. *Initium Epist. ad Philemonem.* Quæ Initia Lektionû de Sacra Scriptura, si die suo poni non possint [ ob occurrens Festum habens propr. Lektionen ] ponuntur die alio non impedito, juxta superius tradita.

FERIIS infra Hebdomadam hanc *occurrentibus*, si quidem fiat de *Feria*, tam quoad *Missam* [ quæ resumitur ex Dominica immediatè præcedente ] quàm quoad *Officium*, omnia aguntur eò respectivè ac proportionaliter modò, quò supra *Tit. V.* dictum.

## TITULUS X.

De Dominica VI. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadam VI. post Epiphaniam occurrentibus.

**H**ic quoque *Dominica*, ac *Hebdomada* ea sunt applicanda, quæ supra de *Dominica III. post Epiph. & Ferijs Heb. III. post Epiph.* sunt tradita, siue suo locò celebretur, siue non.

Propria tamen huic Dominicæ [ nempe VI. post Epiph. ] quando suo locò celebratur, & Ferijs eam subsequenibus sunt sequentia: In I. Nocturno hodierni Officij ponitur *Ini-*

*tiuum Epist. B. Pauli Apost. ad Hebræos*, & de ea legitur in sequentibus *Ferijs*, usque ad *Dominicam in Septuagesima*. Lektionen quoque II. & III. Nocturni dicuntur de ea, uti notantur in loco, hoc est, in *PROPRIO de Tempore*. Exinde quoque sumuntur Antiph. ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, in 2. Vesp. cum *Oratione*, quæ pariter est propria, uti & *Missæ*, in qua *Gloria & Credo*. Oratio 2. à *Cunctis* 3. ad *Libitum*, nisi

F 2

nisi facienda sit Commemoratio occurrentis Festi simplicis, aut diei infra Octavam; nam in occurſu Festi simplicis Oratio 2. erit de simplicis. 3. à cunctis. In occurſu autem diei infra Octavam fit Commemoratio Octave, nec dicitur 3. tia Oratio; nisi insuper occurrat Festum simplex, ut supra in simili jam monui. In fine Missæ: *Virid.* Vide dicta superius Tit. V. *lit.*

In Ferijs Hebdomad. VI. post Epiph. resumitur pariter Missa Dominicæ proximè præcedentis (nisi fiat aut faciendum sit de *Requiem*, vel dicatur Missa *Votiva*, &c.) cum Orationibus in ea assignatis, attamen sine *Gloria* & *Credo*, & cum *Benedicamus Domino* in ejus fine. *Col. Virid.* Vide dicta superius Tit. V.

## TITULUS XI.

### De Dominicis, ac Ferijs à Septuagesima usque ad Quadragesimam.

**S** EPTUAGESIMA (ut quidam apud Henric. Pisart *Direct. Canon. cap. 5. Proprij de Temp.* volunt) ex eo dicitur, quòd *Septies* habeat *decem*, id est, *Septuaginta* dies ab ea Dominica usque ad Sabbatum in albis, quò terminatur; *SEXAGESIMA* ex eo, quòd complectatur dies *Sexaginta*, finiturque Feriâ IV. post Pascha: *QUINQUAGESIMA*, à 50. dierum numero ità dicta, ipſo die Paschatis finitur; *QUADRAGESIMA* denique in Cœna Domini absolvitur; habet autem Quadragesima duos dies abstinentiæ à carne usque ad Pascha, è quibus si demas 6. Dies Dominicas erunt Triginta sex, hoc est, decima anni pars, qui communiter constat diebus 365. quibus postea S. Gregorius M. insuper quatuor primos ad-

jecit jejuniij dies, ut ità non modò *Decima* anni solveretur DEO, sed etiam jejunium 40. dierum CHRISTI DOMINI perfectè imitaremur.

Porrò hæc SEPTUAGESIMA dierum (ut quidam AA. notant) quam in præſenti observat Ecclesia, indicat illos 70. annos, quibus Filij Israël fuerunt sub servitute Babylonica, & sicut illi eo Tempore deposuerunt organa sua, dicentes: *Quomodo Cantabimus canticum Domini in terra aliena?* ità & nos deponimus *Alleluja*, quod est lætitiæ signum, quod huic Dominicæ ac Tempori non convenit, utpote in quo recolitur peccatum Adæ, ejusque per Passionem Christi Servatoris, pro nobis tam dira passi, imò & mortui in *Cruce*, expiatio; adeoque est *Tem-*

pus luctus, cui *Cantica letitiae* non congruunt, unde & in Missa dicitur *Tractus*, id est Canticum luctus, ita dictum (ut videre est apud Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 10. n. 5. lit. Z.) quod *tractus* cantetur, & veluti tractae voces lugubres gemitibus & suspirijs admixtae sint, atque huic Tempori ex eo etiam capite vel maxime conveniens, quod in eo tum mortem, quae in mundum per invidiam Diaboli intravit, ut notat Rupertus; tum vitae praesentis miseriam, ut observat Innocentius III. lugeamus. Qua de re pulchre omnino Leo Papa IX. in hunc modum discurret: *Hi duo solummodo Hymni ab Angelis in novo Testamento inveniuntur decantati, Alleluja, atque Gloria in Excelsis DEO, quos pariter in SEPTUAGESIMA intermittimus; quia peccato hominis veteris à concentu Angelica Ju-*

*bilationis expulsi in hujus misera vita Babylonem, super flumina ejus sedemus, & stemus, dum recordamur illius Sion, in qua DEVM decet Hymnus.* Quae porro S. hic Pontifex subjungit, vide apud cit. Auct. uti & apud Gavantum Tom. 1. cit. P. 4. cap. 5. plures alias de 4. memoratis DOMINICIS, ac TEMPORIBUS, necnon eorundem MYSTERIIS Sacras Eruditiones: Item apud Gulielmum Durandum hic in Rationali Divinor. Officiorum, & Joan. Belet in Explicat. Divinor. Officiorum à c. 77. ubi inter alia advertit, in Officijs Divinis hoc *Tempore Luctus* intermitti ab Ecclesia tria *Cantica Latitiae*, scilicet: *Alleluja*, & (siquidem *Officium* & *Missae* fiant de Tempore) *Te DEum Laudamus*, ac *Gloria in Excelsis*. His praemonitis, ac praemissis sit

§. I.

De Sabbato ante Septuagesimam.

**S**ABBATÒ ante Septuagesimam in Martyrologio (quod ad PRIMAM ante Versum: *Preciosa* regulariter pro sequenti die legitur in Choro) annuntiatur hodie 1. mò locò *Dominica crastina Septuagesima*, juxta regulam 6. Martyrologij Romani.

Si hodie fuit factum de S. Maria

in Sabbato, aut Ritu feriali de Dominica 2. vel alià post Epiphaniam superstite, quae die propriè *Dominico* (ut interdum juxta dicta superius contingit) celebrari non potest, tunc in Vesperis hodiernis dicuntur Psalmi feriales cum suis Antiphonis, prout notantur Sabbatò ad Vesperas in Psalterio; à Capitulo autem (quod

F 3

pro-

proprium haber craftina, ac eam sequentes duæ Dominicæ) fit de *Dominica in Septuagesima*: Hymnus & Versus ex Vesperis Sabbati per annum. Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio propria, prout notantur in Sabbato ante Septuagesimam. Ad Versum: *Benedicamus Domino*, & ad *Be. DEO gratias*, additur duplex *Alleluja*, ut ibi; nec amplius deinceps dicitur *Alleluja* usque ad Sabbatum Sanctum, sed ejus locò Initiò Horarum, ubi post *DEus in Adjutorium &c* dicebatur *Alleluja*, dicitur *Laus Tibi Domine, Rex æterna Gloria*: At verò in alijs locis locò *Alleluja* nil prorsus est addendum à Recitantibus *Officium*, ut monet ibidem Rubrica, & Gavantus. *Col. Viol.* Dixi: à Recitantibus *Officium*: nam à Musica (ut apud Gav. Tom. 2. S. 6. c. 9. n. 3. Joan. Belerh. de Div. Offic. cap. 79. restatur) in Antiphonis, & Responsorijs pro *Alleluja* dicitur: *in æternum*; At verò à Recitantibus *Officium* [idè est de *Missa*] omittitur *Alleluja*, etiam in Antiphonis, & Responsorijs, ubi alioquin est, & ejus locò nihil dicitur. *Gav. loc. cit.*

Si in Sabbato Dominicam Septuagesimæ præcedente celebratur *Festum semiduplex*, tunc hodiernæ Vesperæ [si cras fiat *Officium de Septuagesima*] dicentur usque ad Capitulum de Festo, à Capitulo autem de Dominica Septuagesimæ, modò paulò antè descriptò. *Col. Viol.*

Si autem in Sabbato ante Septuagesimam celebretur aliquod *Festum duplex*, tunc in hujus Vesperis secundis fiet de *Dominica*, quæ dicitur in *Septuagesima*, post Orationem Festi solummodò Commemoratio, & in fine illarum dicitur: *Benedicamus Domino Alleluja, Alleluja &c*, ut suprà, ac suò locò. *Col. competens Festo.* **COMPLETORIUM** dic: more solito, omisso, ut suprà, *Alleluja* ad *DEus in Adjutorium &c*, pro quo ibi humiliori latinà linguà dicimus: *Laus tibi Domine &c*; quia Tempori huic juxta dicta congruit *Humilitas*, ob memoriam peccati originalis, *Alcuin: apud Gavant. loc. cit.*

Si Dominicà in Septuagesima *Festum solenne* alicujus loci [puta *Patroni*, vel *Titularis Ecclesie*, aut *Dedicationis* ejusdem] alicubi occurrat, iterum Vesperæ Sabbati præcedentis erunt integræ de tali Festo, cum Commemoratione Dominicæ, ac addito in fine ad *Benedicamus Domino* duplici *Alleluja &c*: cum Dominica Septuagesimæ, utpote tantum Dominica 2.æ Classis, ejusmodi solenne Festum non excludat, seu faciat transferri. Vide dicenda inferiùs P. II. & III.

Si in Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ, aut aliquam aliam ejusmodi *Dominicam majorem privilegiatam* [ejusmodi sunt omnes Dominicæ 1. & 2. Classis] occurrat *Officium de septima die infra* aliquam *Octava*

*Octavam*, tunc ex Decr. S. R. C. de die 9. Novemb. 1622. & 1681. 1. Mart. Psalmi Vesperarum erunt de Psalterio, Capitulum de Dominica sequenti, de die autem Octava in hodiernis Vesperis, & crastino Officio Dominicali fiet tantum Commemoratio, dicendo in hodiernis Vesperis Antiph. & Vers. uti in 1. Vesperis Festi; omittuntur tamen in tali occurrentia Suffragia in utrisque Vesperis, & Laudibus; nec non *Preces ad Primam, & Completorium*, in gratiam diei Octavae. *Gavans. Tom. 2. sect. 3. cap. 8. n. 13.*

Si denique in Sabbato ante Septuagesimam, aut aliam hujusmodi Dominicam Privilegiatam, occurrat *Festum semiduplex*, & simul *dies septima infra Octavam* alicujus Festi, quod habet Octavam, tunc in Vesperis illius Sabbati *Antiphona & Psalmi* erunt de *Festo semiduplici*, à Capitulo autè fiet de *Dominica illa privilegiata*, cum Commemorazione primò Festi semiduplicis (urpote habentis in hoc

casu saltem dimidium Vesperarum) & postea primum *diei Octava* (in crastinam Dominicam privilegiatam incidentis) uti in 1. Vesperis Festi; eò quòd (non obstante quòd dies Octava habeat alioqui Ritu duplicem) toto sequenti die Dominico nihil habeat in tali casu *dies Octava*, nisi *meram Commemorationem*, ob occursum Dominicæ Privilegiatæ; *Festum* autem *semiduplex*, Sabbato ante Dominicam privilegiatam occurrens, habeat saltem *dimidium Vesperarum*. Ex quo rectè colligit, ac infert Gavantus dari casum, in quo *dies Octava* (quæ est duplex) cedat in concursu Festo semiduplici. *Gav. Tom. 2. sect. 3. cap. 8. n. 22.*

Quarundam Ecclesiarum (saltem in hac nostra Germania) consuetudo habet, ut à Vesperis Sabbati Dominicam Septuagesimæ præcedentis obvelentur ex parte *Imagines Altarium Velis Violaceis*, perinde ac in Adventu.

## §. II.

### De Dominica in Septuagesima.

**S**I in DOMINICIS SEPTUAGESIMÆ, SEXAGESIMÆ, aut QUINQUAGESIMÆ occurr. Festu duplex, vel semiduplex, transfertur illud in primam diem, simili Festo non impe-

ditam, ut dicitur in Rubrica de Translacione Festorum. Excipiuntur tamen triplicis generis Festa, quæ solenniter ac Ritu duplici 1. mæ Clafis alicubi celebrantur (nempe *Pa-*  
*troni,*



trani, ac Titularis Ecclesie, nec non Dedicacionis ejusdem) hæc enim occurrentia in Dominicis 2. de Classis (cujusmodi sunt 3. prædictæ) aut in diebus infra Octavam Epiphaniæ, juxta cit. Rubric. non transferuntur, sed eodem, quo occurrunt, die celebrantur, cum Commemoratione tamen in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa de ejusmodi Dominica, aut die infra illam Octavam, utpote privilegiatam, simul occurrente, nec non cum 9. Lectione de Homil. Dominicæ, & Evang. ejusdem in fine Missæ. Econtra excludunt hujusmodi Festa Solemnia [idem est de alijs Festis 1. Classis] in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemorationem simplicis, uti & dierum infra Octavam [nisi sint dies alicujus Octavæ privilegiatæ, quales sunt Epiphaniæ, Paschæ, Nativitatis, & Corporis Christi] item Vigiliæ, nisi sit privilegiata [uti est Vigilia Epiphaniæ] & Ferie, nisi sit Feria major; Nam Vigiliæ Epiph. ac Ferie cujuscunque majoris respectivè concurrentis aut occurrentis etiam in duplicibus 1. mæ Classis faciendæ est suis locis Commemoratio, cum 9. Lectione in Officio, ac Evang. de iisdem in fine Missæ. Admittunt quoque Commemorationem diei Octavæ occurrentis, item Duplicium 2. Classis, concurr: in primis, ac secundis Vesperis; At verò aliorum Festorum Duplicium [etiam majorum] & Semi-

duplicium concurrentium non nisi in secundis Vesperis. In 1. quoque Vesperis Duplicium 1. mæ Classis non fit Commemoratio Dominicæ antecedentis [nisi fuerit Dominica major, seu privilegiata, hoc est, 1. mæ aut 2. Classis] nec diei Octavæ die illo celebratæ, nisi fuerit privilegiata.

In 2. autem Vesperis excludunt Commemorationem diei infra Octavam, etsi postero die fiat Officium de illa, nisi [quæ exceptio semper in similibus est intelligenda] ea fuerit dies Octavæ privilegiatæ. His præmissis, ac prænotatis

OFFICIUM DOMINICÆ IN SEPTUAGESIMA [par ratio est de Officio sequentium 2. Dominicarum] ex suppositione, quòd de ea fiat, sic ordinatur: Quia in hac & seqq. 2. Dominicis Invitatorium est *Præoccupemus faciem Domini &c.* ideo in 1. Versu Psalmi: *Venite, exultemus &c.* omittitur *Præoccupemus faciem ejus*, & ejus locò reperitur à Choro (idem est de Socio Chorum representante in privata recitatione) dictum Invitatorium. *Hymnus* [Primo die, quo *Trinitas &c.*] *Antiphonæ*, *Psalmi*, & *Versiculi Nocturnorum* dicuntur ut in Psalterio per annum. Lectiones I. Nocturni de Scriptur. occurrente [Incipit Liber Genesis] II. & III. Nocturni, uti notantur in loco in PROPRIO de TEMPORE; & in fine ultimæ in hac, ac sequen-

sequentibus Dominicis usque ad Pascha locò Hymni: *Te DEUM* semper dicitur Responsorium nonum suis locis annotarum, nec legitur 9. Lectio de *Festo Simplicis* occurrente in ejusmodi Dominicis, etiamsi alioqui propriam [ Unam vel duplicem ] Lectionem id habeat. *Rubr. Gen. Tit. 9. n. 10.* Quia nempe ejusmodi Responsorium Lectioni nonæ de Sancto non conveniret.

Ad *Laudes* Antiphonæ propriæ: in iisdem Psalmus primus *Miserere*, ut *Fer. 2.* in Psalterio, secundus *Confitemini ex PRIMA* Dominicæ: Reliqui, ut in Dominica, ac Festis per annum: Hymnus: *Æterne rerum Conditor* &c. Capitulum, Versus, Antiph: ad *Benedictus* & Oratio [ ex hesternis Vesperis ] propria. Ad PRIMAM Antiphona ante Psalmos propria: Pro Psal. *Confitemini* dic: Psal. *Dominus regnavit*, ex Laudibus Dominicæ: Reliqua [ etiam Lectio brevis ] uti in Dominicis per annum.

Ad HORAS Antiphonæ, & Capitula propr. Oratio eadem, quæ in hesternis Vesperis, ac hodiernis Laudibus. Reliqua uti in Dominicis per annum. MISSA propr. cum *Credo* sine *Gloria*: In ea, si *Dominica Septuagesima* [ idem est de *Dominica Septuagesima*, ac *Quinquagesimæ* ] venerit ante Festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, Oratio secunda est *DEUS, qui salutis æternæ* &c [ correspondens autem huic *Secreta*

juxta Rub. Missal. tunc non est: *Muneribus nostris* &c, utpote coincidens cum Oratione currentis Dominicæ, sed: *Tua Domine* &c, ex Missa Votiva de S. Maria post Purificationem] tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, uti notantur in Dominica II. post Epiph. Si verò venerit post Festum Purificationis, Oratio 2. erit *A cunctis*, 3. ad Libitum. In iisdem Dominicis [ uti & in Festis ] post Graduale [ omisso in Festis *Aleluja*, ac Versu seq. ] dicitur Tractus, ut ibi, non item in *Ferijs*, in quibus resumitur Missa præced. Dominicæ; nam in his tantum dicitur Graduale, omisso Tractu. Præf. Commun. à Septuages. usque ad Feriam IV. Ciner. in Missa Dominicali ac Feriali, & in fine; *Benedicamus*. Quod si in hac, aut alia *Dominica Privilegiata* occurrat *Dies Octava* alicujus Festi [ v. g. *Patroni*, aut *Dedicationis* ] sit eò annò de *Die Octava* [ utpote non transferibili quoad suum Officium & Missam in aliã diem ] tam in *Officio* quàm *Missâ* Dominicæ duntaxat Comemoratio, non tamen dicuntur tunc in *Officio* talis Dominicæ Preces Dominicales ad Primam & Completorium, nec Suffragia Sanctor: ad Vesperas ac Laudes, nec etiam tunc dicitur in Missa talis Dominicæ tertia Oratio: cum enim in *Dominicis infra Octavam* dicantur tantum duæ Orationes ( nisi fortè facienda sit Comemoratio Festi Simplicis occurrentis )

G

à for-

à fortiori nonnisi duæ erunt dicendæ in casu, quò *Dies ipsamet Octava* occurrit in Dominica, utpote nobilior tam *die infra Octavam*, quàm etiam *Dominicâ infra Octavam*, uti cum Gav. discurret Bauldry P. 3. c. 7. in Tit. de Orat.

Quòd si in aliqua dictarum 3. Dominicarum occurrat *Festum Simplex*, fit de eo Commemoratio etiam in *Missâ*, & Oratio, quæ alioquin esset secunda, dicitur tunc 3. locò, concludendo Postcommunionem, Orationi *DEUS, qui salutis &c* correspondentem, per verba: *per eundem &c*, si fit ultima. Quòd si *dies Octava*, aut *dies infra Octavam* in ejusmodi Dominica occurrat, fit etiam hujus Commemoratio in *Missâ*, non tamen dicitur tunc 3.ia Orat: nisi fortè simul occurrat *Festum simplex*, aut simul alia dies infra Octavam.

Quando in *Dominica Septuagesimâ* (par Ratio est de *Dominica Sexagesimâ*, ac *Quinquagesimâ*, aliisque hujusmodi Dominicis 2. Classis) non occurrit *Festum Patroni*, vel *Titularis*, vel *Dedicationis propria Ecclesiæ*, nec postero die *Festum duplex*, *Vesperæ hodiernæ* dicuntur de ea, & *Psalmi* quidem cum suis *Antiphonis*, uti & *Hymnus* cum suo *Versu*, ut in *Psalterio*; at verò *Capit. Antiph.* ad *Magnificat*, & *Oratio*, uti norantur suò locò.

Quòd si verò in hujusmodi *Dominica privilegiata*, aut die eam sub-

sequente occurrat *Festum Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ*, vel *Dedicatio* ejusdem, semper de ea non tantum in *Laudibus*, ac *Missâ*, sed etiam in *Utrisque Vesperis Festi* fieri debet *Commemoratio*, ut suis à me locis declaratur, ac etiam noratur in *Rubric: de Dominicis 2. Classis*.

Quòd si in tali *Dominica Privilegiata* occurrat *dies Octava*, *Dominica* ejusmodi etiam in 2. *Vesperis* conservat *Sedem* sibi acquisitam, ità, ut de *die Octava* fiat juxta suprà dicta etiam in his tantum *Commemoratio*, ut in 2. *Vesperis Festi*. Quòd si *Dominica ipsa* in 2. *Vesperis* concurrat cum sequenti *Festo duplici*, *Vesperæ* quidem erunt de sequenti *Festo duplici*, *Commemoratio* tamen diei *Octavæ*, in tali *Dominica* occurrentis, adhuc fiet post *Commemorationem* *Dominicæ*; non obstante, quòd *dies Octava* habeat *Ritum* aliqui *duplicem*, non item *Dominica* ejusmodi. Quòd si autem *Dominica Privilegiata* in *Vesperis* secundis concurrat cum *Festo* duntaxat *semiduplici*, tunc *Vesperæ* erunt de *Dominica* cum *Commemoratione* diei imprimis *Octavæ* (ut in 2. *Vesperis Festi*) ac postea primùm sequentis *Festi Semiduplicis*, uti in 1. *Vesperis* ejusdem; quia in pari *Gradu* *Commemorationis* nobilior est *diei Octavæ*, quàm *Festi Semiduplicis* *Commemoratio*. Gav. Tom. 2. l. 3. c. 8. n. 14. Col. *Viol.*

§. III.

De Ferijs infra Hebdomadem Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quinquagesimæ, usque ad Fer. IV. Ciner. exclusivè occurrentibus generatim.

**O**FFICIUM FERIALE huius Temporis, seu *Officium Simplex de Tempore occurrenti*, fit ut in *Psalterio* per annum (etiam quoad Invitatorium, & Antiphonas ad Laudes) ac PROPRIO DE TEMPORE, in quo singulis Ferijs assignantur propria *Lectiones*, uti & *Responsoria propria* pro singulis Ferijs secundis, at verò in reliquis Ferijs (cùm propria in ijs Responsoria post Lectiones non assignantur) sumuntur Responsoria ex Dominica præcedenti, in qua primò sunt posita, hoc Ordine: Ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis sumuntur pro Feria V. Ex II. Nocturno pro Fer. III. & VI. At verò pro Feria IV. & Sabbato (si in hoc fiat de Feria, uti in Vigilia S. Mathiæ) ex III. Nocturno, nisi aliter notetur. *Oratio* in Officio feriali huius Temporis dicitur sicuti in Dominica præcedente, cui in *Laudibus*. & *Vesperis ferialibus* subjungitur (& quidem semper primò locò) *Commemoratio de S. Cruce*, ac *Commemorationes communes*, seu *Suffragia Sanctorum*, in *Psalterio* ante *Completerium* posita. *Infra Hebdomadem* quoque, quan-

do fit de *Feria*, repetitur *Missa Dominicæ*, attamen non modò sine *Gloria*, sed etiam sine *Credo*, & *Tractus*; hic enim à Septuagesima usque ad Feriam IV. Cinerum dicitur tantum in *Dominicis* ac *Festis*, in *Ferijs* autem dicitur solummodo *Graduale* cum suo *Versu*. *Oratio* 2. in *Missis* de Tempore usque ad *Festum Purificationis* est: *Deus, qui salutis æternæ &c. 3. Ecclesia*, vel pro *Papa*; post *Purificationem* verò, usque ad *Fer. IV. Cinerum* *Oratio* 2. *A Cunctis*. 3. *ad Libitum*, nisi *ratione Mensis*, aut *Fer. II.* dicendum sit *Fidelium*; tunc enim, si dicantur tantum 3. *Orationes*, *Oratio* 2. erit *Fidelium*, at verò *tertia* erit illa, quæ alioqui foret *secunda*; si verò dicantur plures, quam 3. *Orationes* [quæ tamen & ipsæ dici semper numero impari debent] *Oratio Fidelium* sibi penultimum vendicat locum in huiusmodi *Missis* de *Feria*. In iisdem *Missis* de Temp. dicitur *Præfatio Communis*, & in *Fine: Benedicamus*.

Si in harum *Feriarum* aliquam incidat *prima dies Mensis*, non impedita *Festo duplici* aut *semiduplici*,  
G 2                          dici.

dicatur *Missâ Principalis* [Vulgò *Conventualis*] generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, & alijs; uti in *Missâ* quotidiana pro Defunctis; Si verò 1. mâ die Mensis non impeditâ Fêsto 9. Lectionum occurrat hoc Tempore *Festum Simplex*, vel *Feria propriam habens Missam*, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dici debent duæ *Missæ*, una [post *Primam*] pro *Defunctis*, altera [post *Sextam*] de *Festo Simplicis*, aut *Feria prædicta* Horâ eidem competente. In *Ecclesijs* verò non *Cathedralibus*, nec *Collegiatis* ac *Missis* privatis dicitur *Missâ de die*, cum *Commemoratione* generaliter pro *Defunctis*, ut supra. Porro in utroque hoc casu pridie talis diei non impeditâ Fêsto Duplici aut semiduplici, post *Vesperas* diei dicuntur *Vesperæ Defunctorum*, ipsâ autem primâ die Mensis non impeditâ ejusmodi Fêsto, post *Laudes* diei dicuntur *Matutinum* & *Laudes* ejusdem Officij defunctor. modò supra relatò.

Quâvis quoque *Feriâ II.* in qua hoc Tempore fit *Officium* de *Feria*, *Missâ Principalis* dici potest pro *Defunctis*: Si tamen fuerit *propria Missâ de Feria*, aut die illo fiat de *Festo Simplicis*, tunc *Missâ* etiam *principalis* dicitur de die, at tamen in ea faciendâ est suò locò *Commemoratio* generaliter pro *Defunctis*. *Rubr. Gen. V. n. 2.*

*Horâ Parvâ, Vesperâ*, ac *Completorium* Officij ferialis dicuntur hoc

Tempore, prout per annum notantur in *Psalterio* pro *Officio* feriali; nisi quòd in *Vesperis* *Antiphonæ* propriæ ad *Magnificat* ferè omnibus *Ferijs* infra *Hebdomadas* *Septuagesimæ*, *Sexagesimæ*, ac *Quinquagesimæ* occurrentibus, assignentur: excipitur *Feria VI.* in qua nulla est talis *Antiphona*; quia in *Vesperis* illius diei fit [saltem à *Capitulo*] de *S. Maria* in *Sabbato*, nec amplius aliquid de *Feria*, nisi sequenti *Sabbato* occurrat *Vigilia* *S. Matthiæ*: tunc autem, uti & in *Feria V.* *Sexagesimæ* [in qua pariter nulla assignatur *Antiphona* propria ad *Magnificat* pro *Officio* feriali] dicenda est ad *Magnificat* in *Officio* feriali ejusmodi *Feriæ quintæ*, aut *sexte*, *Ultima* *Antiphona* ex ijs, quæ in præcedentibus illius *Hebdomadæ* *Ferijs*, ob occurrens in ijs *Festum*, dici non poterunt. Quòd si verò omnes præcedentium illius *Hebdomadæ* *feriarum* *Antiphonæ* diebus suis sint dictæ, tunc pro *Feriâ* illa *V.* aut *VI.* illius *Hebdomadæ* sumenda est *Antiphona* de *Psalterio* ex *Vesperis* *feriæ* currentis, id quod semper faciendum est, quando *Antiphonæ* propriæ non habentur, ut monet *Rubrica*, extans ad *Finem* *Feriæ* *IV.* infra *Hebdomadam* *Sexagesimæ*: ac nominatim id observandum *Feria VI.* in anno *bissextili*. Unde [Teste *Gavanto*] perperam quædam *Ecclesiarum* *particularium* *Directoria* seu *Calendaria*

daria assignant in ejusmodi casu Antiphonas de Ferijs Septuagesimæ; quia illarum Antiphonæ, si fortè ob Festa Sanctorum, infra earum Hebdomadem occurrentia, dici non poterunt, nequaquam resumuntur in sequenti Hebdomade.

Sabbatò ante Dominicam in Sexagesima quoad omnia proceditur

respectivè, uti in Sabbato ante Dominicam in Septuagesima, ac Sabbato post Dominicam II. post Epiphaniis quòd à Tempore Completorij, quod dicitur pridie Dominicæ in Septuagesima, non amplius dicatur Canticum Domini *Alleluja* usque ad Sabbatum Sanctum, ut ibi.

## §. IV.

### De Dominica in Sexagesima, ac Ferijs infra ejus Hebdomadem occurrentibus in particulari.

**I**n his tam quoad Recitationem Officij, quam Celebrationem *Missæ* eadem in Praxi cum proportione sunt observanda, quæ utroque præcedenti §. de Officio, ac *Missæ* Dominicæ in *Septuagesima*, & *Feriarum*, infra ejus Hebdomadem occurrentium in medium sunt allata.

Propria tamen *Dominica in Sexagesima*, & *Ferijs* infra ejus Hebdomadem occurrentibus sunt sequentia:  
1. Habet *Dominica in Sexagesima* proprias *Lectiones* [idem est de *Ferijs*] & *Responsoria propria* in suis Nocturnis.  
2. *Proprias Antiphonas*; & *Capitula* ad Laudes, & per *Horas*. 3. *Proprias* item *Antiph.* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum *propria Oratione*; in quæ tantum implicita, seu tacito

nomine ac cognomine, *S. Pauli Apostoli* sicut mentio, ideo sicut illa in Officio non excludit *Commemorationem Communem* hujus *S. Apostoli* in consuetis *Suffragijs Sanctorum*, quòd minùs in illa *Commemoratione* ejus *Nomen* explicitè exprimitur, ità neque in *Missæ* excludit *Orationem A Cunctis*, nec ab ista explicitam mentionem *S. Pauli*, ut notant *Gavantus Tom. 1. P. 4. Tit. 5. n. 15.* & *Tom. 2. Sect. 6. c. 9. n. 6.* Item *Michaël Bauldry P. 4. c. 3. a. 3. n. 19.* Idem dicendum respectivè, si Festum *Conversionis S. Pauli*, eò quòd tanquam *Titulus Templi* sit duplex 1. *Classis*, eadem *Dominicâ* alicubi celebretur, cum *Commemoratione* ejusdem *Dominicæ* occurrentis, uti & si Festum *Cathedræ S. Petri*

G 3

Petri

Petri 22. Februarij [ quòd pariter alicubi fit 1. mæ Classis ] in eadem Dominicâ occurrens celebretur: tunc enim Commemorationi 1. mæ de S. Paulo supperaddenda est etiam Commemoratione de Dominica currente, non obstante, quòd in Oratione illius Dominicæ [ nempe *Sexagesima* ] fiat rursus mentio, attamen suppresso nomine, de S. Paulo, ut monet cit. Bauldry; Rationem verò hujus rei Gavantus suprâ cit. dat hanc: quòd regula illa: *ne de eodem bis fiat in eodem Officio*, valeat solummodo in *Festis*, *Votivis*, ac *Commemorationibus*, in quibus fiat explicita mentio de eodem: *Titulus* autem *Stationis* [ quæ est ad S. Paulum in *Sexagesima* juxta Missale Romanum ] non est *Festum*, neque de se *Commemoratio* [ qualis est v. g. *Oratio A Cunctis* ] neque quid *Votivum*, nec denique in Oratione hujus Dominicæ *S. Pauli* Nomen, aut *Apostoli* cognomen explicitè exprimitur, sed tacito tam nomine *Pauli*, quàm cognomine *Apostoli*, occultiori Compellatione *Doctoris Gentium* eum in prædicta Collecta Ecclesia nominat. Denique illud etiam in Collecta hujus Dominicæ præter Regulas ordinarias occurrit, quòd Collecta seu Oratio in *Officio & Missa* hujus *Dominicæ* dicatur sine Collecta speciali de S. Petro, qui alioquin in *Festis* eorum, & *Commemoratione* per annum nunquam dividuntur.

*Feria II. post Sexages.* propria habet *Responsoria*: in reliquis *Ferijs* sumuntur ex *Dominica* proximè præcedente, *Ordine* præcedenti §. descripto; nisi quòd *Feria IV.* & *Sabbato* hujus *Hebdomadæ* [ si in ijs fiat de *Feria* ] locò tertij *Responsorij* *Dominicalis* dicatur post tertiam *Lectionem* harum *Feriarum* *Responsorium* primum *Feriæ II.* proximè præcedentis: *In articulo diei &c.* Si infra hanc *Hebdomadem* die aliquo, quò fit de *Feria*, dicatur *Missæ Votivæ de Passione Domini*, tunc secreta sumi debet ex *Missâ* *Dominicæ* *Quinquagesimæ*, juxta ea, quæ alicubi tradit Gav.

Pro *FERIA II. III. & IV.* hujus *Hebdomadæ* *Antiphonæ ad Magnificat* assignantur à *Breviario Romano* propria, quæ si ob occurrens *Festum* non potuerunt dici in *Ferijs* modò dictis, & in sequenti *Feria V.* aut *VI.* [ pro quibus *Antiphonæ* propria non assignantur ] occurrat *Officium* fieri de *Feria*, tunc pro *Antiphona ad Magnificat* *Feriæ V.* aut *VI.* subsequentis assumenda est ultima ex prætermisissis; quòd si omnes fuerint expletæ, seu jam dictæ, sumendæ sunt de *Psalterio* ex *Vesperis* *feriæ* currentis, quod cum proportione semper juxta superius dicta circa *Antiphonas* est observandum, quando propria in loco non assignantur. Ac nominatim *Feriâ VI.* in anno *bissextili* cadente extra *Quadragesimam*.

Sabbat

Sabbatò ante Dominicam in Quinquagesima, omnia aguntur, uti in Sabbato ante Dominicam in Sexagesima, ac Septuagesima.

Quid observandum [ nominatim circa Jejunium ] si in Feriam V. hujus Hebdomadæ incidat Vigilia S. Matthiæ, dicerur P. II. die 23. Febr. &c.

## §. V.

### De Dominica in Quinquagesima, & Feria II. ac III. infra eam Hebdomadem occurrente.

**O**fficia, & Missa hujus Dominicæ, harumque 2. Feriarum eodem proportionaliter modò dicuntur, ac ordinantur, quò Officia & Missa, præcedentium 2. Dominicarum, ac Feriarum præcedentis utriusque Hebdomadæ. Quid observandum, si in aliquam hujus Hebdomadæ Feriam incidat Vigilia S. Matthiæ, dicerur P. II. 23. Februarij.

Propria tamen ipsis sunt sequentia: 1. Habet Dominica Quinquagesimæ proprias *Lectiones* [ idem est de Ferijs eam subsequens ] ac propria *Responsoria* in suis Nocturnis. 2. Habet eadem Dominica proprias *Antiphonas*, & *Capitula* ad *Laudes*, & per *Horas*. 3. proprias quoque habet *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum propria *Oratione*.

In *Comprecatione* 40. *Horarum*, quæ hæc Dominicæ & Feriæ II. ac III. subsequente propositis *Indulgentijs plenarijs*, à Sede Apostolica extra annum *Jubilæi* concessis &c, in Tem-

plis Societatis JESU coram SS. Sacramento, in Summo Altari exposito, institui solet, triduo hoc antecinerali quoad *Missam Solennem* observatur hætenus ferè in nostra Germania id, quod tradit Gav. Tom. I. P. II. Tit. 14. n. 2. 3. & 4. & ex eo, ac alijs Lohnerus Instr. I. P. 4. T. I. n. 8. ubi ait: Quando exponitur Ven: Sacramentum pro Oratione 40. Horarum, Missa Solennis dici debet de eodem Ven: Sacramento, prout inter *Missas Votivas* in fine Missalis assignatur [ non autem *Festiva* Corporis Christi, nisi infra Octavam Corporis Christi casus accideret, ut rectè moner Gavantus ] cum unica tantum Oratione, necnon cum *Gloria & Credo* [ quia est publica causa ] & in ejus fine dicitur Evangelium S. Joannis. *Missa* autem *privata*, Teste eodem Lohnero, si occurrat *Festum duplex*, aut *Dominica*, dicuntur de die *currente*, addita Commemoratione de Ven: Sacramento, ordine tamen à Rubrica General. VII. Missalis n. 5. præ-



præscripto. Præfatio in Missa dicta  
 Votiva Solenni dicitur de Nativitate,  
 ac verò *Communicantes* Commune:  
 Col. Alb. Quòd si in *Dominicam*  
*majorem primæ vel secundæ Classis* (qua-  
 lis est *Dominica Quinquagesima*) aut  
 in *Festum primæ vel 2.æ Classis* inci-  
 dat hujusmodi *Comprecatio*, tunc in  
 Ecclesijs, in quibus unica tantum di-  
 citur Missa, ea non est juxta prædi-  
 ctos AA. dicenda de *Venerabili*, sed  
 de *Dominica* vel *Festo* ejusmodi *primæ*  
 vel *2.æ Classis*: Si verò plures & ea-  
 rum aliquæ de *Festo* vel *Dominica* e-  
 jusmodi *primæ* vel *2.æ Classis* dicantur,  
 tunc poterit (inquit Lohnerus)  
 Missa *Votiva* Solennis de *Venerabili*,  
 sine Commemoratione Festi aut Do-  
 minicæ *occurrentis* cantari & sine  
 hujus Evangelio (NB) in fine ejus-  
 modi Missæ *Votivæ*. Gavantus verò  
 locò citatò ità scribit: Si accidat, ut  
 ejusmodi *Comprecatio* coram expo-  
 sito in Altari SS. Sacramento insti-  
 tuatur in *Festo primæ*, vel *2.æ Classis*,  
 aut in *Dominica privilegiata primæ* vel  
*2.æ Classis*, tunc in Ecclesijs *Collegia-  
 tis* vel duæ cantentur Missæ, altera  
 de *Festo*, seu *Dominica* post *TERTIAM*,  
 altera *Votiva* de Sacramento post  
*NONAM*; vel una tantum cantetur de  
*die currente* cum Commemoratione  
 ragen SS. Sacramenti: Quod ulti-  
 mum (ait idem) fit Romæ in Capella  
 Papæ in prima *Dominica Adventûs*,  
 & in alijs diebus *Festis Solennibus*  
 in Ecclesijs majoribus Urbis. Quod

ipsum hodie univerſim in ejusmodi  
 Festis & Dominicis primæ & 2.æ  
 Classis Romæ observari colligitur ex  
 ijs, quæ leguntur apud Franc. Mona-  
 celli P. II. Formularij Legal. practic.  
 Tit. 13. ubi à pag. 44. INSTRUCTIO-  
 NEM seu ORDINEM servandum in ex-  
 positione solenni Eucharistiæ ad men-  
 tem SS. D. N. Clementis XI. per  
 Eminentiss. Card. de Carpegna suæ  
 Sanctitatis Vicarium Generalem ibi-  
 dem publicatum 20. Januarij 1705.  
 & Italicè impressum refert: Eamque  
 Ordinationem etiam à Nostriſ *Do-  
 minicâ in Quinquagesima* in expositio-  
 ne SS. Sacramenti pro 40. Horarum  
*Comprecatione* Romæ observari in-  
 de Scriptò simul & oreretur à Teste  
 oculato accepi: dum eâ *Dominicâ*  
 juxta Præscriptum allegatæ Ordina-  
 tionis in Altari, in quo exponitur  
*Venerabile*, *Missæ Solennis* non can-  
 tatur de *Venerabili*, sed de *Domini-  
 ca Quinquagesimæ* cum Commemo-  
 ratione de *Venerabili Sacramento*,  
 & quidem sub una eadèmq; con-  
 clusione cum *Oratione* solius *Domini-  
 nicæ*, in Paramentis *Violaceis*: præ-  
 ter hanc autem *Missam solennem* de  
 die currente dictò modò cantatam,  
 juxta eandem ordinationem in Alta-  
 ri, in quo exponitur *Venerabile*,  
 nullæ aliæ dicuntur Missæ, nec *Ve-  
 speræ* cantantur ibi, ut inde ad me  
 rescriptum. In Missis verò *privatis*  
 (si non occurrat *Festum 1.æ* aut  
*2.æ Classis*) dicenda est *Oratio de*  
 SS. Sa-

SS. Sacramento per modum Commemorationis seu orationis Votivæ, attamen ordine à Rubr. Missalis Tit. 7. n. 5. præscriptò.

FERIA II. post Quinquagesimam habet propria Responsorialia post Lectiones sui Nocturni. Feriâ autem III. Sumuntur Responsorialia ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis. At verò ad Magnificat utraque prædicta FERIA habet propria Antiphonas.

FERIA III. post Dominicam Quinquagesimæ ( sive de ea, sive de Festo fiat Officium ) annuntianda est in Choro in Martyrologio ad PRIMAM primò locò dies Cinerum. Si FERIA 3. post Dominicam Quinquagesimæ alicubi occurrat dies Septima infra Octavam alicujus Festi ( v. g. Purificationis B. V. ubi hæc est Titulus Templi, aut Patroni Principalis Diocæsani ) Vesperæ dicantur de FERIA currente, nil ampliùs dicendo aut faciendo de OCTAVA post NONAM, utpote post quam currens Octava immediatè cessat in tali casu, uti expressè cum alijs tradit Bauldry P. 4. c. 3. a. 3. n. 20. Cùm enim juxta Rubric. Gener. VII. n. 1. à FERIA IV. Cinerum usque ad Pascha ( seclusò speciali Privilegiò ) non modò nulli Festo Concedatur OCTAVA, sed etiam cesset Officium cujuscunque OCTAVA jam antecedenter inchoatæ, ita ut sicubi aliquod Festum alioqui celebrari solitum cum OCTAVA, paulò anteq. Quadragesimam ( h. e. ante Fe-

riam IV. Cinerum ) venerit, & jam per aliquot dies factum sit Officium de ejus OCTAVA, adveniente Quadragesimâ nihil ampliùs de OCTAVA, ne quidem Commemoratio, fieri debeat, inconveniens omnino foret, die Septima infra Octavam alicujus Festi, cadente in FERIAM III. ante cineres, FERIâ illâ III. in Vesperis aliquid ampliùs facere de OCTAVA, de qua sequenti die, nempe FERIâ IV. Cinerum, nihil ampliùs fieri potest: cùm, uti notat, ac probat Gavantus Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 9. & 13. nequaquam conveniat, ut habeat in i. Vesperis aliquid illud Festum, aut Officium, quod nihil omninò habere debet in Laudibus & Vesperis secundis. Dixi tamen i. mò dies infra OCTAVAM. Nam si FERIâ III. ante Cineres occurrat Festum 9. Lectionum aut ipsa dies OCTAVA alicujus Festi, Vesperæ utique non de FERIA, sed de ejusmodi Festo, aut die OCTAVA FERIâ illâ III. perinde ac alijs diebus, erunt dicendæ: secùs est, si dies OCTAVA alicujus Festi primùm in crastinam FERIAM IV. incidat; cùm enim dies OCTAVA in tali casu neque transferri, nec FERIâ IV. Cinerum ullatenus celebrari queat, ideo, ut paulò antè dictum, nec convenit de ea die præcedente Vesperas dici, nec fieri etiam Commemorationem. Dixi 2. dies septima infra OCTAVAM; quia si alia dies infra OCTAVAM, quàm septima, alicubi occurrat FERIâ III. ante Cine-

H

res,

res, non apparet, cur de ea non dicantur Vesperæ, aut, occurrente simul Festo alio 9. Lctionum, non fiat Commemoratio, perinde ac alijs diebus infra Octavam occurrentibus solet; cum tanquam Semiduplex verè requirat secundas Vesperas, aut simul Commemorationem (nisi fortè Solennitas Festi eà Feriâ III. occurrentis aliquando, aut alicubi obster) nec eà contra dies *alias* infra Octavam pugnent Rationes, quæ contra *septimam* à Gavanto adducuntur, de qua etiam sola locis citatis is loqui videtur, atque etiam hóc pacto cum eo conciliari posse P. Tobias Lohner Instr. Pract. II. P. 1. Tit. 3. n. 4.

Si FERIA III. post Quinquagesimam non fiat de aliquo Festo 9. Lctionum, FERIA autem IV. Cinerum subsequente occurrat *Festum simplex*, Vesperæ FERIA illâ III. erunt de FERIA Communi per annum, non autem de sequenti, ne quidem à Capitulo, at tamen cum Commemoratione Festi Simplicis, in sequenti FERIA IV. occurrentis: quod non ideo fit, quòd sequens FERIA habeat 1. Vesperas; sed quia, cum Festum simplex in sequenti die non habeat Officium, propter FERIAM IV. Cinerum in eo occurrentem, & contra celebrationem cujuscunque Festi privilegiam, etiam non convenit ejusmodi Festum simplex habere primas Vesperas in die præcedenti, ut dicitur Rubr. Gen. XI. n. 10. ubi id ipsum

etiam asseritur pro Casu, quo Festum Simplex venit in FERIA IV. vel VI. Quatuor Temporum, aut in Vigilijs, quæ jejunantur, in quibus casibus Vesperæ antecedentes seu pridianæ (nisi ea die celebratum sit Festum 9. Lctionum) pariter ob dictam rationem dici debent de FERIA communi per annum, seu die illo curren- te, cum Commemoratione tantùm Festi Simplicis, in sequenti FERIA majore, aut Vigilia occurrentis. Eandem ob causam, si Festum simplex occurrat FERIA V. in Cœna Domini, in qua de eo juxta Rubricas non debet fieri Commemoratio, nulla etiam fieri de eo debet Commemoratio in Vesperis FERIA IV. præcedentis. Rub. Gen. XI. n. Cit.

In Vesperis hujus FERIA nihil fit de sequenti FERIA IV. Cinerum, sed (si sint de FERIA) dicitur in illis Oratio Dominicæ præcedentis, non autem ea, quæ est propria sequenti FERIA; nec ante Orationem dicuntur hodie *preces feriales*, nisi in hodiernam FERIAM tertiam incidat Vigilia S. Matthiæ: tunc enim, si hodie factum sit de Vigilia, in Vesperis hodiernis dicuntur *preces feriales*, quamvis dicenda sit Oratio Dominicæ præcedentis in Vesperis hodiernis feriabilibus, non autem Oratio Vigiliæ, ut expressum habetur in Rubr. Breviarj Tit. 34. n. 5. Dicuntur autem (ut ibidem monent Rubricæ n. 3. & 4.) *preces feriales*, quotiescunque dicuntur

*Sexis*

*flexis genibus* (quod tamen ultimum nonnulli ad solum Chorum restrungunt) & ab Hebdomadario quidem usque ad Versum: *Dominus Vobiscum* ante primam Orationem, à Circumstantibus autem usque ad Versum: *Benedicamus Domino* post ultimam Orationem. Dixi autem: *Preces feriales* (quæ ad Laudes Ferie II. & per HORAS distinctæ extant in Psalterio) dici flexis genibus solummodo respectivè ad LAUDES, HORAS, & VESP: &c, in Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, Quar. Temp. & Vigiliarû, quæ jejunantur (exceptâ *Vigilia Nativitatis*, & *Pentecostes*; exceptis quoque *Ferijs Quatuor Tempor. Penteco-*

*stes*) nam ad *preces Dominicales*, quæ in alijs Ferijs per annum ad *Primam* & *Completorium* dicuntur, non flectuntur genua. Plura huc pertinentia vide infra P. II. die 23. & 24. Febr. nominatim de casu, quo *Vigilia S. Matthie* cadit in hanc, aut præcedentem Feriam: de quo fusè etiam Gob. Tr. 5. à. n. 112.

Hodie serò clauduntur Nuptiæ juxta Decr. Sacri Concilij Trid. Sess. 24. c. 10. de Reform. Matrim.

Quarundam Ecclesiarum consuetudo habet, ut toto sequenti Tempore Quadragesimali plenè obvelentur imagines Altarium.

§. VI.

De Feria IV. Cinerum, & Cæteris usque ad Dominicam I. in Quadragesima eam subsequenteribus.

QUIA FERIA IV. CINERUM (itâ dicta à *Cineribus*, qui ab Ecclesia hac die *benedici*, & *Capitibus Fidelium* eò Consilio *imponi* solent, ut suæ mortalitatis, ex peccato ortum trahentis admoniti, Penitentiam solennem, cujus *Initium* hæc Feria existit, cum *Ninivitis* à *Cinerum inperfone* incipiant) est privilegiata contra quodcunque *Festum 9. Lctionum*, etiam 1. mæ aut

2. dæ Classis, in ea occurrens, itâ, ut nec *Missam Votivam Solennem* de eo dicere hodie liceat per Rubric. *Missal. VI.* ideo, si hodie occurrat *Festum duplex*, aut *semiduplex*, transfertur in diem proximam, *Officiò 9. Lctionum* non impeditam. De *Festo autem simplici*, si quod hodie occurrat, fit tantum *Commemoratio* (in *Laudibus*, ac *Missâ*) sine *Lctione* de eo, etiam si propriam alio-

H 2

qui

qui habeat: in Vesperis quoque hodiernis de crastino Festo simplici sit tantum Commemoratio, sive illæ de Feria currenre, sive de Festo 9. Lectionum cras occurrente dicantur.

Ab hac die JEJUNIUM servatur quotidie (exceptis diebus Dominicis) usque ad Pascha, & hodie ante Matutinum dicuntur in Choro Psalmi Graduales, ut infra. Quando in Fer. IV. Cinerum incidit Festum S. Marthæ; tunc illud transfertur in Feriam V. subsequentem in solo Choro (id est, solummodo quoad Officium & Missam) non autem in foro, in hoc enim, h. e. quoad obligationem audiendi Missam, & abstinendi ab operibus servilibus, affixum manet suo diei, uti & suo, nempe Feriæ III. præcedenti, ejus Vigilia; cum nulla sit causa eam transferendi, & jejuniū ex justa causa, ac abstrahendo à speciali prohibitione, possit ab ea separari, ut patet in casu, quò Festum S. Corp. Christi incidit in Vigiliam S. Joann. Bapt. item in alio, de quo P. La Croix Tom. 3. l. 3. P. 2. n. 1273.

Ad Officium Feriale tam hujus, quàm sequentium 3. Feriarum quod attinet, in hac, & sequentibus Ferijs usque ad Vesperas sequentis Sabbati Hymni, Capitula, & alia omnia, si fiat de Feria, dicuntur ut in Psalterio per annum, exceptis Lectionibus Nocturni, earumque Responsorij (quæ extant in loco) nec non Antiph. ad Benedictus, & ad Magni-

ficat, ac Orat. propr. Ad Laudes, Horas, Vesperas, & Completorium dicuntur preces feriales, & quidem flexis genibus (saltem in Choro) ut ibidem in Psalterio: dicuntur quoque hodie, & per totam Quadragesimam duæ Orationes in Feriali Officio, quarum secunda est Vesperarum propria, & est illa, quæ in Missa feriali dicta fuit super Populum. Post Orationem verò diei, aut, si occurrat simul Festum simplex, post hujus Comemorationem fit in Feriali Officio Commemoratio de S. Cruce, cui subjunguntur Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum in Laudibus, ac Vesperis, ut infra P. II. usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis. PSALMI GRADUALES (qui ab hac Feriâ IV. Cinerum inclusivè singulis Ferijs quartis Quadragesimæ usque ad majorem Hebdomadem exclusivè in Choro ante Matutinum, etiam parvi Officij B. V. M. ubi hoc in Choro Officio diei præponitur, dicuntur) omittuntur in Festis 9. Lectionum. Quòd si alicubi detur antiqua consuetudo eos recirandi Feriâ III. præced. post Completorium, retineri eam posse censuit S. R. C. apud Arnaud. Tr. 2. P. 4. in Appendicib. Breviar. Tit. 3. n. 1. & Tit. 4. n. 2.

FERIA IV. CINERUM finitâ NONA post dictum Benedicamus fit ante Missam Conventualem [at sine Dalmaticis] solennis Benedictio, ac Dis-

stri-

*Distributio Cinerum*, qui (sive *privatim*, ante Missam v. g. primam, sive *solenniter* ante Missam Principalem benedicantur) ex Decreto S. R. C. de anno 1603. 23. Maij debent esse aridi, non autem in modum Luti, ac facti de ramis olivarum, vel aliarum arborum præcedenti anno benedictis: ijdem in Vase ex argento, aut aliâ Materiâ honestâ confecto, poni debent in Cornu Epistolæ, inter Missale, ac Cornu Altaris, & in hoc sex Cerei accensi ardere. Diaconus & Subdiaconus nec hoc, nec alijs diebus in Quadragesima utuntur *Dalmaticis*, & *Tunicellis*, nisi in Festis, & diebus suis locò exceptis.

*Modus* sive *Ritus* sacros Cinerum tum *benedicendi*, tum etiam *distribuendi*, extat in Missali Romano ante hodiernam Missam; & fusiùs tam pro majoribus, quàm minoribus Ecclesijs declaratur ab Arnaudo Tr. 1. P. 4. Tit. 6. Bauldryo P. 4. a. 1.2. & 3. Gerlaco Vinitore hîc, & P. Tob. Lohner. Instruct. pract. I. P. 4. Tit. 10. Orationes, quæ dicuntur in Benedictione Cinerum, dici debent junctis manibus.

MISSA hodie, & sequentibus Ferijs dicitur uti notatur in loco, sine *Gloria* & *Credo*, Orat. 2. *A Cunctis*. 3. Pro Vivis & Defunctis [*Omnipotens sempiterne DEUS*] nisi facienda sit Commemoratio Festi simplicis occurrentis, tunc enim tertia erit à *Cunctis*. Animadvertere hîc juvat,

haud immeritò improbari à Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 9. n. 16. Ricum illum quorundam sui Temporis, 4. Orationes dicentium in Dominicis & Ferijs Quadragesimæ, primam scilicet de Feria [extra Dominicam] secundam de Vigilia; tertiam *A Cunctis*, & quartam *Omnipotens &c &c*; vel ergo, inquit, adde quintam, vel deme quartam. Post Graduale dic. *Tractus* Graduali Feriæ 4. tæ Cinerum subscriptus, qui idem similiter dicitur quavis Fer. II. IV. & VI. usque ad Fer. IV. Majoris Hebdomadæ in *Missâ Feriali*, nisi proprius assignetur. Præfat. *Quadrages. Qui Corporali Jejunio*, quæ quotidie dicitur [etiam in Festis, si in eis propria non habeatur] usque ad Dominicam Passionis exclusivè. Post ultimam Postcommunionem, dictò à celebrante more aliàs usitatò *Oremus*, Diaconus [si in Officio Diaconatus serviat] vertens se ad populum junctis manibus dicit: *Humiliate Capita Vestra DEO*: Alioquin, uti & in Missa privata, ipse Sacerdos Celebrans, persistens in eodem loco ante Librum, id ipsum junctis manibus dicit, Caput inclinans Cruci, ac postea extensis manibus eadem voce subjungit Orationem super populum in sine Missæ annotatam. Qui modus dicendi Orationem super populum servatur etiam deinceps in omni ac sola Missâ feriali de Tempore usque ad Feriam IV. Majoris Hebdomadæ

inclusivè, non autem in *Missis Festivis*, ac *Votivis*, etiam illis, quæ dicuntur in *Colore Violaceo*. Denique in fine *Missar. Ferial.* dicitur pro more junctis ad pectus manibus versus Altare: *Benedicamus &c.*

Hac die non possunt dici *Missæ Votive private* (etiam *de Requiem*) bene tamen in alijs *Ferijs* usque ad *Hebdomadem majorem* exclusivè, non obstante, quòd omnes *Feriae Quadragesimales* sint *Feriae Majores*, hoc est tales, de quibus semper fieri debet ad minimum *Commemoratio*: cujusmodi *Feriae majores* sunt etiam ulterius *singulae Ferie Adventus*, item *Feria 4. Temporum*, ac tandem *Feria 2. da Rogationum*.

Qui habent *PRIVILEGIUM* celebrandi *Octavas* in *Quadragesima*, non ideo debent facere *Commemorationem* de *Octava* in *Feria IV. Cinerum*, prout decrevisse fertur *S. R. C. 1682. 24. Jan.* alijs verò infra ejusmodi *Octavam* diebus à taliter *Privilegiatis* observandum est id, quod *Rubricæ Missal. Tit. III. n. I. & II.* præscribunt: vide *Gav. ibid.*

Quibus à *Sede Apostolica* concessum est, ut semel vel pluries *singulis hebdomadibus*, vel *mensibus* possint dicere *Officium & Missam* de *SS. v. g. Sacramento* (vel certis *Sanctis*) diebus *Festo duplici*, vel *semiduplici* non impeditis, non possunt id facere vi ejusmodi *Indulti* in diebus *Quadragesimæ*, aliisque *Ferijs*

majoribus, ac *Vigilijs &c.*, etiam si in *Indulto* nulla sit facta *specialis mentio* de hujusmodi diebus; ita enim *Decreto generali* declaravit *S. R. C. 1706. 20. Martij*, existante apud *Franc. Monacelli P. 2. Formular. Leg. Tit. 13.*

*Vesperæ* hodie ac duobus sequentibus dieb. dic. *Horâ consuetâ*; & siquidem postero die non occurrat *Festum 9. Læctionum*, dicuntur sicuti in alijs *Ferijs* per annum, cum *Oratione* tamen, ac etiam *Antiphonâ propria* ad *Magnificat*: dicuntur quoque *preces eriales* flexis genibus ad *Vesperas*, & ad *Completorium Officij Ferialis*, ut supra.

Quando in *Quadragesima* occurrit fieri *Officium* de *Festo 9. Læctionum*, *Læctiones* pro *I. Nocturno*, si proprijs careat, sumendæ sunt de *COMMUNI Sanctor.* Præterea

Quando *Tempore Quadragesimali* *Officium* sit de *Festo*, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur *2. Missæ* *Conventuales*, una post *TERTIAM* de *Festo*, cum colore eidem *Festo* conveniente: Altera post *NONAM* in colore *Violaceo* de *Festis* currente. In ea, quæ dicitur de *Festis*, si sit *Festum Duplex*, nulla sit *Commemoratio*, nisi *Festi Simplicis* occurrentis: si autem sit *Festum semiduplex*, *2. da Oratio* erit de *Festo simplici* occurrente, *3. tia A Cunctis*, vel si non occurrat *Festum simplex*, *2. dō loco* dicitur à *cunctis*, *3. tiō Omnipotenti*

vens sempiternæ &c; & sic usque ad Dominicam Passionis; post Dominicam Passionis verò dicuntur Orationes in Missa Conventuali *de Festo*, ut infra Feriâ II. post Dominicâ Passionis, ac P. II. post initium mensis Martij notantur. In eadem Missa Conventuali *de Festo* [ sive hoc sit duplex, sive tantum semiduplex ] semper dicitur *Gloria*, & Tractus post Graduale, Præfatio item [ nisi propriam habeat ] Quadragesimalis, usque ad Dominicam Passionis. In ea verò Missa Conventuali, quæ dicitur *de Feria*, usque ad Dominicam Passionis Oratio 2. da semper est à cunctis, 3. tia verò pro Vivis & Defunctis, ac Præfatio Quadragesimalis; post Dominicâ verò Passionis Oratio 2. da *Ecclesiæ*, vel pro Papa tantum [ sine Commemoratione Festi simplicis occurrentis ] ac Præfatio de Cruce, ut in Missali. In utraque autem prædicta Missa Conventuali [ hoc est tam eâ, quæ dicitur *de Festo*, quàm illâ, quæ dicitur *de Feria* ] semper ultimò locò dicitur Evangelium S. Joannis. In priori non tantum semper dicitur *Gloria*, sed & *Credo*, si qualitas Missæ id requirat [ v. g. in Festo Doctoris Angelici ] in Posteriori autem omittitur semper tam *Glor.* quàm *Credo*, & in ejus fine [ post dictam Orationem super Populum, Ritum superius descripto ] dicitur: *Benedicamus Domino &c.*

*Missæ privatae* verò à Feriâ IV.

Cinerum exclusivè usque ad Dominicam Palmarum itidem exclusivè dicuntur de Festo duplici vel semiduplici infra Hebdomadem occurrente, cum Commemoratione Feriæ, ac Festi Simplicis occurrentis, nec non cum Tractu, *Gloria*, ac Præfatione de Tempore [ nisi propriam habeant ] aliisque respectivè, ut suis locis notantur. Si non occurrat Festum 9. Lectionum, dicuntur eadem Missæ privatæ de Feria occurrente, ut supra, nisi legatur Missa Votiva, aut Missa *de Requiem* in Ferijs, in quibus hæc Missæ non prohibentur.

Si in FERIAM V. post Cineres incidat Festum Sanctorum 40. Martyrum, seu dies decimus Mensis Martij, tunc Oratio secreta pro Feria currente accipienda est ex Feria 6. ra Cinerum subsequente, quia secreta Festi, & Feriæ currentis tunc coincidunt. *Gavant. Tom. I. P. I. Tit. 7. n. 8. lit. Q.*

Quâvis Feriâ VI. Quadragesimæ, in qua Officium fit de FERIA currente, usque ad majorem Hebdomadem exclusivè dicuntur in Choro post Laudes diei [ dictò *Benedicamus Domino*, & *DEO gratias* ] Psalmi Pœnitentiales. Quòd si alicubi antiqua, ac inveterata detur consuetudo eos recitandi Feriâ V. præcedente post Completorium, retineri eam posse censuit S. R. C. 2. Aug. 1603. Teste Arnaudo in Append. Epitomes

Tit. 40



§. VII.

De Sabbato post Cineres, seu primò  
in Quadragesima.

**S**ABBATÒ post Cineres [ hoc est Primò in Quadragesima] *Missa*, & *Officium* usque ad *Vesperas* exclusivè dicuntur sicut 3. præcedentibus *Ferijs*, *Ritu*, proximè præcedenti §. annotato. At verò *Vespera* hodie, & deinceps usque ad *Pascha*, ex *Decr. Concil. Cabilon. de Consecr. dist. 1. C.* solent dicuntur in *Choro* Tempore *Quadragesimali* ante *Comestionem* tam in *festis*, quàm in *Ferijs*, non item in *Dominicis*; in his enim dicuntur horâ *consuetâ*. Dixi tamen in *Choro*: Nam *extra Chorum* [inquit hic *Gavantus*] non tenentur ante *Comestionem* recitare *Vesperas*; quia *Concil. Cabil. intelligitur de Publica in Choro recitatione*: Cui tamen congruum est, ut conformemur in *privata quoque Vesperarum recitatione*. Dicuntur autem illæ [eodem *Auctore Teste*] ante *Cœnam*, seu *comestionem*, diebus, quibus præscribitur *Jejunium* in *Quadragesima*, ideo; quia antiquitus solvebatur *Jejunium* Horâ *Cœnæ* in *Quadragesima* post *Vesperas*; licet autem *Horam* solvendi *Jejunium*, seu *comedendi*, nunc anticipemus, retinemus tamen *Vocabulum Cœnæ*, cui etiam benedicimus ea *Prece*, que adhibetur alioquin ad *Cœnam*, & incipit: *Edent Pauperes &c.* uti in *fine Breviarij*: *Quia verò non possumus Jejunare diebus, & Noctibus* (sicuri fecit *Christus*) *jejunemus saltem usque ad Horas diurnales inclusivè*, hoc est, *dictas Vesperas*, uti ait *Archidiaconus in C. solent. de Consecr. Cir. Dixi 2. Tempore Quadragesimali*; Quia diebus *Jejuniorum* extra *Quadragesimam*, etiam in *Sabbato* *occurrentibus*, nequaquam dicendæ sunt *Vesperæ* (nisi *privatim* eas recitantem excuset *legitima causa*) eo tempore, quo dici solent in *Sabbatis*, aut *Ferijs Quadragesimæ*. Pari modo in *Solis Sabbatis Quadragesimæ* (*NB.*) standum est extra tempus *Paschale ad Signum Salvationis Angelicæ*, quod datur in *meridie*: quia nempe in *his solis*, non autem *alijs Sabbatis* per annum, *Vesperæ* pro sequente unaquaque *Dominica* (quibus *solis à Tempore primarum Vesperarum* uti & *toto tempore Paschali* in *memoriam Resurrectionis Dominicæ*, ejusmodi *Preces publicæ* dicuntur stando) dicuntur ante *meridiem*: cum ergo illis *alijs Sabbatis*, extra *Quadrage-*

dragesimam & tempus Paschale occurrentibus, incidente in ea Jejunio de Præcepto ( alicujus v. g. *Vigilia* ) Vesperæ Dominicales ante meridiem non perinde, ac in Quadragesima, dicantur, adeoque Officium Dominicæ nondum sit inchoatum, incongruè Preces Angelicæ Salutationis *stando* dicerentur, utpote quæ ( uti & aliæ, eæ præfertim, quæ juxta Ritum Rom. Ecclesiæ publicè in Choro peraguntur, ubi aliter Rubricæ non præscribunt ) non nisi aut ratione Dominicæ, aut ratione Temporis Paschalis *stando* dici solent à Fidelibus, ut memores videl. sint, se cum Christo resurrexisse à morte animæ in Spem vitæ æternæ, ut Concilia loquuntur apud Laymanum *L. 4. Tr. 7. C. 1. n. 2.* Quia autem hodierno Sabbato, ac reliquis deinceps diebus usque ad Pascha, exceptis *Dominicis*, modò prædictò separantur *Vesperæ* à *Completorio*, ideo oritur hîc quæstio: An *COMPLETORIO*, quando separatur à *Vesperis*, præmittenda sit Oratio Dominica &c. Ad quam &c. mihi videri non præmittendam. Colligo hanc meam Re-

sponcionem ex Rubrica 1. ma, Matutino Dominicali ante Orationem Dominicam præfixâ, ubi expressè dicitur: *Pater noster, & Ave Maria dici ante Matutinum, & omnes Horas, præterquam ad Completorium.* Modum ulteriorem dicendi Officium de tempore in *SABBATIS & DOMINICIS Quadragesimæ* usque ad *Sabbatum Dominicæ Passionis*, videin *BREVIARIO*: quod ut rectè tam intra, quàm extra hoc Tempus, circa cantum Hymnorum *quoad Notas* in Choro Ordinetur, monet Henric. Pisart in *Direct. Canon. C. 6. Propr. de Tempor. curandum esse*, ut quando in aliquo Hymno concurrunt duæ vocales ( uti in Strophâ quarta Hymni *Vesperarum Quadragesimalium*: *Audi benigne Conditor* versu 3. *culpæ ut &c.* ) fiat elisio primæ illarum vocalium, faciendò ex duabus syllabis quasi unam, quæ respondeat Notæ ijs appositæ, vel ità utramque pronuntiandò, ut quasi una esse censeatur, vel ex Nota una correspondente faciendò duas breves; nisi enim hoc fiat ( inquit ) in carmine supererit una syllaba, & deficiet una Nota.



I TITU

## TITULUS XII.

## De Dominica I. in Quadragesima.

Quemadmodum FERIA IV. CILNERUM est *Initium Pœnitentiæ*, ita Dominica I. post *Cineres*, Teste Gavanto, est *Caput Quadragesimæ*, ita dictæ à *Quadragesenario* Dierum magni *Jejunij Numero*, non tantum à *Moyse & Elia*, sed etiam à *Christo ipso* (totidem diebus, imò & noctibus *Jejunante*) approbatò. Est autem DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ una ex illis *Dominicis Majoribus*, quæ à *Rubricistis* vocantur *I. Classis*; eò quòd earum *Officia* nunquam aut *omitantur*, aut *transferantur*, adeoque est *Privilegiata* contra quòdcunque *Festum* 9. *Lectionum*, etiam *I. Classis*, ita, ut nequidem *Missam Votivam Solennem* de illo dicere hodie liceat per *Rubric. Gener. VI. Missal.* Unde si *Festum* quòdcunque *duplex*, aut *Semiduplex* in ea occurrat, *transferri* illud *indispensabiliter* debet in *proximè sequentem diem*, nullò *Officiò duplici* aut *Semiduplici* *impeditam*: De *Festo* autem *Simplici* in hac *Dominica* occurrente fit tantum *Commemoratio* (sine nonà de eo *Lectio*ne, etiamsi *alioqui* habeat *propriam*) in *I. Versibus*, *Laudibus*, ac *Missâ* hujus

*Dominicæ*, uti & *quatuor sequentium* *Dominicarum*, si *aliquid* in *ijs* occurrat.

Ad *Officium* hujus ac *sequentium* 3. *Dominicarum* quod *attinet*, fit illud *Ritu Semiduplici* *sequentem* in *modum*: Ad *Matutinum* dicitur *Invitatorium*: *Non sit vobis vanum manè surgere ante Lucem &c.* Quod dicitur in *Dominicis* tantum, usque ad *Dominicam Passionis*. *Hymnus* *Matutini*: *Ex more docti mystice &c.* Cujus *Versiculum* illum: *Memento, quòd sumus sui, licet caduci, plasmati*, ut in *gratiam rudiorum Clericorum* *explicarem*, eumque ad *sensum Grammaticalem* hic *reducerem*, cum *Nonnemo* me *hortatus* fuerit, ajo: *Versiculi illius* hunc esse *meò* *judiciò* *sensum*: *Memento Domine, quòd sumus opus manuum tuarum, licet fragile, id est, ad casum, & lapsu proni, seu proclives*, uti *habetur* *Jobi 10. &c.* *Antiphonæ, Psalmi*, ac *reliqua* dicuntur ut in *Psalterio* per *annu*; exceptis *Versibus Nocturnorum* (qui dicuntur, ut *ibid.* in *Quadragesima*) ac *Lectio*nibus, & *Responsorijs*, quæ *singulis* *Dominicis* *propria* assignantur in *PROPRIO de Tempore*: *Nom dicitur Te DEUM* (sed

( sed ejus locò nonum Respon-  
sorium ) nec nona Lectio de Festo sim-  
plici, si quod occurrat, ut paulò antè  
monui.

Ad Laudes in hac, & seqq. Do-  
minicis ad Psalmos ( quorum pri-  
mus semper est *Miserere*, secundus  
*Confitemini Domino*, reliqui cum can-  
tico 3. Puerorum, ut in Dominicis  
per annum ) nec non ad *Benedictus*,  
& ad *Magnificat* Antiphonæ sunt  
proprie: ad easdem Laudes habe-  
tur proprium *Capitulum*, cum *Hy-  
mno*, ac *Versiculo* ut ibi, nec non  
cum *Oratione*, currenti Dominicæ  
propria: huic dein subjungitur  
Commemoratio de Festo Simplici  
( si quod occurrat ) ac tandem Com-  
memorations Communes, seu Suf-  
fragia Sanctorum: Hæ tamen ul-  
timæ non nisi usque ad 1. Vesperas  
Dominicæ Passionis exclusivè.

Ad PRIMAM in hac & Seqq.  
Dominicis usque ad Pascha *Anti-  
phona* propria ex PROPRIO de Tem-  
pore. Pro Psalmo: *Confitemini Do-  
mino*, Psalmus: *Dominus regnavit*  
Ec. ex Laudib. Dominicæ. Ad Ab-  
solut. Capituli Lectio Brevis: *Quæ-  
rite Dominum* Ec. ut in Psalterio  
Tempore Quadragesimæ, & dici-  
tur in Dominicis & Ferijs usque ad  
Dominicam Passionis exclusivè. Re-  
liqua ut in Dominicis per annum.

Ad TERTIAM, SEXTAM & NO-  
NAM in hac, & Seqq. Dominicis us-  
que ad Pascha *Antiphona*, *Capitu-*

*lum*, & *Responsoria brevia* propria ex  
Proprio de Tempore. Reliqua ut  
in Dominicis per annum.

MISSA in hac, & seqq. Domi-  
nicis dicitur, uti notatur in PROPRIO  
*Missarum de Tempore*, sine *Gloria*,  
attamen cum *Tractu*, & *Credo*. Or-  
atio 2. da *A Cunctis*. 3. *Omnipotens*  
*sempiternus DEUS*, ut ibi. Quòd si  
occurrat Festum Simplex, fit de eo  
Commemoratio, & tunc 3. locò  
dicitur Oratio: *A Cunctis*. Præfa-  
tio Quadragesimal. *Qui Corporali*  
*Jejunio* Ec. In Fine: *Benedicamus*  
*Domino* Ec.

*Vespera*, si cras occurrat Fe-  
stum Duplex, dicuntur de Festo,  
cum Commemoratione Dominicæ  
cum eo concurrentis, etiam si id fo-  
ret 1. vel 2. Classis; non tamen tunc  
fieret Commemoratio Festi Simpli-  
cis cras simul occurrentis, quam du-  
plex, quod non est 1. mæ aut 2. Clas-  
sis, alioquin admittit. Color con-  
veniens Festo. Si verò cras non oc-  
currat Festum duplex, totæ Vesperæ  
dicuntur de Dominica: *Anti-  
phona* & *Psalmus Dixit Dominus*  
Ec. cum reliquis de Dominica, ut  
in Psalterio. *Capitulum*, ut in 1.  
Vesperis, ac *Laudibus* Dominicæ  
currentis: *Hymnus: Audi benigne*  
*Conditor* Ec. cum *Versu: Angelis*  
*suis* Ec. & *Antiphona* propr. ad  
*Magnificat*, ex PROPRIO de Tem-  
pore, cum Commemoratione Festi  
Simplicis, aut Semiduplicis, si tale

I 2

cras

cras occurrat : Reliqua ut in alijs de Feria, post Vesperas hodierni Of-  
Dominicis per annum. Col. Violac. ficij dicuntur in Choro Vesperæ De-  
Et sic fit etiam in seqq. Dominicis functorū ut supra fol. 22. Quod etiam  
usque ad Dominicam Passionis ex- observatur in seqq. Dominicis usque  
clusivè. Quòd si cras Officium fiat ad Dominicam Palmarum exclusivè,

## TITULUS XIII.

### De Ferijs infra Hebdomadam I. Qua- dragesimæ &c. occurrentibus.

**A**D Officium Feriale, ac Mis-  
sas FERIALES hujus, ac seqq.  
3. Hebdomadatum quod  
attinet, ea sic Ordinantur.

Quando non occurrit Festum  
9. Lctionum, de quo die illo fieri  
debeat, Officium & Missa fiunt Ritu  
Simplici, ac sub colore Viol. de Fe-  
ria currente; & OFFICIUM quidem  
usque ad Dominicam Passionis in  
hunc modum : *Ad Marcinum In-  
vitarorium* Feriæ currentis de Psal-  
terio : Hymnus : *Ex more docti  
mystico* ex Dominica præcedente.  
Antiphonæ, & Psalmi Nocturnales  
de Feria currente, ut in Psalterio :  
Versus post ultimam Antiphonam  
Nocturni, ut ibid. in Quadragesi-  
ma : Lctiones tres propriæ de Ho-  
mil. in Evangel. prout notantur pro  
quavis Feria currente in Proprio de  
Tempore. Responsoria post eas,  
quando propria alicubi non assi-  
gnantur, sumuntur ex Nocturnis  
Dominicæ proximè præcedentis hoc

ordine : Feriâ II. & V. ( nisi quan-  
doque, ut modò dictum, aliter no-  
teretur ) dicuntur tria Responsoria I.  
Nocturni. Feriâ III. & VI. tria Re-  
sponsoria II. Nocturni. Feriâ IV. &  
Sabbatò tria Responsoria III. No-  
cturni Dominicæ præcedentis.

*Ad Laudes Antiphonæ & Psal-  
mi* de Feria currente, ut in Psalte-  
rio per annum. Capitulum : *Clam-  
ma, ne cesses* &c, extans Fer. II. in-  
fra Hebd. primam Quadragesimæ in  
Proprio de Tempore. Hymnus :  
*O Sol salutis* &c, ex Laudib. Domi-  
nicæ præced. Versus : *Angelis suis*  
&c, ex ead. Dominica. Antipho-  
na ad *Benedictus*, & Oratio quotidie  
propria; cui ultimæ præmittuntur,  
& quidem flexis genibus ( saltem  
in Choro ) Preces feriales, positæ in  
fine Laudum Feriæ II. in Psalterio,  
subjungitur verò Commemoratio de  
S. Cruce, dein Commemorationes  
Communes, seu Suffragia Sancto-  
rum, ut supra; ante has omnes  
verò

verò Commemoratio de Festo Sim-  
plici, si quod occurrat.

Ad PRIMAM Antiphona : *Vi-  
vo ego &c.* uti notatur Feria II. in-  
fra Hebd. primam Quadrages. atque  
etiam in Psalterio in Officio feriali  
ad Primam Tempore Quadragesi-  
mæ. Psalmi, Capitulum, & reli-  
qua uti in Officio Primæ ferialis per  
annum; nisi quod dicantur ( flexis,  
ut supra genibus ) Preces feriales  
ibidem positæ, & ad absolutionem  
Capituli dicatur : *Quarite Domi-  
num &c.* uti ibid. Tempore Quadra-  
gesimæ.

Ad TERTIAM, SEXTAM, & NO-  
NAM Psalmi, ut in Feriali Officio  
per annum : Antiphonæ & Capi-  
tula verò prout notantur Feriâ II.  
infra Hebd. I. Quadrages. atque et-  
iam in ipso Psalterio pro Officio  
feriali in Quadragesima : Idem est  
de Responsorijs brevibus Horarum,  
quæ dicuntur, ut ibi, & coincidunt  
cum Responsorijs brevib. Domini-  
cæ præcedentis, iisque ( flexis, ut su-  
prâ, genibus ) subjunguntur Preces  
feriales ibid. in Psalterio positæ :  
Oratio eadem, quæ in Laudib. *Col.  
Violac.*

MISSA, quando Officium sit de  
Feria, & non dicitur Missa de *Re-  
quiem*, vel Votiva, dicitur prout no-  
tatur in PROPRIO de Tempore ( in  
quo cuius Feriæ currenti per to-  
tam Quadragesimam propria assi-  
gnatur ) sine *Glor. & Cred.* Oratio.

& 3. usque ad Dominicam Passionis  
ut in Dominica præcedente : De  
Festo simplici fit tantum Comme-  
moratio, ut ibi; Præfatio Quadra-  
gesimalis : *Qui Corporali Jejuni-  
&c.* & in fine post *Humiliate Capite  
Vestra DEO &c.* Oratio supra Po-  
pulum, ac *Benedicamus*, ut supra  
Fer. IV. Ciner. Feriâ II. IV. & VI.  
post Graduale dicitur Tractus, po-  
situs in Missa ejusd. Fer. IV. Ciner.  
*Col. Viol.*

*Vesperæ Feriales* Tempore Qua-  
dragesimæ quoad *Antiphonas*, &  
*Psalmos* dicuntur de Feria currente,  
ut in Psalterio per annum : Capi-  
tulum ( *Inter Vestibulum, & Alcare  
&c.* ) dicitur uti notatur Fer. II. in-  
fra Hebd. I. Quadrages. in Proprio  
de Tempore, atque etiam in Psalte-  
rio in Vesperis Feriæ II. ad finem  
pro Tempore Quadragesimæ. Hy-  
mnus : *Audi benigne &c.* ex ead.  
Dominica. Antiphona ad *Magni-  
ficat*, & Oratio quotidie propria,  
cui ultimæ præmittuntur Preces  
Feriales positæ in Laudibus Feriæ  
2. dæ in Psalterio ( nisi quod loco  
Psalmi *De profundis* dicatur in hu-  
jusmodi Vesperis Psalmus *Miserere* )  
ac subjunguntur Commemorationes  
de Festo Simplici occurrente, de S.  
Cruce, & reliquæ, ut supra in Lau-  
dib. *Col. Viol.*

In *Completorio* Officij ferialis  
hujus Temporis pariter dicuntur  
Preces ibi positæ flexis genibus.

¶

Atque

Atque hic modus dicendi Officium, & Missam de Feria Quadragesimæ illis diebus, in quibus non occurrit Festum aliquod 9. Lectionum, servatur etiam in sequentibus Hebdomadibus, usque ad Vesperas Sabbati antecedentis Dominicam Passionis. Quando autem occurrit infra Hebdomadam Festum 9. Lectionum, seu Duplex, seu Semiduplex, fit de eo cum 9. Lectione de Feria currente ejusdemque Commem. in Vesperis, Laudibus, ac Missa ut infra. P. II. De Festo autem Simplici occurrente in Feria Quadrages. nihil fit, nisi sola Commemoratio in Laudibus, ac Missa, & pridianis etiam Vesperis usque ad Vesperas Feriæ IV. majoris Hebdomadæ exclusivè, ut dicitur ibid. De Vigilia autem S. Mathiæ Apostoli, occurrente in Quadragesima, nihil fit, nisi tantum Commemoratio in Missa post Orationem de Feria currente, sive de hac, sive de aliquo Festo (v. g. translato) dicatur Missa; nec in hujus sine legitur Evangelium de Vigilia, si fiat de Festo, sed de Feria currente Quadragesimæ.

FERIA II. infra Hebdomad. I. Quadrages. si fiat de ea, Responsoria, pro 3. Lectionibus de Homil. in Proprio de Tempore assignata, sumuntur ex I. Nocturno Dominicæ præced. & post Laudes dici dicitur in Choro I. Nocturnum, &

Laudes Officij Defunctorum, ut in Rubrica, præfixa I. ejus Nocturno; quod ipsum similiter dicitur etiam in alijs Ferijs secundis Quadragesimæ non impeditis Festo 9. Lectionum, usque ad Majorem Hebdomadem exclusivè. In Missa dicitur Tractus. Col. Viol.

FERIA III. ejusdem Hebd. I. in Quadrages. Responsoria pro Lectionibus. Officij ferialis sumuntur ex II. Nocturno. Dominicæ præced. Si in Feriam hanc III. incidat dies 10. Martij, adeoque Festum SS. 40. Martyrum Sebastianorum, tunc Post-Communionis 2. quæ est de Feria currente, sumi debet ex Feria IV. sequente, juxta ea, quæ habet Gav. Tom. I. P. I. Tit. 7. n. 8. lit. q. circa fin. ob paritatem Rationis.

FERIA IV. Hebd. I. Quadrages. est Feria IV. quatuor Temporum in Vere. De qua si fiat Officium, Responsorium I. & II. sumuntur ex III. Nocturno Dominicæ præced. at verò locò III. Dominicalis, ibidem positum, dicitur infra Hebdomadem hodie, ac Sabbato sequenti Responsorium: *Abcondite Eleemosynam* &c. ut ibi. Hæc quoque FERIA IV. & cæteris deinceps Ferijs per Quadragesimam, non impeditis Festo 9. Lectionum, usque ad Hebdomadem Majorem, dicuntur in Choro ante Marutinum Psalmi Graduales supra fol. 60. In Missa feriali post Kyrie eleison dicitur Oremus, *Electamus genna* &c.

*sua* &c. cum duplici Lectione, post quarum primam dicitur tantum *Graduale*; post alteram verò Solummodo *Tractus* sine *Graduali*, ut ibi. *Col. Viol.*

FER. V. Hebd. I. Quadr. Responsorium primum post Lectionem primam ferialis Officij est *Tribularer* &c. ut ibi; Reliqua duo ut in I. Nocturno Dominicæ præced. 2. & 3. locò.

FERIA VI. Hebd. I. Quadr. est Feria VI. Quatuor Tempor. in Vere, de qua si fiat Officium, Responsoria post Lectiones Noct. sumuntur ex II. Noct. Dominicæ præced. In Choro post Laud. diei dic. *Psalmi Penitentiales cum Litanijs, flexis* (saltem in Choro) *genibus*, ut supra fol. 63. ac in Mis. post Grad. *Tractus*; quod utrumque similiter etiam observatur in reliquis deinceps Ferijs Sextis per Quadrages. usque ad Majorem Hebd. exclusivè. *Col. Viol.*

Sabbatum infra Hebd. I. Quadrages. est Sabbatum quatuor Tem-

porum in Vere: in quo collatio SS. Ordinum. Responsoria post Lect. Noctur. in Officio feriali dicuntur ut Fer. IV. præcedente; & in Missa feriali hodierna post *Kyrie eleison* dicitur: *Oremus, sectamus genua*, ac universim 6. Lectiones, cum *Tractu* post ultimam illarum, ut ibi. *Col. Viol.*

Si hodie factum sit de Feria, & cras non occurrat alicubi Festum I. Classis, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum erunt ferialis, adeoque dicentur ut in Sabbato per annum, cum Antiphonis & Psalmis de Psalterio, ut ibi: à Capitulo autem erunt de Dominica seq. hoc est secunda in Quadrages. dicendo omnia prout notantur suo locò in PROPRIO de Tempore, eaque proportionaliter observando, quæ annotata sunt ad I. Sabbatum in Quadrages. fol. 64. Eodem quoque modo fiet in sequentibus Sabbatis, usque ad Sabbatum ante Dominicam Passionis exclusivè.

## TITULUS XIV.

### De Dominica II. in Quadrages. & Ferijs infra Hebdom. II. Quadragesimæ occurrentibus.

**D**OMINICA II. in Quadrages. est una ex illis, quæ dicuntur *Dominica Majores*, seu solennes II. Classis, *Majores* quidem, quod non perinde ac *Dominica Minores* (alio nomine *Communes*, seu per

ANIMAM



annum dictæ ) cuicumque Communi duplici cedant; *secundæ* autem *Classis*, quod non perinde, ac *Dominicæ Majores* 1. *Classis*, sint contra quodcunque Festum, etiam I. *Classis*, privilegiatæ : tamen enim & ipsæ non tantum nulli Festo *Duplici Minori*, aut *Majori* per annum, sed nec duplici. *Classis* cedant ( ut patet in Casu, quò Festum S. Josephi, aut Annuntiationis B. V. in ejusmodi *Dominicam* 2. *Classis*, v. g. *Dominicam* IV. *Quadragesimæ* cadit ) cedunt tamen *Duplicibus* I. *Classis*, occurrente in illis *Patrono primario*, vel *Titulari Ecclesiæ*, aut *Dedicatione ejusdem* : licet autem tunc hujusmodi *Dominicæ* 2. *Classis* omittantur ( hoc est de illis nec *Officium* dicatur, nec *Missa* ) semper tamen etiam in tali occurrentia de ipsis dicenda est 9. *Lectio*, ac facienda *Commemoratio* in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa Festi*; atque in hac de iisdem dicendum etiam ultimum *Evangelium*, si v. g. alicubi S. Josephus sit *Patronus Ecclesiæ*, & ejus *Festum* in *Dominicam* III. aut IV. *Quadragesimæ* cadat. His prænotatis

In Ecclesia universalis, ac secluso Casu, quo *Patronus*, aut *Titularis Ecclesiæ*, vel hujus *Dedicatio* alicubi in tali *Dominica* 2. *Classis* occurrit, *Officium de Dominica II.*

*Quadragesimæ* ac seqq. duab. *Dominicis* sit Ritu semiduplici 2. *Classis*, eò proportionaliter modò, quò supra *Dominicâ* I. *Quadragesimæ* est declaratum. Idem est de *Missa*, quam pariter, ut illa, propriam habent, & eodem per omnia proportionaliter modò dicendam, ut ibi.

Idem quoque est de *Officio*, & *Missa Feriarum* infra Hebd. 2. *Quadragesimæ* occurrentium, quæ similiter dicuntur modò, ac Ritu Tit. præcedenti descriptò, exceptis ijs, quæ propria sunt *Ferijs* 4. *Temporum*, & insuper his, quæ sequuntur.

*FERIA II.* *Responsorium* 1. & 2. in loco. 3. ut in I. *Noct. Dominicæ* præced. Si *Feria* hæc incidat in diem 4. *Martij*, tunc in *Missa* de S. Casimiro *Post-Communio* tertia ( de S. Lucio Pap. ac *Mart.* ) sumi debet ex *Missa Statuit*, de *Communione Unius Mart. Pontif.* ne scil. coincidat cum *Post-Communione* de *Feria*.

*Feria. III.* *Responsorium* omnia ex II. *Nocturno* *Dominicæ* præced. *FER. III.* ex III. *Nocturno* ejusdem.

*FER. V.* ex I. *Nocturno* *Fer. VI.* ex II. *Nocturno*: *SABBATÒ* *Responsorium* primum proprium : 2. & 3. ut in III. *Nocturno* sæpius memorata *Dominicæ*.

## TITULUS XV.

### De Dominica III. in Quadragesima, ac Ferijs infra Hebdomadem III. Quadragesimæ occurrentibus.

**D**OMINICA III. in Quadragesima est Dominica Major 2. Classis, ac proinde eodem proportionaliter Ritu ac modo ( tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam*) celebratur, quod Dominica II. Quadragesimæ proximè præcedens.

Idem est de **FERIIS** infra Hebd. III. Quadrag. occurrentibus, quæ pariter, tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam*, ad normam Feriarum proximè præcedentium celebrantur, exceptis his, quæ sequuntur.

**FERIA II.** Responsoria omnia post Lect. Nocturni, uti notantur in *PROPRIO* de Temp. Si in hanc *Feriam II.* incidat Festum S. Thomæ de Aquino, tunc Postcommunio pro SS. Perpetua & Felicitate, utpote coincidens cum feriali, est commutanda cum alia, adeoque sumenda ex *Missâ Dillexisti*, de **Communi Virginum tantum.**

**FERIA III.** Responsor. primum propr. 2. & 3. ex II. Noctur. Dominicæ præced.

**FER. III. & Sabbatò ex III.** Noct. ejusd. Dominicæ. Fer. V. ex I. Noct. FER. VI. ex II. Nocturno illiusmet Dominicæ.

Nota, quòd etiam si *Feriâ V.* hujus tertie Hebdomadæ Quadragesimæ dicatur in *Missâ* feriali Oratione de SS. Cosma & Damiano (ratione ac Titulo *Stationis* in eorundem Basilica Romæ) debeat nihilominus fieri de illis tanquam Martyribus Commemoratio in Laudibus, in ijs Ecclesijs, in quibus sunt *Patroni*, aut *Titulares*, inter suffragia consueta tanquam Titularium propriæ Ecclesiæ, atque etiam in Oratione *A Cunctis* in *Missâ*. Ità Gav. Tom. I. P. 4. Tit. 5. n. 15. Bauldry P. 4. c. 5. n. 3.



## TITULUS XVI.

### De Dominica IV. in Quadragesima, & Ferijs infra Hebdom. IV. Quadragesimæ occurrentibus.

**D**OMINICA IV. in Quadragesima ( quæ ab Introitu Missæ dicitur *Letare* ) est pariter *Dominica Major*, seu *privilegiata* 2. *Classis*, ac proinde & ipsa tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* eodem proportionaliter *Ritu* ac *Modo* celebratur, quò II. & III. in Quadragesima, de quibus Titulis 2. proximè præcedentibus. Illud tamen habet peculiare, quòd, cum *Letitiam* indicet isthæc Dominica, Diaconus & Subdiaconus in Missa solemnè utantur Dalmaticis & Tunicellis Violacei Coloris, ac pulsentur Organa ( sed ad Missam solemnem tantum ) uti

in Dominica 3. Adventus, quæ ob similem causam dicitur *Dominica Gaudere*, ut ibi : Altare quoque paratur festiviùs, quàm in alijs Dominicis : possunt enim adhiberi flores, & Imagines, aut Reliquiæ, non verò in alijs Dominicis. *Baudry P. 4. c. 5. n. 4.*

*FER. III. infra Hebd. IV. Quadr. Respons. 1. & 2. propr. 3. ut in II. Noct. Dom. præced. Fer. III. ( in qua post Kyrie eleison Oremus, stectamus genua, ac duplex Lectio ) uti & Sabbatò ex III. Noct. Dominicæ præced. FER. V. ex I. Noct. ejusd. Dominicæ. FER. VI. ex II. Noct. illius. Reliqua, ut in loco.*

## TITULUS XVII.

### De Sabbato ante Dominicam

Passionis.

**S**ABBATO huic ( dicto *Sitientes*, eò quòd *Introitus* hodiernæ Missæ incipiat ab hoc Verbo ) ex Decr. *Gelasij I. Dist. 75.* concessa est *Ordinatio Presbyterorum*, ac *SS. Ord. Collatio*. *Ante primas Vesperas Dominicæ de Pas-*

*sione, etiamsi sint de Sancto, teguntur ex Cæremon. Episc. L. 2. c. 20. Sabbatò isthòc Cruces & Imagines Salvatoris per Ecclesiam Velis Violacei Coloris, in quibus non appareat ulla figura, seu Imago, ne quidem Insignia Passionis ; nullaque ponentur*

ponendæ sunt super Altare Imagines Sanctorum : & Cruces quidem ita velatæ manent usque ad Feriam VI. in Parasceve ( nisi quod Feria V. in Cœna Domini Crux Altaris, in quo celebratur, regi debeat Velò Albò in *Missâ*, & ad *Mandatum*, non item Crux Processionalis; hæc enim, & cæteræ omnes, tunc etiamnum Velò Violacei Coloris debent esse textæ, exceptâ illâ, quæ prostat in Altari illius Sacelli, ad quod Feriâ illâ V. deportatur SS. Sacramentum, ut ibi asserveretur ultimo triduo Hebdomadæ Sanctæ ) in Parasceve verò Crux, quæ est super Altare majus, velatur, ut infra, velò nigri Coloris, usque dum Crux adoranda ab Officiatore fuerit detecta; tunc autem non tantum ipsa, sed Cruces quoque aliæ omnes sunt deregendæ, non item Imagines Altarium; hæc enim omnes textæ manent usque ad finem Litaniarum Sabbati Sancti. Ità Gavantus, addens alicubi : significari hoc Ritu ( regendi Imagines Salvatoris, & Icones Altarium, à Tempore Dominicæ Passionis ) jam Christum non in palam ambulasse apud Judæos hoc Tempore, imò ab eis se abscondisse ( ut in *Evang.* crastinæ Dominicæ dicitur ) nec non majorem illam, quæ hujus Temporis Officijs Ecclesiasticis, ac Mysterijs convenit, Tristitiam.

Si hodie factum est Officium

de Festo Duplici, Vesperæ hodiernæ integræ erunt de illo, cum Commemoratione *Dominicæ crastinæ de Passione*, ut in Proprio de Tempore, nec non *Festi Simplicis*, si quod cras occurrat; nec omitteretur hodie *Gloria Patri* in Responsorio brevi ad Completorium. Si verò factum est de *Festo* duntaxat *Semiduplici*, tunc Vesperæ usque ad Capitulum erunt quidem de illo, at verò à Capitulo de *Dominicâ Passionis*, dicendo omnia, uti notantur Sabbatho ante Dominicam Passionis in Proprio de Tempore, cum Commemoratione *Festi* hodierni *Semiduplici*, atque etiam *Festi* crastini *Simplicis*, si quod cras occurrat; omissis tamen Commemorationibus Communibus, ac suffragijs Sanctorum, utpote quæ ab hoc Sabbatho usque ad Fer. II. post Octavam Pentecostes non amplius fiunt, uti nec Commemoratio de Cruce ( nisi in Officijs quibusdam Temporis Paschalis, ut ibi ) omisso quoque *Gloria Patri* in Responsorio brevi ad Completorium : licet enim id dicatur non tantum in *Festi Duplicis* cum *Dominicâ Passionis*, aut *Palmarum* concursu ( utpote cujus Completorium, perinde ac Vesperæ, est festivum ) sed etiam in casu, quò in Vesperis secundis *Dominicæ de Passione* fit tantum Commemoratio de Festo Semiduplici sequente ( quia

K 2

illam

illam Commemorationem jam est inchoatum, inchoato autem Festo per Commemorationem Semiduplicis, ea, quæ sequuntur, *festiva* censentur ea ratione, quâ pridie alicujus Sabbati, quò fiet de S. Maria in Sabbato, Hymnus Completorii etiam jam tunc terminatur per verba: *Jesu tibi fit Gloria, qui natus es, &c.* quando de S. Maria in Sabbato facta est in Vesperis illius diei tantum aliqua Commemoratio) non tamen Teste Gavanto Tom. 2. sect. 6. c. 12. n. 8. dicendum id est in Responsorio brevi Completorii tunc, quando in primis Vesperis Dominicæ Passionis, aut Palmarum facta est Commemoratio *Festi Semiduplicis*, talem Dominicam *precedentis*; quia Completorium, sequens primas Vesperas Dominicæ Passionis, aut Palmarum, in hoc posteriore Casu, seu concursu plus habet de ratione *Dominicæ* jam inchoatæ in Vesperis, quàm de ratione *Festi Semiduplicis* jam finiti: consequenter debet omitti *Gloria Patri* in dicto Responsorio, ut ratiocinatur loc. cit. Gavantus, assignans rationem disparitatis non tantum inter hunc, & præcedentem casum, sed etiam cum alio simili. *Col. Violac.*

Si denique Sabbato ante Dominicam Passionis non fuit factum de Feste aliquo 9. *Lectio*num, sed de ipsa Feste currente, tunc hodieque

Vesperæ usque ad Capitulum dicentur uti in Sabbato per annum, sumendo Psalmos unâ cum suis Antiphonis de Psalterio; à Capitulo verò fiet de *Dominicæ Passionis*, dicendo Capitulum, Hymnum (*Vexilla Regis*) Versum, ac Antiphonam ad *Magnificat*, nec non Orationem, uti notantur in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Festi Simplicis tantum, si quod cras occurrat: nam, ut antè dictum, ab hoc Sabbato usque ad Fer. II. post Octav. Pentecostes, cessant Commemorationes consuetæ de Cruce, de S. Maria, & aliæ in Psalterio positæ, esto dicatur quædam *alia Specialis*, in *Ferijs*, & *Semiduplicibus* Tempore Paschali post Dominicam in Albis extra Octavas occurrentibus. *Col. Violac.*

Ad COMPLETORIUM in Responsorio brevi in *Officio de Tempore* non dicitur *Gloria Patri*, sed solum repetitur Responsorium: quod idem etiam servatur in Responsorijs brevib. aliarum Horarum in *Officio de Tempore Passionis*, uti & in cæteris Responsorijs illius Temporis, nec non ad ultimam Invictorii Repetitionem in eodem *Officio de Tempore*: idque ex Decreto Concilij Toletan. 4. Can. 15. ubi ait: *Gloria Patri* in fine Responsorium in lætis sequitur, in tristoribus verò repetitur Principium: quod idem sit, ut *compaginemur humilitati Christi,*

Christi, omittendo *Excelsa* nostra eo Tempore, quò ipsa *Trinitas* dehonestatur in *Persona* Christi, ut loquitur *Alcuinus*. In *Psalmis* tamen nondum taceretur *Gloria Patri*; quia *Psalmi*, ut notat *Guil. Durandus* L. 6. Rat. c. 60. significant *Opera*, at nondum *Judæi* operibus, sed *linguis tantum* de *Necesse* Christi agunt: in triduo verò *Major*: *Hebdomadæ* removeretur id etiam à *Psalmis*; quia ipso opere compleverunt *Necem* Christi.

## TITULUS XVIII.

### De Dominica Passionis, seu quinta in Quadragesima, & Ferijs infra Hebdomadem Passionis Occurrentibus.

**D**OMINICA DE PASSIONE inde sortita est Nomen, quòd, cum sub *Vesperum* Sabbati, eam præcedentis, coactum fuerit à *Judæorum* Principibus *Concilium* adversus *JESUM*, ut eum morti traderent (ut verosimiliter L. 5. c. 1. probat *Rupertus*) *CHRISTI PASSIO* ab hoc Tempore clarius representari, & major etiam ea propter tristitia in *Officijs* Ecclesiasticis demonstrari incipiat: unde & *Cantores* ex præscripto *Cæremonialis* *Episc.* L. 2. c. 20. ab hac *Dominica* *V. Quadragesime* usque ad *Pascha*, exceptà *Feriâ* *V. in Cæna Domini*, non utantur *cantu figurato*,

K 3

Dixi autem: In *Officio* de Tempore; nam quando Tempore Passionis *Officium* sit de *Sancto*, non omittitur *Gloria Patri* ad *Responsorium* breve. Quid autem sit observandum ex sensu *Gavanti*, si in *Sabbatum* præcedens *Dominicam* Passionis, aut *Palmarum*, incidat *Festum Semiduplex*; item, si *Festum Semiduplex* sequatur *Dominicam* Passionis, dictum est paulò ante.

sed *Gregoriano*: Id quod saltem diebus, in quibus sit *Officium* de Tempore, observatur. Est autem *DOMINICA* Passionis *Dominica Major* *I. Classis*, id est *privilegiata* contra quodcunque *Festum* 9. *Lectio*num in ea occurrens: In *Ecclesijs* tamen, ubi hodie est *Titulus Ecclesiæ*, vel *concursum* populi ad celebrandum *Festum*, quod transferri debet (v. g. *S. Josephi*, aut *Annuntiationis* *B. V. M.*) possunt juxta *Rubr. Gener. VI. Missal.* hanc *Dominicam* cantari *duæ* *Missæ*, una de die, Altera de *Festo* post *Horam* utriusque congruentem, de qua *Rubr. Gen. XV. Missal. n. 2.* & *Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 6. & 17.*

Dicit

Diciturque in Missa de Festo Psal-  
mus *Judica, Gloria, Credo, & Tra-*  
*ctus, præf. de Festo, si propriam*  
*habeat, sine aliqua Commemora-*  
*tione: in fine Ire, & Evang. S.*  
*Joann. Admittit quoque hæc Do-*  
*minica Commemorationem Festi*  
*Simplicis in Vesperis, Laudibus, ac*  
*Missa, non item nonam de Le-*  
*ctionem.*

OFFICIUM Dominicæ de Pas-  
sione sic ordinatur: Ad MATUTINUM  
dicitur Invitatorium: *Hodie si vo-*  
*cem Domini audieritis &c.* uti no-  
tatur in Proprio de Tempore. In  
strophæ penultima Psalmi *Venite*  
*&c.* omittuntur verba illa: *Hodie*  
*si Vocem ejus &c.* & locò illorum  
repetitur à Choro ( aut Socio illum  
representante ) Invitatorium: *Ho-*  
*die si Vocem Domini audieritis, noli-*  
*te obdurare corda vestra: deinde sequi-*  
*tur: Sicut in exacerbatione &c.* In fi-  
ne Psalmi *Venite* non dicitur: *Glo-*  
*ria Patri &c.* totò hoc Tempore  
Passionis ( nisi fiat Officium de Fe-  
sto ) sed repetitur Invitatorium, ut  
aliàs in fine. At cum dubitaretur:  
an in Officio de Tempore Passionis  
post Versum: *Quadragesima annis*  
*&c.* dictò ex integro Invitatorio:  
*Hodie si vocem Domini &c.* omisso  
*Gloria Patri*, dici debeat: *Nolite*  
*obdurare corda vestra*, ac tum pri-  
mùm integrè repeti Invitatorium:  
*Hodie si vocem Domini &c.* Sac. Rit.  
Congregatio die 2. Jan. 1667. apud

Henric. Pisart in *Dir. Can. c. 6. Propr.*  
*de Temp.* respondit: *omissis Gloria*  
*Patri, & nolite obdurare corda ve-*  
*stra*, repeti tantummodo debere In-  
vitorium: *Hodie si Vocem Domi-*  
*ni audieritis, nolite obdurare corda*  
*vestra*: additque idem Pisart, id  
ipsum ab eadem S. R. C. confirma-  
tum esse 1683. 24. Julij, confor-  
miter Rubricæ Dominicæ Passionis.  
Id ipsum etiam servatur hoc Tem-  
pore in Responsorij majoribus ad  
*Matutinum*, & in Responsorij bre-  
vibus *Horarum ac Completorij*, in  
quibus similiter omisso *Gloria Patri*  
repetitur Responsorium usque ad Ver-  
sum in Officio de Tempore Passio-  
nis, ut supra insinuatum. Hymnus  
Matutini: *Pange Lingua &c.* ut in  
Propr. de Tempore. Antiphonæ  
& Psalmi ad 3. ejus Nocturnos, ut  
in Psalterio in Dominicis per an-  
num. Versus in Fine Nocturno-  
rum, ut ibid. notantur pro Tem-  
pore Passionis. Lektionen & Re-  
sponsoria 3. Nocturnorum propr. et  
Proprio de Temp.

Ad Laudes Psalmus 1. *Miserere.*  
2. *Confitemini*, reliqui cum Can-  
tico 3. *Pueror.* ut in Dominicis per  
annum: at verò Antiphonæ ( et  
etiam ad *Benedictus* ) Capitulum,  
Hymnus, Versus, & Oratio propr.  
ex Proprio de Tempore, cum  
Commemoratione Simplicis, si quod  
hodie occurrat, omisissis verò Com-  
memorationibus Communibus, seu  
Suffra-

Suffragijs Sanctorum, non tamen Precibus Dominicalibus ad *Primam*, & *Completorium*.

Ad *PRIMAM* Antiphona propr. In eadem locò Psalmi *Confitemini* dicitur Psalmus *Dominus regnavit* & c. Reliqua ut in Psalterio in Dominicis per annum, nisi quòd omittatur *Gloria Patri* & c. in Responsorio brevi; & ad Absolutionem Capituli ab hodierna Dominica usque ad Feriam V. in Coena Domini exclusivè dicatur in Officio de Tempore ( etiam in Ferijs ) *Letitio brevis* : *Faciem meam* & c. ut in Psalterio Tempore Passionis.

Ad *TERTIAM*, *SEXTAM*, ac *NONAM* Antiphonæ, Capitulum, & Responsor. brev. uti notantur in Proprio de Tempore. Oratio eadem, quæ in Laudib.

*MISSA* propr. cum Tractu, & *Credo*, attamen *sine Gloria in Excelsis* & c. In eadem Missa hodierna, ac cæteris deinceps Missis de Tempore usque ad Sabbatum Sanctum exclusivè post *Introuibo* & c. non dicitur Psalmus *Judica me DEUS*; nec *Gloria Patri* ad Introitum, nec ad finem Psalmi *Lavabo* & c. Id ipsum etiam hæc, & sequente Dominicâ omittitur ad *Asperges* & c. post Psalmum *Miserere*, ut in Missali in Rubrica: *De Asperione Aquæ benedictæ*. Ab hæc die usque ad Feriam V. in Coena Domini in Missis de Tempore ( excipitur Dominica Pal-

marum ) post Oracionem diei dicitur Oratio vel contra Persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, uti notantur hæc Dominicâ; & quia non dicitur in his Missis tertia Oratio, ideo etiam cum occurrit *Festum Simplex*. Oratio 2. est de illo tantum in Missis de Tempore. Dixi : In Missis de Tempore; nam si infra hanc Hebdomadem fiat Officium de *Festo Semiduplici*, tunc in Missis privatis dicuntur 3. Orationes, quarum 2. est de Feriâ corrente, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi simul occurrat *Festum Simplex*; tunc enim 3. est de illo Simplici in Missis ejusmodi *privatis*; at ubi infra Hebdomadem Passionis in ejusmodi *Festo Semiduplici* cantandæ erunt duæ Missæ Conventuales ( uti in Ecclesijs Cathedral. & Collegiatis ) una de *Festo*, altera de *Feria*, in *Missâ de Festo Semid.* 2. Oratio erit *Ecclesiæ*, vel pro Papa, aut, si occurrat *Festum Simplex*, de *Festo Simplici*; in Missa verò de *Feria* Oratio 2. erit *Ecclesiæ* vel pro Papa, non autem de Simplici, etiam si tale simul occurrat; neque dicitur 3. Oratio tam in Missa Conventuali de *Festo*, quam in Missa Conventuali de *Feria*, ut suò locò dicitur & videri potest Arnaldus Tr. 1. P. 1. Tit 9. n. 3. & 4. Item Bauldry P. 3. c. 7. in Tit. de Orat. n. 4. ubi addit : In ijs Ecclesijs, in quibus dicitur tantum unica Missa hoc Tempore in *Festo Semiduplici*,  
ibi,



ibi dicendam eam esse de Festo, & in ea perinde, ac in Missis privatis, dicendas esse tres Orationes, quarum secunda sit de Feria, tertia *Ecclēsiæ* vel pro Pap. Quod ipsum etiam asserit de Missis *votivis privatis*, si quæ in Ferijs hujus Hebdomadæ dicantur; nam & in istis dicendas esse tres Orationes.

Præfatio Missæ dicitur de Cruce in hodierna ac reliquis quoque deinceps Missis usque ad Feriam V. in Cæna Domini inclusivè, etiam in *Festis*, ac *Missis votivis*, nisi propriam habeant, aut nisi dicatur *Missæ de Requiem*; in hac enim semper dicitur Præfatio Communis, & *Communicantes* Commune, quocumque Tempore dicatur. In fine hodiernæ Missæ *Benedicamus &c. Col. Violaceus*.

*Vespera hodierna*, si cras occurrat Festum Duplex, erunt de illo, cum Commemoratione Dominicæ hodiernæ, atque etiam Festi Simplicis, si quod cras occurrat, nisi Duplex illud sit 1. aut 2. Classis; tunc enim fieret Commemoratio solius Dominicæ in hodiernis Vesperis. Quod si verò cras non occurrat Festum Duplex, tunc Vesperæ hodiernæ totæ erunt de Dominicæ currente, dicendo illas quoad Psalmos, & Antiphonas Psalmorum uti in Dominicis per annum: Capitulum verò, & Hymnus (*Vexilla Regis*) ac Versus dicentur ut in 1.

Vesperis Dominicæ currentis, prout norantur in Proprio de Tempore, in Sabbato ante Dominicam Passionis. Antiphona ad *Magnificat* propria: Oratio eadem, quæ in Laudibus, ac per Horas; & sit Commemoratio de Festo Semiduplici, vel Simplici cras occurrente, si ejusmodi Festum cras occurrat, *Col. Violac.* Quod si cras Festum Duplex, aut Semiduplex non occurrat, tunc hodie post Vesperas diei dicto *Benedicamus*, dicuntur Vesperæ Defunctorum.

De non dicendis hoc Tempore Commemorationibus Communibus, seu Suffragijs Sanctorum post *Vesperas*, ac Laudes, deque omitendo *Gloria Patri* in Responsorij brevib. Horarum, ac *Completoij &c.* dictum est heri. Si in hanc Dominicam incidat Festum Annuntiationis (ut anno 1703.) aut S. Josephi, transferuntur in Ecclesia universali in solo Choro in diem proximam non impeditam (id est, solummodo quoad *Officium & Missam*) non autem etiam in foro, seu quoad obligationem audiendi Missam & abstinendi ab opere servili: Quod si dies illa non impedita sit Feria II. mox subsequens, tunc 1. Vesperæ Festi in eam translati totæ erunt in Dominica Passionis de Festo translato subsequente, cum Commemoratione Dominicæ, & ad *Completoij* dicitur *Gloria Patri* in Responso-

Sponsorio brevi, nec non in fine Hymni ( si Vesperæ fuerint de Festo Annunt. ) Versus : *Jesus Tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Col Alb.

FER. II. & reliquis Ferijs hujus Hebd. post Dominicam Passionis, nisi occurrat Festum 9. Lctionum, fit de ea Officium feriale in hunc modum : Ad *Matutinum* dicitur Invitatorium, Psalmus *Venite* ( omisso in fine *Gloria Patri &c.* ) & Hymnus *Pange Lingua*, ut in Dominica Passionis, at verò Antiphonæ, & Psalmi de Feria currente, ut in Psalterio per annum : Versus post Psalmos, ut ibid. Tempore Passionis. Lctiones, & Responsorioria, uti notantur pro Feria currente in Proprio de Tempore.

Ad *Laudes* Antiphonæ & Psalmi de Feria currente, ut in Psalterio per annum : Capitulum *Venite, mittamus Lignum &c.* uti notatur Feria II. post Dominicam Passionis : Hymnus *Lustra sex &c.* ex Laudibus Dominicæ hesternæ : Versus : *Eripe me de inimicis meis &c.* ut ibid. Antiphona ad *Benedictus*, & Oratio propria, uti notantur in Proprio de Tempore pro Feria currente, cum Commemoratione Festi Simplicis occurrentis, si tale forsitan occurrat : atamen sine *Commemorationibus* Communib. & *Suffragijs* Sanctorum, etiam de Cruce. Ad *Laudes* & *reliquas Horas* dicuntur *Preces* feriales flexis genibus in

Officio feriali usque ad Fer. V. in Cœna Domini, positæ in Psalterio post *Laudes* feræ II. ac suis respectivè locis.

Si *Feria* II. hodiernâ non occurrat Festum 9. Lctionum, tunc hodie in Choro post *Laudes* Diei ( dicto *Benedicamus* ) dicitur etiam *Matutin.* & *Laud.* Officij *Defunctorum*.

Ad *PRIMAM* hodie & seqq. Ferijs, usque ad *Majorem* Hebdomadem exclusivè, dicitur Antiphona : *Libera me Domine &c.* & ad *Absolutionem* Capituli usque ad *Feriam* V. in Cœna Domini exclusivè *Lectio* brevis : *Faciem meam non averti &c.* prout notantur *Feria* 2. hodiernâ in *PROPRIO* de Tempore, atque etiam in *Officio* feriali ad *PRIMAM* extra *Tempus Paschale* pro *Tempore* Passionis : reliqua ut in feriali *Officio* per annum, nisi quòd in *Responsorio* brevi omitatur *Gloria Patri &c.* dicanturque *Preces* feriales flexis genibus ut ibi.

Ad *TERTIAM*, *SEXTAM*, & *NONAM* hodie, ac seqq. Ferijs hujus Hebdomadæ Antiphonæ ante Psalmos uniuscujusque *Horæ*, uti & *Capitulum*, *Responsorium* breve, & *Oratio* dicuntur prout notantur hâc *Feria* II. in *Proprio* de Tempore, atque etiam in ipso *Psalterio* ad finem cujuslibet *Horæ* parvæ pro *Tempore* Passionis ; Reliqua verò dicuntur uti in *Ferijs* per annum, nisi

L

nisi quòd dicantur Preces feriales flexis genibus ad singulas Horas, ut supra.

Si hodie, aut aliâ Feriâ hujus Hebdomadæ occurrat Festum Duplex, aut Semiduplex, fit de eo *Officium*, & *Missæ*, ut suò locò notantur; & in hac ( uti & in *Missis Votivis* hujus Hebdomadæ, etiam eâ, quæ dicitur de *Pasione*, aut de *S. Cruce* ) dicitur Psalmus *Judica*, item *Gloria Patri* ad Introitum, & ad Psalmum *Lavabo* &c. nec non ( præter alia, cuius Festo alioqui convenientia ) etiam *Tractus* post *Graduale* cuius *Missæ Festivæ* proprius: idem in *Missis* quoque quibuscunque *Votivis* hoc Tempore dicitur. In *Missâ* de *Duplici* Oratio 2. est de *Feria* curr. cui subjungitur *Commemoratio* de Festo *Simplici*, si quod occurrat: At verò in *Missâ* de *Festo Semiduplici*, 2. Oratio est de *Feria*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Pap.* nisi faciendâ sit *Commemoratio* de *Festo Simplici* occurrente; tunc enim 3. erit de illo ( omiſſa *Oratione* pro *Ecclef.* vel *Pap.* ) in *Missis* privatis ut supra. In iisdem quoque *Missis* ( tam *festivis* scilicet, quam *Votivis* ) infra hanc Hebdomadem celebratis, dicitur *Præfatio* de *S. Cruce*, nisi propriam habeant: In fine quoque *Missarum Festivæ* dicitur *Ite*, & in his posterioribus ult. *Evangelium* de *Feria* currente. Si verò hodie, aut aliâ Feriâ hujus

Hebdomadæ non occurrat *Festum* 9. *Lectio*num, tunc sicut *Officium*, ita etiam *Missæ* ( nisi placeat dicere *Votivam*, aut facere de *Requiem* ) dicitur de *Feria* currente, uti notatur in *Proprio* de *Tempore*, sine *Gloria*, & *Credo*; omiſſo item post *Introibo* Psalmò *Judica me DEUS*, nec non *Gloria Patri* ad *Introitum*, & ad finem Psalmi *Lavabo*. *Oratio* 2. *Ecclesiæ* vel pro *Papa* tantum, nisi occurrat *Festum Simplex*; nam si tale occurrat, tunc omiſſa *Oratione* contra *Persecutores Ecclesiæ*, vel pro *Papa*, fit tantum *Commemoratio Festi Simplici* occurrentis, nullâ additâ ad illam alia *Oratione* in ejusmodi *Missâ* feriali. *Præfatio* de *S. Cruce*. In fine *Benedicamus*. Col. *Viol.*

Porro hætenus dicta de modo dicendi *Missas Festivæ*, ac *Feriales* infra hanc Hebdomadem, intelligenda sunt de *Missis* privatis ( in quacunque demum *Ecclesia* legantur ) ac ijs duntaxat solennibus, quæ extra *Ecclef.* *Cathed.* & *Colleg.* decantantur: nam ( ut jam supra *Tit. II. §. 7.* de *Fer. IV.* *Cinerum* est adnotatum ) quando infra hanc Hebdomadem occurrat *Festum* 9. *Lectio*num, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* sunt *duæ Missæ Conventuales*; Prima scilicet post dictam in *Choro Tertiam*, de *Festo*, in *Colore* eidem Festo conveniente. Secunda post *Nonam* in *colore Viol.* de *Fer. curr.* ut in *Propri.* de *Tempore*.

In

In ea, quæ dicitur de Festo, si sit Festum *Duplex*, nulla sit Commemoratio, nisi Festi *Simplicis* occurrentis; si autem sit Festum *Semiduplex*, 2. Oratio erit de Festo *Simplicis* occurrente tantum ( si tale eodie occurrat ) omisâ tertiâ pro Ecclesia, vel Papa. Si verò non occurrat Festum *Simplex*, 2. Oratio in ejusmodi Missa Conventuali Festivâ erit *Ecclesiæ*, vel pro Papa tantum; in neutro enim casu tunc tertiâ addendam esse in ea Missa Orationem, notat Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 9. n. 5. & 8. ubi ex Durando subjungit quoque causam, cur Tempore *Passionis*, *Paschæ* & *Pentec.* minuatur numerus Orationum in Missa, & Commemorationum seu suffragiorum in Officio de Tempore, ita, ut non nisi *Simplicis* occurrentis tunc Temporis fiat Commemoratio. Reliqua in Missa *Conventuali Festiva*, dicuntur ut supra, scilicet cum *Gloria*, Tractu post Graduale, Præfatione de *Passione* ( nisi propriam habeat ) & in fine *Ite*, & *Evang.* S. Joannis. Color Festi conveniens. In Missa verò *Conventuali altera*, quæ ( sine *Glor.* & *Cred.* ) dicitur de *Feria*, Oratio 2. *Ecclesiæ*, Vel pro Papa tantum; nec fit in ea Commemoratio ullius Festi die illo occurrentis: Gav. loc. cit. n. 5. in fin. Præf. de S. Cruce. In fine *Benedicamus*, & *Evang.* S. Joannis, *Col.*, *Viol.*, In Missis *Vori-*

L 2

*vis privaria* ( etiamsi sint de *Cruce*, aut *Passione* ) quæ hoc Tempore leguntur, dicuntur 3. Orationes ad eum modum, quò in *Semiduplicibus* hujus Temporis; quia *Missæ* *Votivæ* non sunt *Missæ de Tempore*, ut notat Gerlac. Vinit. P. 1. Tit. 9. §. 8. & 14. & ex eo Lohn. Instr. 1. P. 2. Tit. 11. n. 7.

*Vesperæ* ( Si neque hodie, neque cras occurrat Festum 9. Lectio- num ) dicuntur de *Feria* corrente in hunc modum: *Antiphonæ*, & *Psalmi* de *Feria* corrente, ut in *Psalterio* per annum: *Capitulum*: *Tu autem Domine Sabaoth &c.* uti *Feria II.* in *Propr. de Tempore.* *Hymnus* ( *Vexilla Regis* ) & *Versus* ( *Eripe me Domine ab homine malo &c.* ex 1. *Vesperis* *Dominicæ* præcedentis. *Antiphona* ad *Magnificat* & *Oratio* ( cui præmittuntur *Preces feriales flexis genibus* ) propria ex *Proprio de Tempore.* Ad *Completorium* in *Responsor.* brevi omittitur *Gloria Patri*, & ante *Orationem* pariter dicuntur *Preces feriales flexis genib.* ut ibi. *Col.*, *Viol.*

*FERIA III. IV. V. VI.* ac *Sabbatò* *Seqq.* usque ad *Vesperas* ante *Dominicam* in *Palmis* exclusivè *Officium* & *Missæ* dicuntur ad *Normam* *Feriæ II.* proximè præcedentis, hoc est, modò paulò antè hîc annotatò; nisi quòd *Fer. IV.* ante *Matutinum* dicantur in *Choro* *Psal.* *Graduab.* & c. *Feria VI.* verò post *Laudes*

des

des diei dicantur in Choro *Psal. Pœnitentia*, cum *Litanijs* flexis genibus, si Officium fiat de Feria; ac demum Sabbatò ad Primam ante Versum: *Pretiosa &c.* annuntianda sit in Choro à Lectore Martyrologij seu Hebdomadario *Dominica Palmarum*, & quidem ante Festa seu primò locò.

Norandum quoque est, Feriâ VI. post Dominicam Passionis alicubi, & nominatim in Nostra Germania, celebrari ex Indulto Apostolico FESTUM 7. DOLORUM B. M. V. sub Ritu Duplici, dicendo *Officium & Missam*, prout respectivè notantur vel in Proprio Sanctorum post Festum Annunt. in aliquibus Missalib. vel in Supplemento Breviarij, ac Missalis Romani, ubi huic Festo adscribitur quidem *Ritus Duplex* (at tamen sine addito) pro omnibus Hispaniarum Regi subjectis: cum ergo, quotiescunque pro Officio aliquo concessus reperitur *Ritus Duplex* absque expressione *Majoris* vel *minoris*, concessio intelligenda sit de *Duplici minore per annum*, etiamsi ad honorem DEI parè extiterit facta (uti à S. R. C. 1683. 20. Novembr. decretum esse asserit Henr. Pissart *Direct. Canon. Ref. 6. in tit. 1. Rubr Breviar.*) ibi sub Ritu tantum *Duplici minore* erit celebrandum: at verò Directoria Diocesana Germaniæ tribuunt huic Festo passim *Ritum Duplicem Majorem*: quo verò jure aut fundamentò id faciant,

michi non constat: legi apud quemdam Anonymum in fine hujus Officij Indultum Clem. X. in quo 1674. 1. Mart. ad Instantiam Augustiss. Imperatric. Eleonoræ concedit Pontifex, ut Feriâ VI. post Dominicam Passionis in ejus Sacello aulico, ac etiam in Germania Festum 7. Dolorum cum ejus Officio proprio possit celebrari; de Ritu autem non alia ibi sit mentio, quàm quòd eò modò, quò in Italia, Regniq; Hispaniarum de Indulto Sedis Apostolicæ celebratur, etiam isthic illud liceat celebrare. Fortè ex eo, quòd omnia *Festa Duplicia* B. M. (idem est de eorù Octav.) concurrentia cum alio Duplici minore habeant Vesperas integras ex Decrero S. R. C. de anno 1691. Die 11. Augusti emanato, Directoria suprâ dicta Diocesana intulerunt, Festo Sept. Dolorum B. V. *Ritum Dupl. Majorem* competere; at hoc non sequi, alibi dicitur. Interim quævis Diocesis, ac Provincia, cui indultum est celebrare memoratam 7. Dolorum Festivitatem, quoad Ritum se dirigit juxta Tenorem Indulti, cujus Copiam fortassis reperies in Bullario Cherubini, aut ejus Supplemento, quo ego impræsentiarum careo.

Quòd si Feriâ VI. post Dominicam Passionis occurrat Festum aliud 1. vel 2. Classis, tunc Festum Sept. Dolorum transfertur ad Sab-  
barum

batum proximum ante Palmas, non impeditum Festo 9. Lectionum, si autem hoc sit impeditum Festo aliò 9. Lectionum, illò annò omitti debet Festum Dolorum, nec unquam transferri ad Tempus Paschale, uti constat ex Rubric. propr. ei præfixâ. Posse tamen dici Missam Votivam de hoc Festo, seu Mysterio, etiam Tempore Paschali, constat ex Rubricis ipsius Missæ, quæ inter alia monent: Sequentiam *Stabat Mater* &c. dicendam solummodo in *Die Festivitatibus*, non item in *Missis votivis*; Tempore autem Paschali (omissò Graduali, & Tractu) in iisdem *Missis votivis* dicendum esse *Alleluja, Alleluja*, ac reliqua ut ibi. Circa Officium verò hujus Festi observandum est 1. Hymnos Horarum terminari versu: *Jesu tibi sit Gloria, qui natus es* &c. 2. ad Primam in Responsorio brevi dicendum: *qui passus es pro Homine*. 3. In eodem Officio faciendam Commemorationem de Feria currente, ac Festo Simplici occurrente cum 9. Lectione de eadem Feria, & ultimo ejus Evangelio in *Missâ*, in qua *Gloria, Credo, Tractus, & Sequentia*; item

Commemoratio Feriæ occurrentis, ac Simplicis unâ forsan occurrentis: Præfatio de B. V. *Te in Transfixione* Col. Alb. Ubi sunt 2. Missæ Conventuales, Una de Festo, altera de Feria, in 1. dic. *Glor. Cr. Præf. Te in Transfix.* ac ult. Evang. S. Joan. nec in ea sit Commemoratio Feriæ. In 2. verò nec *Glor.* dicitur nec *Credo*: at Præfat. de *Cruc. Benedicamus.* ult. Evang. S. Joan. Col. *Viol.* Quando in diem antecedentem, aut subsequenter hoc Festum &c, incidit Festum *Annuntiationis B. M. V.* tunc in 2. aut 1. Vesperis *Annuntiationis* non est faciendâ Commemoratio *Festû 7. Dolor.* sed tantum *Feriæ.* Quando autem incidit in diem 18. Martij (uti contigit 1712.) tunc Vesperæ II. dicendæ sunt integræ de Festo sequenti S. Josephi, cum Commemoratione tamen de Festo præced. & feriæ, necnon ad Hymnum *Completorij* dicendo: *Jesu tibi sit Glo. &c.*

Ad *Vesperas* Sabbati ante Palmas quod attinet, Vesperæ eodem proportionaliter modò sunt dicendæ, quò Sabbatò ante Dominicam *Passionis* proximè præcedente, ut ibi pluribus declaratum. Idem est de *Completorio* istius Sabbati.



TITULUS XIX.

De Dominica in Palmis, ac Ferijs Hebdomadae Majoris.

**D**OMINICA IN PALMIS (Vulgò *Dominica Palmarum* seu *Ramorum*, aut etiam *Florum* dicta, à *Ramis* scilicet *Olivarum*, aut *Palmarum*, vel *aliarum Arborum*, in ea benedici, ac distribui solitis) est *Dominica Major* I. Classis: adeoque *privilegiata* contra quodcunque Festum 9. Lectionum in ea occurrens; imò non tantùm ipsa, sed tota *Hebdomada Major*, sive *Sancta* [ita dicta ob Sacratissimum *Dominicæ Passionis Sacramentum*, & varijs insuper alijs Nominibus jam olim compellata, uti apud Gav. To. I. P. 4. Tit. 7. n. 6. & S. Bouffac in Noctib. Theol. Dissert. 3. videre est] & quia simili modo etiam eam subsequens *Hebdomada Paschalis* est *privilegiata*, ideo si ab hac Die usque ad *Octavam Paschæ* inclusivè occurrat aliquod Festum 9. Lectionum, transferri illud debet post *Octavam*, ut habet *Rubric. Propr. hinc*: imò non tantùm celebrari non potest in *Dominica Palmarum*, ac tota *Majori Hebdomade* ullum Festum 9. Lectionum, sed nequidem *Missa Votiva Solennis* de Festo occurrente, etiam in foro celebri [v. g. de *Annuntiatione B.*

M. V.] in tota *Majori Hebdomade* dici; idemque etiam est de *Dominica Resurrectionis*, & *Feria II. ac III.* eam subsequente, in quibus pariter nec ullū aliud Festum, aut *Missa* de eo *Votiva* solennis in gratiam populi, magno numero ad illud concurrentis, celebrari potest, uti constat ex nova *Rubrica Gen. Missalis Tit. 6. n. 1.* posset tamen cantari ejusmodi *Missa* altera de tali Festo in alijs *Ferijs* intra *Octavam Paschæ. Rubr. cir. & Arnaud. Tr. I. P. 4. Tit. 15. n. 4. De Festis Simplicibus* quoque à *Feria V.* in *Cœna Domini* usque ad *Feriam tertiam Paschæ* inclusivè occurrentibus, nulla fit *Commemoratio*, esto de illis extra modò dictos dies occurrentibus fiat tam hac, quàm sequenti *Hebdomade* [sine *Lectione* tamen] regulariter aliqua in *Officio*, ac *Missa* *Commemoratio*. Quid autem *Circa Festa Fori*, tum hanc *Dominicam*, tum infra *Hebdomadam Majorem*, ac sequentem *Hebdomadem Paschalem* occurrentia, ulterius sit observandum, dicitur inferius paulò post, & P. II. Die 19. & 25. *Martij*.

Celebratur DOMINICA PALMARUM Officiò Semiduplici I. Classis eòdem

eodem proportionaliter modò ac Ritù, quò Dominica Passionis, ut in Psalterio, ac propriò Locò. Col. Viol. Ad Asperges post Psalmum *Miserere* non dicitur *Gloria Patri* &c. sed hòc omisò immediatè repetitur Antiphona: *Asperges me* &c.

Completà Tertià post dictum *Benedicamus* [ sine *Fidelium anima* &c. ] fit ante Missam Conventualem more solito Aspergio Aquæ benedictæ, & post hanc solemnè *Benedictio*, ac *Distributio Ramorum*, quam sequitur *Processio* Solennis Ritù descripto hoc die in Missali Romano, & accuratè declarato à Gav. P. 4. Tit. 7. à n. 7. & à Bauldry P. 4. *Manual. Sacrar. Cereemoniar. c. 6. a. 2. & 3.* additis ijs, quæ habet P. 1. c. 9. n. 18. succinctius verò à Gerlaco Vinitore in *Comp. Sac. Rit. P. 6. tit. 6.* & Arnaud. tr. 1. P. 4. Tit. 7. qui monent inter alia, ut illi, qui sub *Process.* à dextris incedunt, dextrà quoque manu ramos portent; qui verò à sinistris incedunt, eos sinistrà deferant; Alteram verò manum tam hi, quam illi, pectori admoveant, nisi sustentando Libro Rituali, aut aliò ea occuperent.

Post *PROCESSIONEM* celebratur *Missà Principalis*, & *Rami* solum tenentur in manibus eo Tempore, quò cantatur *Passio*, & *Evangelium* [ etiam ultimum ] in *Missà solenni*, & quidem à Celebrante, &

ejus Ministris in manu sinistra; alij verò omnes tenent eos dextrà, præter Cantores Passionis, & eorum Acolythos, qui eos nullatenus tenent. Bauldry P. 4. c. 6. art. 3. n. 7. & 13.

Porrò in *Missà* [ etiam *privata* ] non dicitur; post *Introibo* &c. Psalmus *Judica me DEUS* &c. nec *Gloria Patri* ad Introitum, nec ad finem Psalmi *Layabo* &c. nec *Gloria in excelsis* &c. nec nisi unica Oratio, ut ibi, etiamsi in Officio facta fuerit ad *Laudes* & *hesternæ Vesperas* Commemoratio *Festi Simplicis* occurrentis, uti præscribitur in Rubr. Gener. *Missal. Tit. 7. n. 1.* habuimusque Exemplum annò 1707. in S. Aniceto, de quo fiebat Commemoratio in *Laudib.* ac *1. Vesperis*, non item in *Missà* *Dominicæ Palmarum*. Idem est de *Oratione* ad Tempus alioquin indicta à Superiore Ecclesiastico, v. g. Episcopo; nam & hanc juxta alibi dicta omittere oportet in quacunque *Missà* hodiernæ *Dominicæ*. Cùm Celebrans in *Miss. priv.* & *Subdiaconus* in *Missà solenni* dicit in *Epistola*: *ut in Nomine Jesu omne Genu* &c. ipse, & omnes alij, etiam Celebrans, genuflectunt, usque ad Verbum: *Inferorum* inclusive. Post *Tractum* immediatè dicitur *Passio D. N. J. C. secundum Mattheum*, quæ absolutè incipitur, id est, nec dicendo *munda Corneum*, nec petendo *Benedi-*



Benedictionem, nec dicendo *Dominus Vobiscum*, nec respondendo *Gloria tibi Domine*. In Missa quoque solenni nec Luminaria deferuntur, nec etiam Incensum; denique nec Celebrans [ Missam etiam privatam ] nec Diaconus, dum pronuntiant: *Passio Domini nostri* &c. Librum signant, aut se ipsos. Quando cantando, aut legendo Passionem pervenitur ad mortem Christi, fit genuflexio utroque Genu, & quidem in Missa solenni à Cantoribus Passionis versus Librum, à Celebrante autem & Ministris super suppedaneum in medio Altaris: quod ipsum secundum Communem [ nostrae saltem Germaniae ] Praxin à celebrantibus observatur etiam in Missis privatis, licet in his Gerlac. cum Bauldry versus Librum faciendam esse contendat: sitque Pausa spatio Unius *Pater noster* juxta Gavant. To. 1. P. 4. Tit. 9. n. 7. quâ factâ Celebrans, si ipse legat Passionem, surgit, & factâ Cruci debitâ Reverentiâ rediens ad Librum, prosequitur residuum: Ubi verò devenerit ad eam Partem, quæ dicitur in Tono, aut Locô Evangelij, antequam eam legat, redit ad medium Altaris, & inclinatus more consueto dicit *munda Cor meum*, & : *Jube Domine Benedicere* &c. quibus dictis redit ad Librum in Cornu Evangelij, & nec Librum, nec se ipsum

signans, nec dicens *Dominus Vobiscum*, reliqua absolvit, osculando in fine Librum, dicendoque: per *Evangelica Dicta* &c. ad quod Minister respondet: *Laus tibi Christe*. In Missa autem solenni, in qua Passio non decantatur à Celebrante saltem solo, sed ab ejus Ministris [ 3. v. g. Diaconis, in eodem, vel ad majorem commoditatem, in tribus, sed nudis Pulpitis, ad Cornu Evangelij collocatis ] non tantum petitur Benedictio à Diacono ultimam Passionis Partem in Tono Evangelij decantaturo, reliquaque prædicta observantur, sed etiam defertur Incensum [ attamen sine Luminaribus ] & incensatur Liber. Dum etiam Passio in ejusmodi Missa solenni dictâ modò canitur à Diaconis, ipse Celebrans eam submissè legit in Cornu Epistolæ, Ministris ad latus ejus stantibus, ut in Introitu Missæ, & ubi pervenit ad mortem Christi, non genuflectit, sed totam absolvit stando: addit Vinitor, Celebrantem non flectere, nisi simul cum Cantoribus. Porro Diaconi Passionem Cantantes singuli debent esse induti Amictu, Albâ Cingulô, Stola Diaconali Violaceâ, nec non Manipulô similis coloris, ac procedere de Sacristia hoc ordine, ut is, qui *Evangelistam* refert, Librum deferat ante pectus, & sit primus, eum sequatur ille, qui *Tribulam*, & hunc is, qui Christum præsen-

præsentat: factis autem debitis Reverentijs Altari, accedere ad canendum, medium locum relinquentes agenti Personam Christi, & dexteram Evangelistæ. Quod si Celebrans canter Passionem, cantabit illam in Cornu Evangelij, & non Epistolæ. Nota illæ:  $\text{H}$ . C. S. quibus in Missali discriminantur Textus cujuslibet Passionis, denotant, quid à quolibet Diacono [ si à pluribus decantetur ] sit decantandum: Nam  $\text{H}$  denotat Christum, C. Chronistam, seu Evangelistam. S. Synagogam; vel [ ut alij exponunt ]  $\text{H}$  Christum, C. Cantorem, S. Succentorem, seu Subcantorem.

Atque prædicta omnia etiam alijs Diebus, in quibus legitur Passio, sunt observanda, præterquam in Parasceve, in qua ante id, quod ultimò legitur in Tono ac Locò Evangelij, dicitur quidem *Munda Cor meum*, ut alijs diebus, non tamen petitur Benedictio, nec deferuntur Luminaria, neque Incensum, nec denique Celebrans in fine osculatur Librum. In Missis privatis non extinguuntur Lumina in Altari, dum legitur Passio: & tam in iisdem, quam Missa solenni dicitur hodie *Credo* [ sine Gloria ] ac Præf. de S. Cruce. In fin. *Benedicamus*, & in Missis privatis [ imò & Missa solenni, ubi non benedicuntur Rami ] ultimam Evangel. Cum appropinquas-

ser *Jesus &c.* ex Benedictione Palmarum. at verò in fine *Missæ solennis*, ubi benedicuntur Rami, dicitur in fine Evang. S. Joan. Col. Viol. In Altari, ad quod benedicuntur Rami [ hodie aliquanto remissius parando ] juxta Bauldryum ponendi sunt locò *florum* inter 6. Candelabra *Rami Palmarum*, aut *aliarum Arborum*, aurò, vel argentò ornati.

Ad *Vesperas* Antiphona, & Psalmus *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica. Capitulum, ut in Laudib. ac 1. Vesperis. Hymnus [ *Vexilla Regis &c.* ] & Versus [ *Eripe me Domine ab Homine malo* ] ex iisdem 1. Vesperis. Antiph. ad *Magnificat* propr. Si cras occurrat *Festum Simplex*, sit de eo in *hod. Vesper.* Commemoratio. Ad *Completor.* in Responso. brev. omittitur *Gloria Patri*. Col. Viol. Non fieri hæc quoque Hebd. in Laudib. ac Vesper. Commemorationem de S. Cruce, nec alias Communes; sed tantum dici consuevas *Preces ad Primam*, & *Completorium*, nec non [ in seriali Officio ] ad reliquas quoque Horas, constat ex Dictis Hebd. præcedente.

Hodie ex Decreto Eugenij IV. incipit *Tempus Communionis Paschalis*, & durat usque ad *Dominicam in Albis* inclusive, ubi alia non est *Locorum Consuetudo*: qua de re erudita, ac admodum practica vide apud

M

P. Georg.

P. Georg. Gobat in Alphab. Commun. seu Tr. 4. à n. 32.

*Infra hanc quoque, & sequentem Hebdomadam non possunt dici Missa Votiva privata, etiam de Requiem, etiam presente Corpore. An autem, & quando infra utramque eam Hebd. dici possit Missa Votiva solennis, dictum est supra initio hujus Tit.*

FERIÀ II. III. & IV. infra Major. Hebdomadem Officium, & Missa eò proportionaliter modò dicuntur, quò infra Hebdomadam Passionis, nisi quod ad *Laudes* & per *Horas* propriæ habeantur Antiphonæ, cuilibet dictarum Feriarum in Proprio de Tempore assignatæ; quòdque infra hanc Hebd. nec Fer. II. dicatur *Officium Defunctorum*; nec Ferià IV. *Psalmi Graduales*; nec Fer. VI. *Psal. Pœnit.* Iisdem 3. Ferijs peculiariora quoque sunt Seqq.

1. FERIÀ III. dicitur in Missa [ad Normam præcedentis Dominicæ] *Passio secundum Marcum*, & in fin. *Evang. S. Joan.*

2. FERIÀ IV. Ad Primam legitur Martyrologium perinde, ac alijs diebus, pro sequenti die, nisi quòd primò locò, hoc est, ante Fe-

sta, annuntietur *Cœna Domini*. In Missa hujus ejusdem Feriæ ad Verba illa Introitus: *In Nomine Jesu* &c non genuflectitur à Celebrante. In ead. Missa post *Kyrie eleison* dic. *Oremus, stectamus genua* &c. cum duplici Lectione, ac post *Tractum* posterioris *Passio D. N. J. C. secundum Lucam*. Reliqua, ut heri. Ubi defunt, consecrantur hodie *parva Hostie* pro cras Communicaturis &c.

Si cras occurrat Festum Simplex, tunc, quia cras de eo ne quidem Commemoratio fieri potest [cum à Feria V. in Cœna Domini usque ad Fer. III. Paschæ inclusivè nulla fiat juxta Rubricæ supra cit. Festorum trium Lectionum Commemoratio] eapropter nulla etiam fiet de eo Commemoratio in Vesperis hodiernæ Feriæ IV. præcedentis, nisi expressè dicitur Rubricæ Gen. XI. n. 10. Habuimusque Exemplum hòc annò 1710. in S. Aniceto Pap. & Mart. cujus Festum [Simplex, seu 3. Lectionum] quia occurrit ipsà Feria V. in Cœna Domini Festi. Simplex Commemorationem excludente, deo nec in Vesperis Feriæ IV. præcedentis fieri potuit de eo Commemoratio.



## TITULUS XX.

## De Ultimo Triduo Majoris Hebdomadæ, &amp; imprimis de Matutinis Tenebrarum, sub Vesperum Feriæ IV. V. ac VI. Sanctæ illius Hebdomadæ decantandis.

Quoniam Feriâ IV. Majoris Hebdomadæ sub Vesperum [ hoc est dictô in Choro Completoriô, ac Antiphonâ de B. M. ] in minoribus juxta, ac Majoribus Ecclesijs post prævium Campanarum pullum decantatur Officium Matutinale pro sequenti die [ quod Vulgus, imò & Rubricistæ *Matutinas Tenebrarum* appellant ] ideo ex Præsripto Cæremonial. Episc. L. 2. c. 22. paranda est hoc die pro Matutinis illis Tenebrarum Ecclesia, ut in Dominica præcedente, attamen aliquantò parcius, seu remissius, sine floribus nimirum, aut Imaginibus ad Altare: in quo si asservetur alioqui Venerabile Sacramentum, transfereendum id erit hora ante Matutinas competente in aliquod Sacellum, Velis seu pannis, non tamen nigris, decenter exornatum, ibique cum Luminibus, & accensis Lampadibus, quæ nunquam extingui debent, interea asservandum.

Porro *Altare Templi*, ad quod *Matutina* decantantur, hac & seq. Feriâ ornatum esse eo Tempore de

M 2

bet *Paramentis Violaceis*, prout Diebus Dominicis per Quadrages. ac super illud collocari 6. Candelabra ex Materia obscura, cum totidem Cereis, è Cera Communi, seu flava.

A Latere Epistolæ in Plano Presbyterij [ h. e. Chori, olim *Lais*, sœminis præsertim, inaccessibilis ] ponendum Candelabrum ligneum triangulare, accommodatum ad sustinendos 15. Careos integros, itidem Cerae Communi, seu flavæ, non minores 2. vel 3. Uncijs, & quotidie hõc triduò, si fieri queat, renovandos.

Quia *Matutina*, sub Vesperum Feriæ IV. Major. Hebd. celebrari solitæ, spectant ad sequentem Diem, quæ solemnitas est, ratione *Cenæ Dominicæ*, ideo quamvis *Officium* ipsium ratione *Dominicæ Passionis*, quæ præcipue recolitur, sit *luctuosum*, Campanarum tamen sonitus festivus esse debet usque ad *Gloria in Excelsis* sequentis Diei, ut vult Bauldry.

Horâ igitur Competenti [ scilicet mediâ inter meridiem, & solis occasum ] incipiunt pullari Campanæ,

panæ,

panæ, ut circa Solis occasum terminentur *Matutina*.

Antequam eæ inchoentur, accenduntur supra dictæ 15. Candelæ, & sex Cerei Altaris, simulque parantur unum, vel duo Opercula, quibus suo tempore, per unum aut plures Ministros, ad id deputatos, exstinguantur.

Quid porro non modo in decantandis *Matutinis* Tenebrarum Ferie IV. V. ac VI. Majoris Hebdomadæ, sed etiam universim ultimò illius Sacræ Hebdomadæ Triduo in Ecclesijs tam Majoribus, quam minoribus in Choro sit observandum, accuratè exequitur Michaël Bauldry Manual. Sacrar. Cæremoniar. P. 4. c. 8. & Seqq. & post eum ac Arnaudum supra cit. Gerlacus Vinitor P. 6. à Tit 7. quos consule; uti & Libros ac Libellos,

totum *Officium Hebdomadæ Sanctæ, & Paschalis*, unà cum Rubricis, aut etiam Notis musicis separatim impressum, continentes: *Mystica* verò *Expositiones* Cæremoniarum, non modò in *Officijs* ac *Missis* sacrae hujus Hebdomadæ, sed etiam in reliquis per annum *Officijs Divinis*, ac *Missis* quotidie intervenientium, vide apud Gav. in Thesaur. Sac. Rit. Tom I. & II. ac fufius apud Guil. Durandum in Rationali Divinor. Officior. Joan. Belet, & Joan. Stephan. Durantum in Libr. de Ritib Eccl. Cathol. &c.

Quid autem in privata non modò *Matutini* ac *Laudum*, sed etiam reliquarum Horarum Recitatione, atque etiam alijs Seqq. 3. diebus sit Observandum, dicitur §. 3. Seqq. sit igitur

### §. I.

## De Feria V. in Coena Domini.

**H**Ac Die (utpote, Teste Bauldryo, Solennissimâ) Altare majus, seu illud, in quo hodie celebrabitur, parandum est pretiosioribus *Ornamentis albis*, ità tamen, ut ad subsequenter *Denudationem* Altarium facile removeri possint; *Cruce* quoque in

eo posita durante *Missa*, atque etiam dum canitur *Nona*, velata esse debet Velò *Coloris albi*; Idem est de *Cruce* illius Altaris, coram quo sit *Mandatium*, seu *Pedum Lotio*, quæ pariter testà esse debet velò albò. Reliqua verò *Altaria* omnia (exceptò illò, quod est in *Loco*,

pro

pro asservatione Vener. Sacramenti deputato) parata remanent ornamentis Coloris Violacei. Simili modo *Cruces in ijs posita*, uti & *Crux processionalis*, hoc est ea, quam Subdiaconus in hodierna Processione portabit, obvelata esse, ac remanere debent velis violacei Coloris: ut tamen praedicta Altaria post Vesperas facilius denudari possint, de eorundem Tobaleis removenda erunt antecederent aciculæ, seu spinulae.

Præter *Altare & Locum*, in quo hodie celebratur Missa Principalis, parandus insuper est quidam *alius locus* (qui quidem ex Decreto Sac. Congr. super Negoria Episcoporum. 6. Aug. 1591. deberet esse intra Ecclesiam) à priori illo distinctus, isque velis pretiosis (nequaquam tamen nigris) nec non Luminibus, floribus, ac Thymiamaterijs, quoad fieri potest, est exornandus, ita, ut, quod ibi apparet, *Solemnitatem*, ac *Splendorem*, non verò *luctum*, aut *tristitiam* ullò modò demonstrat: quia hic Locus, ut notat Gavantus, non est *Sepulchrum Defuncti*, sed Regia Christi Viventis, utpote qui verè vivit & regnat Triumphator Mortis, etiam in Repraesentatione suæ Nectis, ac Mortis: Unde & Crux in Loci hujus Altari posita velata esse debet velò *albi Coloris*; necnon *pendente*, ac in Ara principe, colloca-

ri in eodem 6. Candel, pulchrè elaborata cum totidem Gereis Ceræ albæ non tamen Reliq. Sanct. neq. Image.

Ad OFFICII DIVINI per hoc Triduum Recitationem quod attinet, Hodie ac Seqq. 2. Diebus, dictò Secretò *Pater noster*, ac *Ave Maria*, nec non ad Matutinum, & in Principio Primæ *Credo*, omnibus alijs prætermisissis, absolute incipitur, ac dicitur *Officium* ut in Proprio de Tempore, & ad *Matutinum* quidem, *Laudes*, ac *Vesperas*, id inchoat ab Antiphonæ primi Psalmi, in iisque Antiphonæ perinde, ac in Festo Duplici, duplicantur; cum revera fiat *Officium Duplex*, & quidem 1. *Classis* hòc triduo.

In fine Psalmorum non dicitur *Gloria Patri* in ulla Hora, nec etiam in Responsorijs post Lectiones Nocturnor. Ad *Matutinum*, ac *Laudes Tenebrarum* in fine cujuslibet Psalmi extinguitur una ex 15. Candelis, positis in Candelabro triangulati, eò locò ante Altare in Cornu Epistolæ collocando, quò Subdiaconus consistere eo Tempore solet, quò Celebrans Introitum Missæ dicit: primò autem locò extinguitur ea, quæ est ultima in Latere Evangelij, deinde ab alio Latere, & sic successivè sciam reliquæ. *Ceremonial. Episc. ac Ord. Roman.*

Post Versiculos Nocturnorum dicitur secretò *Pater noster* &c. nec

M 3

in 6

in fine pronuntiatur : *Et ne nos* *Et c.* nec dicitur *Absolutio*, nec pe-  
zuntur, aut dantur *Benedictiones* an-  
te *Lectiones* : in harum quoque fine  
non dicitur : *Tu autem Et c.* primæ  
tamen 3. *Lectiones*, desumptæ ex  
Threnis seu Lamentationibus Jere-  
miæ, terminantur per Verba illa :  
*Jerusalem, Jerusalem Et c.* debentque  
Litteræ Hebraici Alphabeti, singu-  
lis Threnorum Versibus præfixæ, e-  
tiam ab eo dici, qui legit eas *Le-*  
*ctiones*.

Ad *Laudes* omnia, ut in propr.  
*Loco* : in ijs *Capitulum*, & *Hymnus*  
non dicuntur. Versus, & *Antiphona*  
verò ad *Benedictus*, ut ibi. Cùm  
repetitur *Antiphona* post *Benedictus*,  
suprema illa Candelabri triangula-  
ris Candela, quæ omnibus alijs an-  
te *Benedictus* circa eam extinctis, &  
cæteris quoque sex, in Altari col-  
locatis, sub decantato in Choro  
*Benedictus* pariter, ut ibi, alterna-  
tim extinctis (incipiendo à Versu :  
ut sine timore) sola remansit inextin-  
cta, accipitur de summitate Candela-  
bri illius triangularis, & absconditur  
in Cornu Epistolæ retro Altare, aut  
aliò modò, ut lumen nullo modo ap-  
pareat, ibique accensa tenetur, aut  
manet, usque dum absolutò Officiò  
rursus ostendatur : extincta autem sub  
ultimo Versu Cantici *Benedictus*,  
ultima Altaris Candela similiter  
extinguuntur etiam reliqua *Lumi-*  
*naria*, ac *Lampades* per Ecclesiam,

Post repetitam verò post *Benedictus*  
prædictam Antiphonam, dicitur  
Versus : *Christus factus est pro nobis*  
*obediens usque ad Mortem Et c.* ut  
ibi, omnibus, quamprimum is inci-  
pitur, genua flectentibus : eò finito  
dicitur *Pater noster* totum sub silen-  
tio : Postea Psalmus *Miserere*, a-  
liquantulum altiùs : quò absolutò,  
ab Officiatore ( qui manet genu-  
flexus ) sine *Oremus* dicitur simili  
Voce Oratio : *Respice quasumus*  
*Domine Et c.* & sic terminantur hoc  
Triduo omnes Horæ, etiam *Ma-*  
*tutinum*, si ex causa à *Laudibus* se-  
paretur : Quæ posteriores si decan-  
tantur in Choro, finita prædicta  
Oratione modestè aliquantulum fit  
fragor ac strepitus ( significans vel  
Tenebras in Christi morte cum Terro-  
motu, vel Concrepationem Judæ,  
& Tumultum Cohortis ex mente Du-  
randi ) quò usque scilicet Minister  
Candelam, à se tantisper abscon-  
ditam, ac etiamnum ardentem  
mox rursus proferens de sub Al-  
tari in summitate triangularis Can-  
delabri reposuerit : tum enim ve-  
rò omnes surgunt, & in silentio  
discedunt. Porro *occultata Cande-*  
*la*, & rursus *ostensa Populo* [ ut fra-  
gor cesserit ] vel signat Virginem Ma-  
trem, in qua super Apostolos fides  
excelluit; vel denotat ipsum Chri-  
stum, mox redivivum futurum, ut  
vult Amalarius; vel fidem Eccle-  
siæ eo Tempore occultatam, ut

Duran-

Durandus in Rat. apud Gav. exponit. Quia verò nulla vel in Rubricis, vel in Gavanto sit exceptio, ideo censet Pifartus in Direct. Can. c. 6. Propr. de Temp. quòd etiam Lampas ante Venerabile extingui debeat, quæ tamen post factum fragorem sit reaccendenda, priusquam ultima Candela extingatur.

PRIMA, TERTIA, SEXTA & NONA ( hoc Triduo in Choro Voce demissa juxta propr. Rubric. recitanda ) dictis *Pater noster*, *Ave Maria*, & ad Primam *Credo*, inchoantur à Psalmis consuetis ( qui ad PRIMAM sunt, ut in Festis per annum ) usque finitis dicitur flexis genibus Versus : *Christus factus est pro nobis* &c, uti in Laudibus currentis Diei, & dicto secreto *Pater noster* Psalmus *Miserere*, eoque finito sine *Oremus* Oratio : *Respice, quasumus* &c. uti ibidem, at sine fragore.

Totò hoc Triduo non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur *Pretiosa*, nec aliquid aliud ultra prædicta. Tam ad Horas *minores*, quam *Vesperas* accenduntur hodie Cerei Altaris : sub *Nocturnis* ac Laudibus pariter quidem totò hoc Triduo accenduntur, at extinguntur, dum cantatur *Benedictus*, ut supra.

Ad MISSAM Feriæ V. In COENA DOMINI quod atinet, *Missæ private* [ inquit Bauldry ] dici non

debent regulariter hoc die, nisi ex necessitate, idque Tempore adeò congruo, & convenienti, ut *Populus non distrahat* ab *Officijs Divinis*, & cum *Licentia Superioris* : imò verò extat Decretum Sac. Rit. Congr. de anno 1608. 17. Sept. quò omnes de Clero, etiam Canonici, Eucharistiam sumere de manu Celebrantis Feriâ V. in Coena Domini juxta morem Universalis Ecclesiæ jubentur; idque conformiter Canoni *Soteris in Coena dist. 2. de Consecr. ac in memoriam*, quòd Christus Dominus hac die manu propria omnes Apostolos Communicavit : quòd tamen Decretum non omni in loco æqualiter receptum esse ipsa *Experientia ac Praxis* docere videntur. Videri possunt Jo. Azor *L. 10. c. 24. q. 5.* Franc. Suarez *To. P. 3. D. 40. S. 2.* necnon Sotus, Navarrus, & Gob. Tr. 4. à. n. 46. & Tr. 3. n. 219. Rectè etiam addidit Bauldryus suo *Pro-nuntiato particulam : regulariter* ; nam incidere potest *Calus*, quò *Missæ private* solito plures ( ante finitam tamen *Missam solennem*, & ante inchoatas *Dici illius Vesperas* ) non modò possunt, sed etiam debent dici hac Die, ut cum *Festum S. Josephi* incidit in Feriam V. in Coena Domini, prout incidebat anno 1693. Quem *Casum* prævidens Sac. Rit. Congr. anno 1692. 13. Septembr. edidit Decretum Generale, quò statuit : In tali Occurrentia *Officium*



scium de S. Josepho transferendum quidem esse ad aliam diem juxta Rubricas Breviarii Romani, & Decreta ipsius Congregationis, attamen *Præceptum audiendi Missam, & vacandi ab Operibus Servilibus*, non esse transferendum, sed servandum omnino in prædicta Feria V. majoris Hebdomadæ, ac eapropter per Ordinarios Locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ *Missæ privatae* (verumtamen ante Celebrationem solitæ Missæ Conventualis celebrandæ) non desint quidem pro *Præcepti adimplemento*, haud tamen propterea antiquus mos Cleri (in Missa solenni ejus diei, quò Ecclesia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti Institutionem, & Memoriam recolit, more laico communicare soliti) summa Religione hactenus retentus, ullatenus omittatur. Quod ipsum observandum erit, si Festum Annuntiationis B. M. V. occurrerit in prædictâ Feria V. aut aliquod aliud *Festum fori* in aliqua Diocesi. Comunicare autem debent Presbyteri ex *Concil. Braccar. 3. cap. 3.* cum Stola de collo pendente, & Sacerdotes quidem ac Levitæ ante Altare intra ipsum Presbyterium, Populus verò extra Presbyterium, seu Chorum ex *Concil. Tol. 4. c. 17.* (ut citat Dominic. Macrus) &c. Quod tamen ultimum hodie multis in Locis non amplius est in usu. Si quoque si-

ne Stola Presbyter more Laico Communicet, non delinquere illum mortaliter, absente Scandalò & Contemptu, tradunt D. D. apud Bonac. D. 4. q. 6. p. 2. *Propr. 2.* An in *Cena Domini*, aut *Parascève* alicubi, aut aliquando bis liceat eidem Parocho Celebrare, discuit Gob. Tr. 3. à. n. 187.

MISSA. SOLENNIS, quantum fieri potest, cantanda est hodie à Superiore Loci: Cui Ministri in Dalmaticis & Tunicellis perinde ac in Missa solenni festiva, assistere debent ibi, ubi adhibentur: quia & hæc est Missa solennis, & festiva. *Arnaud. Tr. 1. P. 4. Tit. 8. n. 2.*

In Principio *Missæ* (sive solenniter dicatur, sive non solenniter) omittitur hodie quoque post *Introibo* Psalmus: *Judica me DEUS* &c. & *Gloria Patri* ad *Introitum*, & ad finem Psalmi *Lavabo*. Dicitur tamen *Gloria in excelsis* (à cuius initio usque ad finem pullantur Tintinnabula, & usque dum totum à Musicis fuerit decantatum, etiam Campanæ, & Organa, quæ Tintinnabula postea silent, adhibitis eorum locò Instrumentis seu Crepitaculis ligneis usque ad *Gloria in excelsis* in Sabbatho Sancto) item *Credo*, ac *Oratio Unica*. *Præfatio* de S. Cruce; *Communicantes* autem, ac *Hanc igitur*: &c.: *Qui pridie* propria, ut ibi. Non datur Pax (in Detestationem Osculi Judæ) dicitur

dicitur tamen de More: *Dona nobis pacem*, quod dicitur in Missa. Porro in hac Missa duas hodie ad minimum Hostias Majores Celebrans offert ac consecrat, unam nempe pro hodierno suo Sacrificio, unam cum toto Sacro Sanguine in eo ablumendam; *Alteram* verò pro die subsequente, quò non *consecrat*, sed tantum *sumit* [ sub una solum specie ] Sacramentum jam pridie consecratum: quòd si alicubi sit moris, uti est in hac nostra Superiore Germania, ut in eleganter constructo Cenotaphio Die Parasceves ac Sabbati Sancti exponatur Venerabile Sacramentum in Hierotheca [ quam vulgò *Monstrantiam*, seu *Ostensorium* appellamus ] tunc in tali Loco etiam *tertia* Hostia Major, si aliqua jam antecederet consecrata non adsit, in hodierna Missa erit offerenda ac consecranda, uti & *Hostiæ minores* tot, quot pro hodie Communicaturis, aut etiam pro Infirmis hoc triduo Communicandis, sufficient: cum hoc tamen discrimine, quòd Hostiæ illæ majores [ seu duæ tantum sint, seu tres ] super eandem patenam sint offerendæ; at verò minores Sacra Pyxidi, vulgò *Ciborium* dictæ, alterive simili Thecæ Eucharisticæ [ remotò Tempore oblationis operculò ] super ipsum Corporale prope Calicem, collocandæ, imponi debeant, ac Una cum majoribus,

N

intentione ad eas directâ, offerri, attamen absque ejusmodi Thecæ, etiam oblationis Tempore, interveniente Elevatione: factâ tam majori, quàm minorum Hostiarum Oblatione, Minorum Pyxis inter Calicem & Secretarum Tabulam, Si spatium patitur, à Celebrante est collocanda; Majorem verò in crastinum reservandam [ seu Una sit, seu duplex &c. ] in parte dextra Corporalis è regione illius Hostiæ, quam hodie sumet, collocabit; nec tamen cum hac posteriore, aut illam, aut ullam aliam elevabit post factam illarum Consecrationem. Quamvis in hodierna Missa solenni non detur Pax [ ex causâ supra indicata ] nihilominus tamen ad tertium *agnus DEI* dicitur pro more *Dona nobis Pacem*. In eadem Missa Solenni Celebrans ante Ablutionem digitorum reverenter ponit Hostiam reservatam in alio Calice, sub Sacri Sanguinis sumptione, cum Patena, Palla, ac Velo parvò, eoque albò, à Diacono ad se allato, quem Diaconus primùm Pallâ, deinde patenâ cooperit, & expanso desuper prædictò velò in medio Altaris collocat, positò prius post Sacri Sanguinis sumptionem *Calice* altero *Missæ* in parte Evangelij super idem Corporale, Choro interim *Communione* cantante; quâ absolutâ Celebrans, post factam in medio genuflexionem, retrahit se ali-

quan-

quantulum ad latus Evangelij cum Subdiacono : Deinde Diaconus, profundè inclinatus in Cornu Epistolæ facit Confessionem, & quidem [ saltem in Majoribus Ecclesijs ] altâ & clarâ voce, cum Cantu, & in Tono, qui notatur in fine Cæremonialis Episcoporum. vel aliam secundum Locorum consuetudinem. Post hæc Celebrans in Cornu Evangelij dat pro more Communicaturis absolutionem, eaque data, & dicto *Ecce agnus DEI* &c. communicat primò Diaconum & Subdiaconum, tum Sacerdotes, habentes stolam albam, vel pendentem à collo, vel ad modum Crucis ante pectus dispositam [ nam utrumvis 1679. 30. Septembr. declarasse fertur Sac. Rit. Congregatio ] deinde alios Clericos secundum Ordinem sui Gradus ad Altare accedentes [ duobus Acolythis ante illud genuflexis, ac facie ad se invicem Versa linreum mundum extensum ambabus manibus per 4. angulos, velut jacens, durante sola Communione sustentantibus ] ac denique ad Cancellos, linteò instratos, utriusque Sexus Laicos, incipiendo à Latere Epistolæ, curandòque ut omnia tum à se, tum à Ministris tam in hoc Actu, quàm etiam deinceps in Sequentibus peragantur eò Ritu, ac Modo, qui à Bauldryo P. 3. c. 11. a. 10. & P. 4. §. 9. a. 2. à n. 9. nec non à P. Hip-

polyto à Portu Vicentino in præstanti ac recens edito opere Liturgico-morali de Cultu DEI & Hominum P. 3. c. 1. per 3. artic. Aliisque fusè declaratur.

Finita prædictorum omnium Communionem, Celebrans ad Altare reversus infusò in Calicem Vinò Purificationem, ac deinde Ablutionem digitorum sumit, non extra Gradus Altaris, sed solitò locò, observatis tamen debitis genuflexionibus ob præsentiam in Ara SS. Sacramenti : hòc factò Subdiaconus *Calicem Missæ* eò modò extergit, quò in Missa solenni, illumque sine Velo rectum reportat ad Credentiam, facta priùs ab ipso quoque in medio genuflexione : Celebrans autem ibi ad Cornu Epistolæ accedens dicit Communionem, & post dictum in medio *Dominus Vobiscum*, etiam Postcommunionem : Quotiescunque autem Celebrans ( idem est de Ministris ) accedit, vel recedit à medio Altaris, vel transit ante Sacramentum in Calice reservatum, profundam facit genuflexionem in reverentiam SS. Sacramenti, licet in calice lateat, & sub Velò; cumque ( osculato priùs Altari, ac facta genuflexione ) dicturus est *Dominus Vobiscum* non vertit se ad Populum in medio Altaris ( nè Sacramento terga Vertat ) Sed à Latere Evang. *Rubr. hic.* quæ omnia etiam oblete

vantur ad *Ite Missa est* ( quod dicitur in hodierna Missa ) & cum daturus est Benedictionem, dicto scilicet *Omnipotens DEUS* genuflectendo, & in Latere Evangelij eam impertiendo ( ut rursus monet hic Rubr. ) non perficiendo Circulum, neque redeundo iterum in medium, sed statim se convertendo ad idem Latus Versus Altare, ut pariter hic contra Gav. Castald. & Arnaud. ex eo probat P. Hipp. à Portu, quod reditus ille foret inutilis; cum possit accedere ad Cornu Evangelij ex eo loco, in quo dat Benedictionem, & defacto in Missa coram venerabili Gavantus ipse, Arnaudus, & alij Doctores excludunt talem reditum: quænam ergo ( inquit P. à Portu ) disparitas?

Ad *Benedictionem* Ministri omnes genuflectunt, ut in Missa solenni, & se signant ad Initium Evangelij S. Joannis cum Celebrante, qui propter Reverentiam SS. Sacramenti non signat Altare ( quia, ibi, ut notat Gav. infra citandus, immediate adest Auctor Benedictionum ) sed tantum se ipsum, nisi dictum Evangelium forte legat ex Tabella, aut Libro; tunc enim prius etiam Librum vel Tabellam signat. Ubi demum ad illa Evangelij Verba: *Et Verbum Caro factum est* pervenerit, genuflectit Celebrans ( & cum eo etiam Ministri ) non nihil Versus Sacra-

mentum. Gavant. P. 4. Tit. 8. n. 8. Quæ omnia ( NB ) etiam in alijs Missis, coram SS. Venerabili Celebratis suo modo sunt observanda.

*Communione ac Missa* solenni prædictum in modum absolutâ, ordinatur ac instituitur Processio pro deferendo ad Locum paratum ( qui deberet esse, per se loquendo, intra Ecclesiam, id est, in aliqua hujus Capella, seu Sacello ) SS. Sacramento: instituitur autem eodem modo ac Ritu, qui ad hunc diem describitur in *Missali Romano*, fuse verò, ac admodum practicè post Gavantum, Loc. cit. n. 9. & CEREMONIALE Episcoporum. L. 2. c. 23. exponitur à Bauldryo P. 4. c. 9. art. 3. Gerlac. Vinit. P. 6. Tit. 8. à n. 14. & P. Hippolyto à Portu Vincentino in Tract. Rubricistico cir. P. 3. c. 1. a. 3. Inter alia autem Notanda sunt nominatim Seqq. 1. non modò Velum parvum, quò rectus esse debet Calix, in quo deportatur Venerabile Sacramentum, oportet esse *Album*, sed etiam illud Velum oblongum, quò regendi sunt humeri Celebrantis, hodie deportaturi, & cras reportaturi idem SS. Venerabile, hodie quidem in *Pluviali albo* sine manipulo ( Diacono & Subdiacono similis Coloris Paramenta, sibi propria, itidem sine manip. proprio, gestantibus ) cras autem in *Casula Colo-*

*vis nigri*, cum manipulo. 2. Is, qui præfert Crucem (sive sit Subdiaconus, sive Alius) uti & duo Ceroferarij, neque cum ab Altari discedit Processio, neque, cum ad locum paratum ea pervenerit, genuflectunt cum alijs, sed semper in Loco congruo subsistunt, quasi immobiles. *Crux* autem illa *Processionalis* (à Subdiacono parata, id est induto Amictu, Albâ, Cingulô, & Tunicellâ Albi Coloris, sine manipulo, ac diverso ab eo, qui Officiatori unâ cum Diacono in Missa & Processione assistit, juxta Rubr. Missal. deferenda) debet esse recta *Velò Violacei Coloris*, ut loc. cit. monet Gavantus, & teste eodem, habet mos Romanus, quem quia etiam Bauldry P. 4. c. 5. n. 6. & c. 9. a. 1. n. 1. non modò ex Gavanto referre, sed etiam approbare videtur, vero similiter per errorem typi num. 7. ejusdem articuli Voci *Violaceo* Substituta est *Vox albo*. 3. Qui Comitantur hanc Processionem debent gestare Intortitia, aut saltem Candelas accensas, & illi quidem, qui à dextris incedunt, debent eas manu dextrâ deferre, manu verò sinistrâ ij, qui à sinistris, ad æqualem utrinque altitudinem elevatas, gestare; alteram verò manum tam hi, quàm illi vel admotam pectori tenere, vel deferendo Libro Rituali, aut precatório pariter occupare. 4. Quia in ijs

Processionibus, in quibus deferuntur aut circumferuntur Venerabile Sacramentum, *Locus dignior* censetur Is, qui vicinior est Venerabili Sacramento, ideo inter Incedentes ante Venerabile servatur hic Ordo, ut, qui sunt juniores in aliquò Corpore seu Collegio, incedant ante seniores, & si per angustiorum locum sit transeundum, junior præcedat, senior subsequatur, statimque dum angustiam loci transierint, eodem modò, quò prius, se jungant: Inter Incedentes verò *post* Venerabile oppositus servatur Ordo, ut scilicet seniores seu digniores incedant ante Juniores seu minus dignos, & si, per angustiam loci sit transeundum, Senior seu dignior præcedat juniorem, seu minus dignum: Ubi autem Procedentium dispar fuerit numerus, duo *ultimi* medium habebunt seniorem, qui etiam poterit solus, maxime si fuerit Prælati, aut loci superior, post alios incedere, siquidem sit in Agmine illorum, qui incedunt ante Venerabile: solent autem in Processionibus hujusmodi (in *Majoribus* saltem *Ecclesijs*) Clerici tam Regulares, quàm Sæculares (suo quilibet Ordine ac loco, pari passu, ac æquali inter se servata distantia) ante Venerabile incedere, post Venerabile verò seu Umbellam [vulgò Baldachinum] Loci Princeps, seu Prælati, si tales adsint, aut

certè Magistratus cum suis Civibus, quos inter primum locum obrinet ejus Caput, aut Governatores : incedunt autem omnes [ & quidem ij, qui Prælati non sunt, bini & bini ] detectis capitibus devotè Orantes, ac cum Intortitijs, seu facibus accensis, quæ sicuti ante Elevationem Sacramenti sunt accendendæ, ità non antè etiam extinguendæ, quàm Sacramentum depositum fuerit in eo Tabernaculo, in quo cum minorum quoque Hostiarum particulis, seu formulis [ illuc ut infra deferendis ] usque in crastinum asservabitur : id autem Tabernaculum eò modò debet esse conformatum, quò à Bauldryo P. 4. c. 9. a. 1. n. 4. Editionis novæ describitur; ejusque clavis ex Decreto S. R. C. de anno 1616. 30. Jan. nequaquam Homini laico, quantumvis nobili, concedenda, sed ei potius est tradenda, qui Sequenti die est Celebraturus. 5. Non est danda Benedictio cum Venerabili, uti Locò suprà cit. n. 9. lit. S. insinuat Gavantus; & quoniam ex Decreto Sac. Congr. Super Negoria Episcoporum. die 6. Aug. 1591. nec hodierna, nec crastina Processio cum Venerabili Sacramento instituenda est *extra Ecclesiam* [ utpotè intra quam supponitur existere locus paratus pro eo asservando ] ut alioquin interdum extra eam instituitur, v. g. in die Theophoriæ &c. nec Vene-

rabile defertur in Vase diaphano [ vulgò *Monstrantiâ* ] sed calicè penitus cooperto, ideo nec è Ritu, nec mente Ecclesiæ videtur esse, ut etiam per ipsum Templum eò modò circumferatur, quò alicubà circumferatur in Triduo antecinerali sub finem comprecationis 40. horarum, sed juxta Rubricam Missalis rectà hodie procedendum ad locum seu Sacellum, in quo asservandum est hòc triduo SS. Sacramentum, & cras similiter rectà inde procedendum cum Eodem per Templum ad Altare hodiernarum ac crastinarum functionum : imò P. Hippolytus à Portu Vicent. hic n. 13. vult, nec *Instrumentum ligneum* pulandum esse in hac *Processione*, citans pro se Bauldryum hic c. 9. art. 2. n. 3. verùm Bauldry ibi tantùm loqui videtur de Instrumento ligneo majore, quod triduo illò vicem sustinet majorum Campanarum, attamen toto eo tempore non nisi ad convocandum Populum adhibetur.

Clausò per Diaconum Tabernaculi illius ostiò, Celebrans, ac omnes alij ( exceptò Subdiaconò Crucis prælatæ Bajulò, & utroque Ceroferariò ) genuflexi manent, Orantes aliquantulum, ac postea ( ubi non est consuetudo recitandi in eodem loco Vesperas ) facta Sacramento reverenti genuflexione in Sacristiam redeunt, solis Cero-

ferarijs ardentibus etiamnum Candelas deferentibus, Thuriferarijs autem in hoc Reditu Crucem præcedentibus: Mox ut ad Sacristiam pervenit Celebrans, cum suis Ministris inclinatur se de more Imagini, quæ ibi est, depositisque ibi Pluviali ac Stola Albâ, cum aliquo Acolyto se confert in Chorum: quò ubi pervenerit dicto prius Secretò *Pater Noster* & *Ave Maria*, factoque sibi Signo Crucis incipit. Antiphonam *Vesperarum*, quam Chorus profectur, quemadmodum & Psalmos (at omnia sine Cantu) uti in Breviar. Romano in Proprio de Tempore: dicuntur autem *Antiphona* ante & post Psalmos integræ, sicut in Festis Duplicibus. *Capitulum*, *Hymnus*, & *Versus* non dicuntur in Vesperis in hoc Triduo, sed repetitâ post ultimum Psalmum Antiphonâ, statim Celebrans subjungit Antiphonam ibidem positam ad *Magnificat*, quæ hodie est: *Cænantibus autem illis* &c. & pariter duplicatur, hoc est, integrè dicitur ante & post Canticum *Magnificat*, ei secundò dictæ subjungitur Versus: *Christus factus est pro nobis obediens usque ad Mortem*, postea *Pater noster*, *Miserere*, & Oratio: *Respice Quæsumus* ut supra in Laud. Col. Viol. *Hodie in Cathedrali fit Consecratio Sacror. Oleorum, & S. Chrijmatis.*

Dum dicuntur *Vesperæ* Sacra-

dos Cottâ ( id est Superpellicè ) ac stolâ albâ, nec non Velò Albò Circa humeros paratus, defert de Altari Ecclesiæ Particulas, seu formulas minorum Hostiarum, referendas pro Infirmis &c. ( præcedentibus ipsum duobus Ceroferarijs, ac alijs, si fieri potest, ferentibus faces accensas ) ad Locum, in quo Calix fuit positus, aliòve honestum, & decenter Ornatum: tum extinguuntur eæ Lampades, quæ ardent Ordinariè in Templo ante Tabernaculum Altaris, Ostium verò ejusdem Tabernaculi relinquitur apertum, nè Populus ibi ardoret, quod non est. *Cærem. Episc.* Hòc triduo omnes ( cujuscunque sint Conditionis ) transeunt ante CRUCEM, quæ est in Altari Majori &c. genuflectunt, exceptò Celebrante parato, nisi aliud suis locis notetur; Quia nempe hoc Tempore *fulget Crucis Mysterium*. Sac. Rit. Congr. apud Castald. in Prax. Cærem.

Ad HORAS hodie Col. Viol. Ad Missam, & Processionem Col. Alb. exceptò Crucis Processionalis Velamine, quod est Violaceum, ut dicitur.

Post *Vesperas* Celebrans indutus albâ parat se in Sacristia stolâ duntaxat Violaceâ in modum Crucis ante pectus, Diaconus aliâ stola Diaconali ( ejusdem Coloris ) super sinistrum humerum, & Subdiaconus solâ albâ; atque ita pa-

gati procedunt cum alijs Ministris inductis Cortâ, aut Albâ, ad Denudationem *Altarium*, eam inchoando ab Altari summo, ante quod omnes genuflectunt, propter Crucem desuper positam, excepto Celebrante parato, qui tantum profundè se inclinat, ejus *Denudationi* alta Voce ( ut exaudiri possit à Choro ) præmittens Antiphonam: *Diviserunt sibi &c.* quæ tamen non duplicatur: Deinde Cantor aut Cantores incipiunt Psalmum: *DEUS, DEUS meus respice in me &c.* quæ Chorus prosequitur, atque etiam Celebrans ( submissâ quidem, attamen intelligibili Voce ) unâ cum suis Ministris: cum quibus interim removeret eum ab ipso Altari summo, tum etiam à Cæteris Mappas seu Tobaleas cum Pallijs, & alijs Ornamentis, relietâ tamen in singulis Cruce velata, & Candelabris desuper positis: auferuntur etiam alia Ornamenta, si quæ adfunt, etiam Conopeum de Tabernaculo, in quo Ordinariè asservatur SS. Sacramentum, nisi in eo sint statuæ seu Imagines, tunc enim ( apertò tamen ostiolò ) præstat regi, & quidem velò Violaceò, ut vult Bauldry post citandus, Cantoribus interim Psalmum prædictum ita morosè decantantibus, ut Is non nisi denudatis omnibus Altaribus finiatur.

Factâ Altarium Denudatione

Celebrans, ejusque Ministri revertuntur in Sacristiam, ad faciendum ibi *Mandatum* ( si alicubi statim fieri debeat ) seu *Sedum Lotionem*, eò modò, quò præscribitur in Missali Romano, & fusè declaratur à Bauldryo P. 4. c. 9. a. 5. & 6. item Gerl. Vinit. P. 6. Tit. 10. Sacrista autem aufert *velum album* à Cruce Altaris summi, eamque rursus regit Violaceò usque in Crastinum: tunc enim summo manè tegenda est *velò nigro*, nisi ubi est consuetudo, ut etiam cras usque ad ejus Denudationem maneat cooperta *velò Violaceò*. Conopeum verò ( ut notat supra cit. Bauldry art. 4. n. 6. ) Tabernaculi SS. Sacramenti in quibusdam Ecclesijs semper est *Coloris Violacei*; quia est velut *Domus Regia Christi viventis*, ad modicum tempus absentis; in alijs verò est *coloris nigri*, ut sit conforme Paramentis Celebrantis, in alijs denique omnino denudatur, quia tunc est vacuum; & hic usus præ cæteris placet Bauldryo, utpote conformis usui Urbis, & præcipuè Basilicæ S. Petri, nisi Imagines circa prædictum Tabernaculum prostent; tunc enim & ipse vult illud contegi velò coloris Violacei; ejus verò Ostiolum semper manere debet apertum, ne Populus adoret, quod non adest amplius.

BENEDICTIO MENSAE hodie propria,



pria, uti & cras, ac perendie, ut suò locò, nempe in fine BREVIARII ac DIURNALIS, ubi disertè moner Rubrica, hodie & cras in fine Cœnæ non tantum ante, sed etiam post Orationem : *Respice quasumus Domine &c.* dicendum esse (attamen Secretò) *Pater noster &c.* quod bene notandum, ac etiam observandum.

Ad COMPLETORIUM (sub quo hodie & cras non accenduntur cerei in Altari) non dicitur *Jube Domne*, nec *LECTIO brevis*, nec *Adjutorium*, nec etiam *Oratio Domica*, sed facta *Confessione*, & *Absolutione* incipitur à Psalmo : *Cum invocarem &c.* Dictis Psalmis dicitur : *Nunc dimittis*, eique dicto subjungitur Vers : *Christus factus est pro nobis Obediens &c.* ac reliqua, ut suprà ad *Laudes* : Sic enim usque ad *Vesperas Sabbati Sancti* exclusivè terminantur omnes *Horæ* in hoc *Triduo*, neque aliquid aliud additur.

SIGNUM pro *Salutatione Angelica*, & alijs totò, quò *Campanæ*

silent, Tempore datur *Tabulà* seu *Instrumentò ligneò*, omnibus ad id genuflexis : *Bauldry*. De *Benedictionibus Oleorum Sacrorum*, quæ fiunt ab *Episcopis* in *Cœna Domini*; uti & de *Reconciliatione Penitentium*, quæ fit eadem *Feria V. Cœnæ Domini*, videndum est *PONTIFICALE ROMANUM P. III. De Nonnullis quoque alijs huc pertinentibus utiliter videbis ENCHIRIDION, seu MANUALE Episcoporum*, appressum Tomo 2. Gavanti [qui illius est Auctor] Verbo : *Eucharistia* : ubi inter alia habetur. In *Ecclesijs parochialibus* asservari quidem posse *S. Eucharistiam* extra hoc triduum in *Altari majori*; at verò in *Ecclesijs Cathedralibus Tabernaculum SS. Sacramenti* non debere esse in *Altari majore*, idque propter *functiones Pontificales*, quæ fiunt versis renibus ad *Altare*, constat ex *Decreto Congreg. Episcop.* de anno 1594. Ne autem fiat *Concio capite recto* *Coram SS. Sacramento* in *Altari* exposito, definit *S. R. C.* 1630. 16. Febr. apud cit. Gav.

## §. 2.

## De Feria VI. in Parasceve.

PARASCEVE vox græca est, significans *Preparationem*, per

*Antonomasiam* tributa huic *Feria*, quòd ea die, quæ *Servator noster* affi-

affixus est Crucis. Judæi sibi præpararint necessaria ad Celebrandum Pascha.

FERIA VI. in PARASCEVE debet Altare majus à Tempore *Matutini Tenebrarum* esse omnino nudum (idem est de ejus Gradibus) super illud tamen collocata remanere Crux, & quidè grandioris formæ (nisi alicubi pro *Adoratione* alia distincta, eaque Major, ante *Adorationem* similiter cooperta, adhibeatur) ab hodierno manè obvelata Velò nigro, ità tamen accommodatò, ut suo Tempore facilè deregi possit: juxta Crucem statui debent sex Candelabra coloris obscuri (ferrea, aut lignea) cum candelis ceræ Communis, non albæ: aliud verò nihil his ibi apponi. Credentia quoque simplici tantum Linteo debet esse instrata, & in ea tantum necessaria ad subsequens Officium, ac reportandum SS. Sacramentum collocari, ac nominatim velum album oblongum pro tegendis humeris Celebrantis, quando id reportabit.

Pridie hujus Feriæ in Ecclesijs Majoribus, ac etiam quibusdam Minoribus, decantatur *Matutinum Tenebrarum* unà cum *Laudibus* Diei, uti in Proprio de Tempore, ad Normam omnino Officij præcedentis diei. Omnia in *Matutino* ac *Laudibus* sunt propria (etiam *Antiphona ad Benedictus*) ut ibi: tam *Laudes* tamen, quam reliquæ Ho-

ra omnes terminantur, ut heri, nisi quòd ad Versum: *Christus factus est pro nobis obediens &c.* addatur hodie in fine singularum Horarum: *mortem autem Crucis.*

Ad Omnes Horas Col. Paramantor: Viol. at Cæremonia ad Aram fiunt in Paramentis nigris, ut infra.

HORÆ diurnæ, seu Minores [ ad quas, hodie sine Lumine ad Altare, ac in directum Voce humili in Choro recitandas, datur Tempore competenti pulsata lignea Tabula Signum ] dicuntur ut heri.

Finità Nonâ Sacerdos, hodie fungens munere Officiatoris, Eiusque Ministri, induti omnes Paramentis nigri Coloris, sine Luminaribus ac Incenso procedunt ad Altare, ibique ea peragunt, quæ in Missali Romano pro Feria VI. in Parasceve (in qua, propter Celebritatem *Sacrificij Cruentis*, quò ipse Christus se obtulit in ara Crucis, quod Ecclesia specialiter die Parasceves recolit, non licet ulli Sacerdoti Celebratione alicujus Missæ offerre *incruentum*, nisi forte in casu Necessitatis pro ministrando S. Viatico, de quo Gobat oper. moral. Tr. 3. à n. 213. & ego in meo Pastore Bono P. 1. Dote 3. c. 3. q. 12. ) ipsis peragenda ad longum præscribuntur, ac suse hinc à Gav. Bauldry: Vinit. Löhner, & Hippol. à Portu (licet non in omnibus

bus invicem consentiant ) declarantur. Ex quibus aliqua pro Praxi juvat hinc annotare 1. Candela Altaris ( numero Sex ) primum circa finem Adorationis Crucis sunt accendendae. 2. Eo Tempore, quo sub initium rei Divinae ad Gradus Altaris cum Ministris se prosternit Sacerdos, omnes de Choro genuflectunt, & Caput inclinant, omnesque alij in Ecclesia praesentes. 3. Ad eam Partem Passionis, quae hac die sub eius finem cantatur in Tono Evangelij, non petitur hodie *Benedictio* ( sed tantum dicitur : *Munda Cor meum &c.* ) neque deferuntur Luminaria, neque incensum, nec Celebrans in fine osculatur Librum. 4. Quando Crux jam adorata deferretur hodie ad Altare, non modo Subdiaconus, sed etiam Celebrans, ac Circumstantes genuflectere debent in honorem D. N. Crucifixi : idem quoque facere debent Transeuntes ante illam. *Dir. rest. Rom.* 5. Cruce Altaris summi discooperta, mox etiam à reliquis per Templum *Crucibus* vela removentur, non tamen ab alijs *Imaginibus* : hæ enim rectæ manent usque ad finem Litaniarum castinæ dici. 6. In Adoratione Crucis servanda est. 1. Uniformitas in Interstitijs trium genuflectionum ( ut scilicet post singulas illarum ab adorante recitetur *Versus : Adoramus Te Christe, &*

*Benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam redemisti Mundum* ) tum etiam in figendis osculis Membrorum Crucifixi, ut nimirum primum figatur Dextræ, secundum sinistrae, Tertium Pedibus, quartum denique Lateri. 2. Observandus est debitus Ordo inter ipsos Adorantes, qui requirit, ut Laici ( etiam Principes ) non nisi post Clerum, è Clero autem post Celebrantem Prælati Ecclesiastici, si qui adsint, post hos Ministri Altaris, deinde alij Clerici & Laici, utriusque pro ratione sui Gradus, ac Dignitatis ( semper tamen bini & bini ) adferant; utque Is, qui est dignior, adeoque ad dextram Crucifixi, ubi sua Oscula finivit, genuflectus expectet, donec & Socius sua absolverit, ac tunc statim ambo surgant & genuflectione Versus Crucem facta simul discedant. 3. Ut omnia prædicta decentius ac celerius fiant observandum est, ut, quando duo Primi, aut Primus genuflectit secundò, alij duo accedant, & hi tunc genuflectant pro prima Vice; quando verò ille tertio, hi tunc secundò, seu pro secunda vice; ac sic deinceps, sive unus, sive duo simul procedant ad adorandum.

Circa finem Adorationis Ceroferarij accendunt 6. Cereos Altaris, & duos de Credentia, pro reportando è Sacello, ad quod hæc delatum est, SS. Sacramento : ad quod

quod proin, post extensum sub finem adorationis à Diacono in Altari more solito Corporale, positumque juxta hoc Purificatorium, & reportatam reverenter ad idem Altare Crucem, ( si pro Adoratione de eo antecederet fuit sublata ) instituitur post Crucis adorationem eò modò Processio, qui in Missali Rom. & ab Auctoribus supra cit. fusè describitur, ac explicatur. Subdiaconum ( qui diversus esse debet ab eo, qui assistit Celebranti ) inter duos Ceroferarios cum solo manipulo super Albam, atque adeò absque Dalmatica incedentem, Crucemque discooperam hodie præferentem præcedunt Thuribularij cum suis Thuribulis & Naviculis, sequuntur verò Clerici bini & bini cum Candelis nondum accensis, hos Ministri reliqui, ac ultimo Celebrans, manibus junctis. Reliqua ab ipso, Epùsque Ministris fiunt, ut ibi. A Comitantibus verò hanc Processionem, eadem cum Proportionem sunt observanda, quæ in hesternis : & reportatò ad majus Altare Sacramentò, ad illud reliquæ hujus diei Cæremoniæ absolvuntur, ut in Missali Rom. ijs absolutis Celebrans cum Ministris descendit in planum, ubi, facta ab omnibus Genusflexione, accipit Biretum, sine osculis sibi à Diacono porrectum, & cum iisdem ( ubi alia non est Consuetudo ) in Sacristiam, sine Candelabris,

O 2

ac manibus junctis, recedunt eò modò, quò venerant, ibique factà Imagini aut Cruci reverentià omnes deponunt Paramenta, & cum Cottis seu superpelliceis tantum assistunt Vesperis in Choro : ubi eæ dicuntur [attamen sine Cantu] omnino ut heri, exceptà proprià Antiphonà ad *Magnificat* : Cum accepisset acetum &c. & ad eas duæ saltem ardere debent Candelæ, quæ ijs finitis extinguuntur, Acolythis interim, cum genuflexionibus Cruci debitis, Altaria ac Credentiam denudantibus, omniàque Paramenta in Sacristiam reportantibus ; Crux tamen in Ara principe, ac Cæteris prostare debet per totum Diem, & si quæ sub initium Adorationis deregi non potuerunt, deregi saltem mox post Vesperas debent. Quòd si alicubi sit moris, ut Imago Crucifixi finitis Vesperis pro Populi Adoratione deponatur in Sepulchrum, id eo modo ac Ordine fieri, quem videre est apud Gerlac. Vinitor. P. 6. Tit. 12.

BENEDICTIO Mensæ hodie suffus est propria. COMPLETORIUM verò dicitur, ut die præcedenti, iterum sine Lumine. MATUTINUM denique *Tenebrarum* cum *Laudibus* prosequenti Die decantatur in Choro horà consuetà, dicendo omnia uti in Proprio de Tempore ad Normam utriusque Diei proxime præcedentis, nisi quòd ad Versum ;

Chri-

Christus factus est pro nobis obediens  
 &c. addantur in fine Laudum, ac  
 Horarum crastini Officij usque ad  
 Vesperas exclusive hæc Verba : pro-  
 pter quod & DEUS exaltavit illum,  
 & dedit illi Nomen, quod est super o-  
 mne Nomen.

Quæri hîc potest pro Coronide

1. An occurrente Festo aliquo fori,  
 v. g. Annuntiationis B. V. M. aut  
 S. Georgij ( quorum prius in Eccle-  
 sia universali, alterum in quibus-  
 dam Germaniæ Diocesibus est Ce-  
 lebre in foro, sive, ut Canonistæ  
 cum Theologis moralibus & Rubri-  
 cistis loquuntur, Festum de præcepto )  
 in Parasceve teneantur Fideles in-  
 teresse illi Officio, quod loco Missæ  
 Die illo celebratur manè ad Altare,  
 aut saltem abstinere ab opere servi-  
 li? 2. An in eo casu ratione Festi  
 B. V. annuntiate, aut alterius occur-  
 rentis in Parasceve, possit ministra-  
 ri S. Eucharistia alijs, quam Infir-  
 mis, vel etiam Sacrum dici? Ad 1.  
 cum Gav. To. 1. P. 4. Tit. 9. n. 24.  
 Gob. Oper. moral. Tr. 3. n. 213. nec  
 non Tr. 5. n. 89. Diana P. 2. Tr.  
 14. Resol. 62. & alijs Communiter  
 contra Vasquez &c. 3. Quoad 1.  
 Partem negativè, quoad 2. verò Par-  
 tem affirmativè. Pars prima Prob. im-  
 primis auctoritatè Sac. Rit. Congr.  
 quæ 1622. 19. Febr. disertè declara-  
 vit : Si Festum Annuntiationis B.  
 V. incidat in Parasceven, non ten-  
 neri Fideles ad audiendam Missam,

non obstante quòd tunc Temporis  
 non fuerit solitum in foro transfe-  
 ri ( ut juxta mox dicenda hodie  
 solet, si in Fer. VI. aut Sabbatum  
 Hebd. majoris incidat ) sed tan-  
 tum in Choro. Hinc cum 1633. me-  
 moratum Annuntiationis Festum  
 in Fer. VI. Parasceves incidisset, Ro-  
 ma ipsa suos Quirites ab obliga-  
 tione assistendi Officio illius diei li-  
 beros pronuntiavit, non item ab  
 obligatione abstinendi à Labore servili.  
 Et Ratio Primi est; quia Officium  
 illius diei propriè non est Missa ( es-  
 to Vulgus ex ignorantia ita vo-  
 cer ) cum nulla tunc fiat Conso-  
 cratio : atqui nec Lex Ecclesiæ de  
 Sanctificandis diebus Festis, quatenus  
 est affirmativa, nec de se, ne-  
 que ex Consuetudine obligat Fide-  
 les nisi tantum ad audiendam Missam  
 : ergo cum nulla tunc dica-  
 tur, ad nullam tunc poterit obli-  
 gare. Ratio 2. Partis est; quia Lex  
 Ecclesiæ, quatenus est Negativa  
 id est, de non faciendo opere ser-  
 vili &c. adhuc tunc potest observa-  
 ri, quando ejusmodi Festum fori in-  
 cidit in Parasceven, & tantum in  
 Choro transfertur. Verum, quatenus  
 attinet ad Festum B. V. ab An-  
 gelo salutata, si id incidat in Fer.  
 VI. Parasceves ( uti incidit 1712. )  
 aut in Sabbatum Sanctum, ex Decr.  
 S. R. C. de Anno 1690. 11. Mart.  
 transfertur nunc ex eo Tempore non  
 tantum in Choro ( quod solum est

usque jubeant Rubricæ Missalis ) sed etiam in foro. Quod ipsum quia forsitan circa Festum S. Georgij, incidens in Parasceven, ibi observatur, ubi est Festum fori, conformiter Bullæ Alex. VIII. 1690. 11. Martij, ideo hodie omnis quoad hoc punctum cessare videtur difficultas. Plura de occurrentia utriusque hujus Festi in Feria VI. Parasceves, aut in Feria V. in Cœna Domini, aut in Sabbato Sancto, vide apud P. Gob. Tr. 3. cit. à n. 222. usque num. 30. R. ad 2. cum supra cit. DD. iterum negativè; quia S. R. C. in supra cit. Decr. Sancit, servandam esse universalis Ecclesiæ præsentem Consuetudinem, non ministrandi nisi Infirmis hac Die S. Eucharistiam. Morem verò eam circumferendi processionaliter in Nocte Feriæ VI. Parasceves tanquam Abusum, alienum à Ritu, & legitimo sensu Sac. Rom. Ecclesiæ ( quæ occultat his Diebus Eucharistiam, & propterea in aliud Tempus distulit Processionem, ac Festum SS. Corporis Christi ) abrogavit S. Cong. Cardinal. super Negotia Episcoporum. 22. Mart. 1596. Ad 3. similiter R. cum Comuni Nega-

tivè. Quia ob Rationem supra in sinuatam Fer. VI. Parasceves Sacrificium penitus interdicitur e. Sabato, de Consecr. dist. 3. An verò, & quibus ex causis, in certis quibusdam Casibus ( v. g. si desit Viaticum pro Communicando Infirmo, aut Parochus pridie Parasceves fuerit oblitus consecrare majorem Hostiam pro Officio sequentis Feriæ VI. ) per accidens in Parasceve liceat dicere Sacrum ( v. g. Votivum de Passione Domini ) uti etiam, si ponatur licere, utrum tunc Fideles teneantur tali Sacro interesse, si Festum Fori incidat simul in Parasceven, hæc, inquam, & similia, accuratè examinar, ac doctè resolvit P. Gob. Tr. 3. supra cit. à n. 213. & 216. nec non Tract. 5. à n. 88. Tamen omni tempore [ Teste Gavanto To. 1. P. 1. Tit. 5. ] Cadavere præsentè celebrari possit ( horâ & loco competente ) pro Defunctis, esto non semper de Requiem, non tamen id licet in Die Parasceves, quo Corpus Christi nec mysticè debet immolari: unde eo in Casu differendæ sunt Exequiæ, ubi viger Consuetudo sepeliendi Defunctos simul cum Missa. Vid. Ritual. Rom. & Gav. To. 1. P. 1. Tit. 5. cit.



## §. 3.

## De Sabbato Sancto.

**S**ABBATŌ SANCTŌ [ itā antonomastice dictō, vel quōd hodie ad suscipiendam *Sancti Luminis* Claritatem nova Ecclesia *Sacro* Baptismatis fonte *Sanctificetur*; vel quōd *Sanctus Sanctorum* hac Die requieverit in Sepulchro ] manē mundatur Ecclesia, & quoad fieri potest, pulcherrimē exornatur. Altaria operiuntur, Paramentis albis pretiosioribus, itā sament, ut *Antependia alba* non appareant, sed *Violaceis* sint obrecta usque ad finem *Litaniarum*, quo Tempore hęc debent removeri, illa autem apparere, simulque tunc etiam, antequam inchoetur Missa, Gradus Altaris [ prius nudi ] festiuis tapetibus contegi. Lampades ante Altare sint extinctæ, donec novus Ignis sit benedictus; at verò Cerei Altaris [ qui debent esse ex *Cera alba*, ac numero *Sex* ] non acceduntur, nisi post *Litanias* finitas: eò usque etiam tectæ manent *Imagines omnes*, præter *Cruces*, jam heri discoopertas. Quæ porro pro Sacris hujus diei Cæremoniis sint præparanda accurratè hęc tradunt Anctorum præced. §. relati. His præmissis

SABBATŌ SANCTŌ [ in quō in Ecclesijs Cathedralibus Collatio SS. Ordinum ] OFFICIUM privatim dicitur Ritu iterum duplici 1. Classi uti notatur in *PROPRIO* de Tempore, eò de reliquo modò usque ad *Vesperas* hodiernas exclusivè, quò Feria V. & VI. præcedente.

Ad Cæremonias autem publicas hujus diei quod attinet, modum eas ex Præscripto Rubricarum Missalis Romani &c. tum à Celebrante, tum etiam à Ministris ejusdem decenter obeundi, tradunt hęc iidem AA. Nominatim *Bauldry* P. 4. c. 11. totò, & *Hippolit.* à *Portu Vicent.* P. 3. c. 3. iridem toto. Ex quibus hoc die observari solita ex usu Ecclesiæ hęc tantum summam refero, & sunt sequentia: Altaribus modò paulò antè relatò vestitiis ac exornatis, nec non ijs, quæ ad hodiernæ diei Cæremonias decenter obeundas necessaria sunt, tempestivè præparatis, Tempore competenti datò signò dicuntur *Hora* diurnæ, *Candelis* Altaris necdum accensis usque ad Principium Missæ: interim excutitur Ignis de *simulaculo* extra Ecclesiam, & ex eo accen-

accenduntur Carbores : dictâ Nonâ  
 [ sub qua omnis antiquus Ignis,  
 qui est intra Ecclesiam, est extin-  
 guendus ] Sacerdos indutus A-  
 mictu, Albâ, Cingulô, & stolâ,  
 ac Pluviali Violacei Coloris, vel  
 saltem sine Casula; Diaconus stolâ  
 violacâ, Subdiaconus autem in  
 stola alba, procedunt cum Clero  
 extra Ecclesiam ad benedicendum  
 novum Ignem hoc Ordine : Præ-  
 cedunt 3. Acolythi, primus, & so-  
 lus quidem, cum Vase Aquæ benedi-  
 ctæ & Asperforio : secundus est  
 Thuriferarius cum Navicula, &  
 Thuribulô vacuô, habens à sini-  
 stris alium Acolythum, deferentem  
 Pelviculam cum 5. granis Thuris :  
 hos sequitur Subdiaconus sine Co-  
 mite incedens, ac Crucem more  
 consueto itâ præferens, ut Ima-  
 go terga Vertat ijs, qui sequuntur,  
 quasi præire videatur Clero, prox-  
 imè post Subdiaconum per Ord-  
 nem ac in silentio incedenti : hunc  
 denique sequitur Celebrans cum  
 Diacono à sinistris, manibus jun-  
 ctis, ac omnes nudo Capite præ-  
 ter ipsum Celebrantem. Ubi per-  
 venerint ad Locum designatum, Sub-  
 diaconus stat ad Portam Ecclesiæ,  
 ei terga vertens, faciem verò suam,  
 & Imaginem Crucifixi obvertens  
 ipsi Celebranti : Clerus hinc inde  
 pro more itâ se dividit, ut Juniores  
 viciniore sint Cruci, Seniores ve-  
 rò Officiario, seu Celebranti, ad

ejus dextram Diaconus, & Acoly-  
 thi duprà dicti consistunt.

Tum ex Libro Missalis [ vel  
 sustentato ab aliquo Acolythorum  
 vel posito super Pulpito ] modò ita  
 eodem descriptò, & à Gav. Bauld.  
 Vinit. Lohn. & Hipp. à Portu fusè  
 declaratò, benedicatur à Celebrante  
 novus Ignis, post hunc 5. Grana Ce-  
 rei Paschalis : tum Diaconus assu-  
 mens Dalmaticam albi Coloris, A-  
 rundinem cum 3. candelis, ejus sum-  
 mitati triangulariter infixis, modo  
 in Missali descripto, & à P. à Por-  
 tu explicatò infert Templo, ibique  
 ad candelam, de novo igne foris  
 accensam, accendit successivè 3. il-  
 las candelas, summitati Arundinis  
 infixas, post singularum accensio-  
 nem cantans : *Lumen Christi*; &  
 post cætera ibidem in Missali præ-  
 scripta ad Pulpitum seu legile can-  
 tat PRÆCONIUM : *Exultet &c.* ut i-  
 bi, circa quod annotandum hîc ex-  
 istimavi, quod nuper aliud agens le-  
 gi in Hierolexico eruditissimi viri,  
*Dominici Macri* [ quem Scriptores  
 Itali *Magrium* communiter appel-  
 lant ] ex insula Melita Oriundi, à  
 D. Carolo Macro, Authoris fratrem  
 insigniter locupletato, ubi lit. Ca  
 verbo : *Cereus Paschalis* circa finem  
 hæc leguntur : *Sedente Leone Papa*  
*X. annò 1519. disputatum fuerat,*  
*quomodo deberet cani solita Imperato-*  
*ris Acclamatio in dicto Præconio an-*  
*notata, cum Cesar vitâ functus erar*  
*Alia*



Aliqui relinquendam existimaverunt; sed post maturam discussionem refert Paris de Grassis Cereemoniarum Director, se hoc consilium præbuisse, ut nempe mutarentur illa verba sic: Respicere etiam ad Romanum Imperium, cujus tu DEUS Fidelium vota prænosces &c. Quæ opinio à præfato Pontifice approbata fuerat. Ac in similem casum de anno 1678. cum incidissemus: dubitantibus de omissione hujus Orationis Cereemoniarum Magistris, Resolutionem prædictam præbui, quam ex Manuscriptis Angeli de Rocca in Bibliotheca Angelica assertivatis desumpseram, & ab Alexandro VII. tunc regnante approbata, & à Sac. Rit. Congregatione observari mandatum fuit, nec non pro Die Ferie VI. in Parasceve dicendum esse: Oremus & pro Romano Imperio, ut tu DEUS &c. Hæc ibi: Si Ecclesia habeat fontem Baptismalem, post lectas 12. Prophetias novus quoque Fons, seu Latex Baptismalis, & si aliqui baptizandi sint Cathecumeni [sufficienter instructi, & sub Læctione Prophetiarum ante Atrium, seu in Aditu Ecclesiæ, non autem intra ipsam Ecclesiam, prius Catechizandi, ac disponendi per actus Fidei, Spei, ac doloris, si sint adulti, ut in Rituali Romano Tit. De Baptismo Adultorum] ij non nisi his peractis, factâque Fontium Benedictione, in Ecclesiam introducuntur, ac modò in eodem Rituali

Romano exactè traditò Baptizantur. Post Fontis Benedictionem, ac collatum Baptisma, si qui fuerint baptizandi, vel, ubi non est Fons Baptismatis, finitâ ultimâ Prophetiâ cum sua Oratione, cantantur Litanie, & post hæc Missa solennis [sic] que intra hanc in Ecclesijs Cathedralibus Collatio SS. Ordinum, ut in Pontificali Romano. P. I. Tit. 2. ] cum Pfalmo: *Judica me DEUS, Gloria in excelsis, ac Gloria Patri ad Pfalimum Lavabo*, aliisque huic Missæ proprijs [atramen sine Introitu, Credo, & Offertorio] nec non cum Vesperis post Sumptionem SS. Sacramenti, in Choro decantandis, peragendo hæc omnia modo ac Ritum descriptò in eodem Missali Romano, & à sæpius citatis Rubricarum Ecclesiasticarum Interpretibus declaratò: Ex quibus tamen præ Praxi rursus seqq. hic juvat annotare: 1. In dando signo pro inchoando Officio hodiernæ Diei habenda respectivè est ratio Eccl. Metropolitanæ, Cathedralis, aur Matricis, nè hæc ab alijs Ecclesijs inferioribus in eo inchoando [præsertim quoad Missam] præveniantur 2. In fine Litaniarum removentur Vela ab Imaginibus Altarium &c. accendunturque Luminaria Altaris [ & quidem juxta Ordinem Romanum apud Gav. hinc ad *Agnus DEI* in Litanijs decantatum, eò quòd præ Agnum DEI Christum nobis communi-

municatum sit Lumen fidei. *Ama-  
lar. L. I. c. 30.*] ac amoro ab Altra-  
ri Antependiò *Violacei Coloris*, or-  
natur id *albo*, simulque Credenti-  
tia rebus ad Missam solennem ne-  
cessarijs pro more instruitur. 3. In  
fine Litaniarum cantandum est *Ky-  
rie eleison* solenniter, at ità lente,  
ut Sacerdos, & Ministri queant in-  
terim procedere ad Altare, & post  
Psalmum *Judica* facere confessio-  
nem, ac incensare Altare pro mo-  
re: Circa ipsas autem Litanias [fi-  
nità ultimà Prophetià cum sua ora-  
tione, ubi non est fons Baptifmalis,  
ante Missam decantandas, ut in  
Missali] præter ea, quæ P. II. die  
25. Aprilis, & infra Fer. 2. Rog. di-  
centur, monendum illud hîc oc-  
currit, quòd Sede Apostolica vacan-  
te omitti in ijs debeant verba illa:  
*Domnum Apostolicum &c.* 4. Ad  
intonatum *Gloria in Excelsis*, & non  
priùs [ uti hîc monet Hippolytus à  
Portu] pulsantur Tintinnabula, ac  
Organa [ ubi habentur ] & omnes  
Campanæ Templi, modò in Ec-  
clesia Metropolitana, Cathedrali,  
aut Matrice priùs sint pulsatæ, uti  
Sac. Rit. Congregat. 21. Martij 1609.  
decrevit. Quòd si fortè pulsatæ in  
illa nondum sint, pulsantur isthic  
tantum Campanulæ, ac Tintinna-  
bula, quæ sunt intra parietes Ec-  
clesiæ, & in Capellis, postea verò  
dato Signò à Metropolitana, Cathe-  
drali, aut Matrice, pulsantur quoque

majores, quæ sunt in Campanili;  
licet longè post *Gloria in excelsis*.  
Gav. Arnaud. Gerlac. Hippol. à Por-  
tu, &c.

Porro ex Decreto ejusdem Sac.  
Rit. Congregat. de anno 1608. 9. Fe-  
bruar. sub nomine *Matricis* in Dice-  
cesi venit quoque Ecclesia Parochia-  
lis, & si plures sint Parochiales,  
ea, quæ alijs major est dignitate,  
Eadem Sac. Rit. Congregat. 1619.  
23. Febr. declarasse fertur: Etiam si  
Collegiata habeat omnimodam præ-  
cedentiam supra Matricem, non ta-  
men posse priùs pulsare Campanas  
in Sabbatò *Sancto* ad Hymnum An-  
gelicum. Notandum autem est,  
quòd, quando ad illum pulsantur,  
non debeat earum sonitus cessare,  
antequam totus sit decantatus: Tin-  
tinnabula autem pulsari, usque dum  
illum dicendo abolverit Celebrans.  
5. Quando idem celebrans cantat à  
Subdiacono Epistolà gradatim ter  
intonat *Alleluja*, omnes, qui sunt  
in Ecclesià, stant. 6. Ad Evan-  
gelium non deferuntur lumina, sed  
tantum Incensum, Ceroferarij autem  
stant manib. junctis à Lateribus Sub-  
diaconi, & tunc se signant cum Dia-  
cono. 7. In Præfatione [ quæ est propr.  
uti & *Communicantes*, & *Hanc igitur*. ]  
dicitur hodie: *Te quidem Domine om-  
ni Tempore, sed in hac potissimum  
Nocte, &c.* & infra Actionem: *Com-  
municantes, & Noctem sacratissimam  
celebrantes, &c.* ut ibi. 8. In eadem  
P. Mis-

Missa hodierna dicitur quidem: *Pax Domini sit semper vobiscum*, Pacis tamen osculum non datur. 9. In eadem Missa non dicitur *Agnus Dei*, nec *Postcommunio*; dicuntur tamen 3. consuetae Orationes ante *Domine non sum dignus*, seu Communionem. 10. Nemo regulariter communicat in hac Missa, excepto Celebrante, & ijs, qui sub hac Missa ad sacros Ordines promoventur; Quia est *Missa noctis*. Quodsi aliqui velint in Parochia pro Paschate Communionem accipere, id fiat non in Missa, sed post illam, nec ad illud Alrare. 11. Dum Celebr. se purificat, dignior in Choro incipit Antiph. *Allel.* pro Vesperis, quam statim Chorus prosequitur, ac subdit Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes*, cum *Gloria Patri* in fine &c. Celebrans verò sumpta Ablutione locò Antiphonæ, quæ dicitur *Communio*, submissa Voce incipit eandem Antiphonam *Alleluja*, & prosequitur Psalmum cum Ministris stantibus in cornu Epistolæ, ut in Introitu Missæ: Deinde repetita Antiphona: *Alleluja*, idem Celebrans incipit, & cantat Antiphonam: *Vespere autem Sabbati*, quam Chorus prosequitur, uti & Celebrans, at hic submissa Voce cum Ministris: eâ à Choro decantatâ, intonatur ac decantatur à Choro *Magnificat* cum *Gloria Patri* in fine: interim Celebrans se signat, & accedit ad medium Altaris, id-

que impositio & benedictio de more Thure incensat, ut initio Missæ, Sacris Ministris hinc inde stantibus, illumque adiuvantibus: Altari incensato etiam Celebrans à Diacono in Cornu Epistolæ incensatur [stante Subdiacono à Sinistris ejus, ut in Introitu Missæ] ac postea Chorus, Facta sui Incensatione Celebrans cum Subdiacono incipit, & prosequitur *Magnificat* usque ad finem, ac repetita à Choro Antiphona *Vespere autem Sabbati &c.* vertens se ad Populum in medio Altaris dicit *Dominus vobiscum*, & reliqua de more subjungit: Diaconus verò Verba Populum cantat: *Ite Missa est* cum duplici *Alleluja*. In fine dicitur Evangel. S. Joannis, & (additò hodie, ac toto Tempore Paschali *Alleluja* ad Antiphonam Cantici 3. Puerorum) more consueto ab Altari disceditur in Sacristiam, ubi factâ Imagini reverentiâ &c omnes læti in Domino recedunt, Dominicæ Resurrectionis Gaudia mutuo sibi annuntiantes. Quid observandum in Ecclesijs minoribus, ac ijs Universim, in quibus hujus Tridui Officia ac Cæremoniæ minori cum Solennitate (ac nominatim sine Diacono, ac Subdiacono) peragi solent, tum ex sæpius cit. Aut. ac ipso etiam Missali, & Rituali Romano peti potest.

Post hodiernam Missam (nisi alicubi ex causa hoc differatur ad aliud

aliud Tempus ) Sacerdos paratus Superpelliceo, ac stolâ candidâ cum Clericis faces deferentibus reportat Pyxidem ( vulgò *Ciborium* ) ei inexistens SS. Sacramenti ad Tabernaculum Ordinarium Templi ( cui Tempore Cæremoniarum, quæ hoc Triduo ad Altare peraguntur, inexistere non debet, ne alia, præter præscripta, id loci ac Temporis necesse sit adesse Luminaria ) & tunc primum & non priùs, Cereus Paschalis ( qui si fieri potest, sit ex cera alba, uti & is, qui trifariam divisus est super arundinem ) locatus super Candelabrum magnum ac pulchrè elaboratum in Latere plano Evangelij, est extinguendus unâ cum illis, qui sunt in Altari, & ijs 3. qui sunt in Arundinis summitate in 3. Ramos divisi; & hi quidem 3. ultimi non ampliùs accenduntur, imò [ ut hîc in fin. cap. 3. notat P. à Portu ] non ultra Vesperas Sabbati Sancti ardere debent, sed his finitis omnino Arundo est amovenda. At verò *Cereus Paschalis* è Peritorum Rubricistarum Sententia ardere debet in latere Evangelij non modò ad *Missam*, & omnes *Horas* à Sabbato Sancto usque ad Dominicam in Albis inclusivè [ quia est unicum Resurrectionis Festum ] sed etiam nonnullis alijs Diebus, ac Temporibus, infra die Sancto Paschæ à me recensendis. Præcipuè verò hodierna ac sequenti die accen-

P 2

dendus est ex mente Bauldry ad *Completorium*.

Qui recitant hodie *Vesperas* extra *Missam*, dicto *Pater noster*, cum *Ave Maria*, eas absolutè sine *DEus in adiutorium* factò signò Crucis incipiunt ab Antiphona *Alleluja*, dicuntque Ritu duplici, ut in Breviario, subdentes in fine : *Benedicamus Domino* cum duplici *Alleluja*, & post Versum : *Fidelium anima* [ hunc enim dicendum esse scribit Gerl. Vinit. ] Orationem Dominicam tantum sine ulla superaddita illi Antiphona. Omittentem voluntariè hodiernas *Vesperas Sabbati Sancti* peccare mortaliter negant quidem apud P. Gob. To. 1. P. 1. Tr. 5. n. 609. Thom. Tamburinus, & alij Nonnulli, eò quòd & materia sit exigua, & dies illa sit tam læta &c. At verò P. Joan. Stoz in Trib. Pœnit. cum Communi aliorum affirmat; Quia etsi ratione *Quantitatis* non sint magnæ, sunt tamen magnæ ratione *Qualitatis*, quatenus sunt *HORA* ob certum mysterium certo tempore Præscripta. Color ad Offic. necnon ad Benedictionem Ignis, & Fontis, uti & ad Prophetias hodie est *Violaceus*; ad Benedictionem Cerei Paschalis verò, & ad *Missam*, ac deinceps adhibetur *Albus*.

Moveri solet à Rubricistis hîc Quæstio : An præter *Missam* solennem Sabbatò Sanctò queant celebrari *Missæ* quoque aliæ, non qui-

dem

dem ante illam [ hoc enim per se loquendo non esse concessum, concedunt omnes ] attamen post illam? Sententia tam affirmativa, quam negativa suos antehac habebat Patronos, ut apud Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 10. n. 43. & P. Georg. Gobat Tom 1. Tr. 3. [ qui Alphabetum Sacrificantium inscribitur ] à n. 221. nec non Tr. 5. seu Alphab. aud. Sacr. n. 106. 109. & 110. videre est. Quiddam viâ quadam mediâ apud Gav. & Bauld. c. 11. art. 5. n. 26. incedunt, ex quibus Gerl. Vinit. P. VI. Tit. 17. n. 18. sic Scribit: *Si quis rationabili tantum de causa, secluso omni scandalò, in aliquo locò secretò, de Licentia Superiorum celebrare desideret, non id faciet, nisi post inchoatum solenne Sacrificium: tunc enim deposito luctu & mœnore Ecclesiæ incipiet Missam à Confessione cum Psalmo Judica me DEUS &c. & alijs, quæ sequuntur, & finita Confessione [ id est, dictò Confiteor cum Misereatur &c. ] ad Altare, statim post Orationem: Oramus Te Domine &c. dicat Kyrie eleison, & reliqua profequatur, etiam Vesperas, usque ad finem Missæ, ut in Missali. At verò Missæ Potivæ (etiâ pro re gravi) aut pro Defunct. nullò modò hac die dici debent: ad quod Superior. Eccles. maximè attendere deb. est enim contra Intentionem Ecclesiæ. Ità ferè Gerlacus Vin. At verò Gavanto [ Rubricistarum recentiorum facile Principi, & ut*

ita dicam, Patriarchæ ] l. c. n. 45. absol. sententia Negativa [ quæ est Martini Navarri, & Marcelli Francolini ] tanquam conformior Capitulo Sabbato 13. de Conf. Dist. 3. tenenda & practicanda viderur, cui etiam ego P. 1. Pastoris Boni Dot. 3. c. 3. q. 12. jam olim subscripsi. Ut scilicet Sabbatò Sanctò non nisi Unica Missa celebretur, utpote quæ *noctia* est *Missæ*, & olim [ uti etiamnum Tempore S. Thomæ ] non nisi sub *Noctis Initium* eò Sabbatò celebratur. Sed quid si *Festum* aliquod *Feri de Præcepto* incidat in Sabbatum Sanctum, v. g. *Festum Annuntiationis* [ uti contigit anno 1660. ] aut *Festum S. Georgij*, quod in aliquibus Germaniæ Dioccesibus 23. in quibusdam autem 24. Aprilis celebratur tanquam *Festum Fori de Præcepto*, Annis autem 1669. 1673. 1707. incidit alicubi in ipsum Sabbatum Sanctum, & simili modo etiam anno 1731. incidit ibi, ubi id 23. April. [ uti in Diocesi Constantiensi, ac Curienti ] celebratur? Respondet Gavantus: etiam in tali casu nullam habendam esse rationem ejusmodi Festi quoad *Missam*, sed etiam in eâ occurrence non nisi unicam esse dicendam, etiam ex suppositione, quòd *Festum* ejusmodi tantum in *Choro*, sive quoad *Officium*, non verò etiam in *foro*, seu quoad obligationem audiendi *Missam*, & abstinenti ab opere servili &c. è Sabbato

tò Sanctò in Diem alium non im-  
 peditum transferatur : imò Festum  
 Universale Ecclesiae de Præcepto  
 [ quale est Festum Annuntiationis  
 B. V. ] non posse transferri *in foro*  
 in alium diem auctoritate solum-  
 modo alicujus Episcopi ibid. P. 4.  
 Tit. 9. n. 24. contendit. Idem  
 Scriptor Tit. 10. n. 46. insuper ad-  
 dit : Sabbatò Sanctò [ etiam in  
 casu, quo in illum incidit Festum ali-  
 quod *Fori* ] à Nemine regulariter, præ-  
 terquam à Celebr. Comunicand. esse  
 in Missa illius diei [ ed quòd sit *Mis-  
 sa Noctis*, & propterea, ut ibid. ob-  
 servat, non dicatur in ea Commu-  
 nio ] unde & extra Missam non ni-  
 si Infirmis ea erit porrigenda Sab-  
 batò Sanctò in ista sententia. Ve-  
 rùm hodie sublata videtur omnis  
 hac in Parte Difficultas; nam quan-  
 tum attinet ad Festum *Annuntiationis*  
*B. V.* incidens in Sabbatum Sanctum,  
 extrat Decr. S. R. C. quò id  
 jubetur in tali casu transferri tam  
 in *Choro*, quàm in *foro* in Fer. II.  
 post Dominicam in Albis, ùr alibi  
 declaro. Loquendo autem de alijs  
*Festis Fori*, certis tantum Diocæsi-  
 bus proprijs, in Sabbatum Sanct. inci-  
 dentibus, ea pariter Auctoritate Or-  
 dinarij vel erunt transferenda tam  
 in foro, quàm in Choro, vel si tan-  
 tum transferantur in Choro, erit ab  
 alijs, qui legitime non sunt impe-  
 diti, non modò abstinendum ab  
 opere servili Saa tò Sanctò, sed

P 3

etiam audiendum Sacrum, sive tan-  
 tum unum, sive plura in ejusmodi  
 loco dicantur. Et verò præter Mis-  
 sam solennem Missam aliam priva-  
 tam dicere non amplius licere Sab-  
 batò Sanctò in ulla Ecclesia, proba-  
 ri videtur efficaciter posse ex quo-  
 dam alio Decreto, quod annò 1690.  
 11. Febr. & 11. Mart. ab eadem Sacr.  
 Rit. Congr. emanasse fertur, ac esse  
 hujus Tenoris : In *Sabbato Sancto*  
 omnio prohibentur Missæ privatæ,  
 etiam post Pullationem Campana-  
 rum, in quacunque Ecclesia, aut Ora-  
 torio privato, non obstante contraria  
 consuetudine. Quod Decretum si fa-  
 tis authenticum, & apocryphorum  
 de numero non est, ibi saltem erit  
 observandum, ubi sufficienter est  
 intimatum, ac usu receptum. Quàm  
 varia autem ante ejus Emanatio-  
 nem fuerit hac in parte variarum  
 Diocæseon Praxis, videri potest apud  
 P. Gob. 4. supra ec. nominatim Tr.  
 3. à n. 221. item Tr. 5. à n. 104. & 110.

Quid verò observandum sit ult-  
 trid. Quadr. habenti plures Paro-  
 chias, vide apud La Croix Tomul.  
 6. n. 232. &c.

Hodie BENEDICTIO Mensæ rur-  
 sum propria, ut notatur in calce  
 Breviariorum ac Diurnalium, di-  
 cendo post *Benedicite Versum* : *Ve-  
 spere autem Sabbati, qua lucescit in  
 prima Sabbati Alleluja*. eumque Re-  
 citanti respondendo : *Veni Maria  
 Magdalens, & aliter Maria videre*

Sc-


*Sepulchrum Alleluja*, non autem superaddendo huic *Alleluja* aliud in super *Alleluja*, ut quidam imperitè faciunt : estque hic error non modò in Hodierna Mensæ Benedictione, sed etiam in alijs proprijs seu extraordinarijs vitandus, in quibus ante, & post finem mensæ dicitur Versus proprius cum *Alleluja*, uti in Nativitate Domini, in Epiphania, in Paschate, in Ascensione, ac Pentecoste.

Ad COMPLETORIUM ( sub quo hodie tantùm ultimò Triduò Hebdomadæ majoris accendi debent cerei in Altari ) omnia dicuntur, uti norantur ad finem Sabbati Sancti in PROPRIO de Tempore, ad *Gloria Patri* post *DEUS in Adjutorium* in Principio omnium Horarum deinceps dicendo *Alleluja* locò verborum : *Laus tibi Domine &c.* Psalmi ejusd. *Completorij* consueti dicuntur hodie sine Antiphona. In eodem non dicuntur hodie & deinceps usque ad Sabbatum in Albis Capitulum, Versus, & Hymnus. Ad *Nunc dimittis* verò Antiphonam *Vespere autem Sabbati* Officiator innotat solenniter; ea tamen non duplicatur. Idem in fine incipit Antiphonam : *Regina Cæli* quam Chorus prosequitur. *Toto Tempore Paschali* ( quod hodie incipit ) nem-

pe à Missâ Sabbati Sancti usque ad Completorium post Vesperas secundas Dominicæ SS. Trinitatis inclusivè, non flectuntur genua ad HORAS ( etiam eas, quæ cantantur in Choro ) neque ad Salutationem Angelicam, ad quam ter dicendam manè, meridiè, & Vesperi trinum ære campano signum datur. Ad eas verò Precationes, quæ fiunt ad Litanias quascunque, dum dicuntur in Choro, & ad preces pro necessitatibus, genu flectendum est omnibus, excepto Celebrante; dum solus Orationes dicit: genuflectendum denique est etiam ad ea, quæ Adorationem continent, uti *Veni Et Incarnatus est &c.* *Et Verbum Caro factum est* : *Ave maris Stella* : *Veni Creator*, & hujusmodi; Celebrans tamen omnibus alijs genuflectentibus stat, dum dicit Orationes *Baudry P. 4. c. II. a. §. n. 28.*

BENEDICTIONEM Domorum, in Sabbato Sancto Laudabili more hodie faciendam, Vide in Rituali Romano post Titulū de *Sacramento Matrim.* sub Rubrica de *Benedictionibus*, uti & Benedictiones *Esculentorum in Pascha &c.* Quæ posteriores etiam habentur in Missali Romano.

De Modo denique elevandi *Crucem è Sepulchro in Noctè Sanctæ Paschæ* vide Gerl. Vinitor. P. 6. Tit. 18.



## TITULUS XXI.

### De Festo Sancto Paschæ, seu Resurrectionis Domini Nostri JESU Christi; ejusque Octava.

**F**ESTORUM, quæ ab Ecclesia Catholico-Romana per anni Decursum Celebrantur, omnium Solennissimum est Festum PASCHÆ. Nobilitas anni ( inquit Rupertus L. 6. c. 26. ) Mensis Decus, alma Dierum, splendor Horarum est Pascha, ita dictum vel à Græco Paschin quod idem sonat, ac pati; vel à Chaldæo Phesa, quod teste Magistro in Hierolexico Letitiam significat; vel ab Hebraico Phasch, id est, Transitu nempe vel Maris Rubri ( figurante transitum illum, quod in Passione Christi & nos cum ipso transivimus de Morte ad vitam, stygij Pharaonis jugo hujus nostri Soteris beneficio emancipati ) vel ex omnium verosimillima D. Hieronymi Sententia à Transitu Angeli Exterminatoris percutientis Primogenita in Ægypto Exod. 12. fuit appellatum : unde hæc Dies verè est Dies, quam fecit Dominus Psalmò 117. vers. 23. Circa Celebrationem hujus Festi magnam olim in Ecclesia discordiam excitârunt quidam Schismatici dicti *Quartadecimani* ( Græcè *Tessareskedekatisia* &c. ) quod in celebratione Paschæ cum Hebræis convenirent, illudque cum Judæis quartâ decimâ lunâ celebrandum contenderent. 24. qu. 3. Can. 39. ob quam Differentiam, in Asia ortam, D. Ignatius Mart. coactus est venire Romam. Quamvis autem illorum temporum Pape ad vitanda scandala pro tunc permiserit, ut Asiani Pascha celebrarent post quartam decimam primæ lunæ Diem; postea tamen Victor I. ( uti videre est in Lectionibus II. Nocturni ad Diem 28. Julij, Lect. V. in Brev. Rom. & fusiùs apud Baronium ad annum Christi 198. à n. 1. usque ad 10. ) confirmavit Decretum Pij I. apud Gratian. de consec. dist. 3. can. 21. statuentis, ut Pascha semper Die Dominico celebraretur : qui Ritus Auctoritate ipsius S. Petri ( ut apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 11. testatur Card. Baronius ad annum Christi 58. à n. 82. & anno 159. à n. 1. ac etiam meminit S. Clem. 1. 5. constit. c. 18. l. 7. c. 37. ) in Ecclesiam inductus, ut rursus ubique in mores induceretur, habita sunt multis in locis Concilia,



lia, ac in Nicæna denique Synodo I. Sancitum est, ut Paschæ Dies Festus, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, post decimum quartum Diem Lunationis primi Mensis, & quidem Dominico ageretur; tum ne Christiani Judæos in eo celebrando imitari viderentur, sed illorum Pascha ab horum ( quartâ decimâ 1. Lunæ Die id. celebrantium ] distingueretur, tum quia Christus resurrexit Die Dominico post decimam quartam lunam, hoc est [ ut ex Isidoro & Ruperto notat Gav. ] in 3. Hebdomadæ Lunâ ob numerum mysticum Trinitatis, sicut etiam triduo mortuus resurrexit tertia Die, qui vixerat triginta tribus annis: in quibus numeris resplendet ternarius numerus: in quo [ inquit idem ] intellige non modò Gloriam Trinitatis, sed salutem omnium, qui ante Legem, qui sub Lege, & qui post eam sub gratia extiterè. Unde inter omnes totius anni DOMINICAS omnium maximè præcipua, ac cæterarum quasi Prototypon [ ut lib. 4. Theol. moral. Tr. 7. De observat. Festor. c. 1. advertit Laymannus ] est *Dominica Resurrectionis*, quæ proin quorannis celebrari debet prima Die Hebdomadæ post decimam quartam Lunam *primi Mensis*: Mensis autem *primus*, seu *Paschalis*, in quo ex Decreto Sacri Concilij Nicæni celebrandum est Pascha, non omnis ille censetur, in quem

cadit *Æquinoctium vernum*: si enim *Æquinoctium* sit post quartam decimam lunam, Mensis ille Lunaris non erit primus, sed ultimus anni [ cum credibile non sit, DEUM creasse mundum ante *Æquinoctium* ] sed Mensis *primus* ac *Paschalis*, in quo celebrandum est Pascha, est is, cujus decima quarta Dies, sive *Plenilunium*, incidit vel in ipsum *Æquinoctium vernum*, vel primo post ipsum, uti observat Cornel. à Lapide in Exod. c. 12. v. 2. & cum eo, ac alijs à se citatis Laymann locò ante allegatò. Ex quibus inferitur 1. Pascha non posse celebrari ante Diem 21. Martij; quia *Æquinoctium vernum* semper cadit in Diem 21. Martij [ quò sicuti Tempore Synodi Nicænæ, ità etiam modò post Gregorianam Kalendarij Correctionem locum habet ] quam tamen 21. Martij Dies si sit *Dominica*, in eandemque incidat quarta decima Luna, Ecclesia non celebrat tunc Pascha, sed illud tunc transfert in Dominicam sequentem; tum ob causas à S. Ambrosio Epist. 83. ad Episcopos Æmiliæ apud Cornel. à lap. loc cit. allatas; tum ne illa cum Judæis in Celebratione Paschæ conveniat: quandoquidem nos Christiani Pascha non celebramus ex observatione Legis Mosaicæ, sed in memoriam Christi, qui post Lunam decimam quartam resurrexit. Hinc autem ulterius inferitur 2. Diem

Paschæ semper cadere in Domini-  
eam vel proximam post plenilu-  
nium, vel in eam, quæ est in ipso  
plenilunio, nunquam autem ante  
illud, ne unquam conveniamus cum  
Judæis, qui [ ut dictum ] Lunâ, seu  
Die 14. Pascha celebrabant: nam ubi  
nos annò *solari*, illi anno uteban-  
tur *lunari*. Qua de re vide Ven.  
Bedam, Christoph. Clavium. Joan.  
Azor. to. 2. l. 1. c. 3. & 4. Suarez.  
to. 1. de Relig. l. 2. c. 6. Bellarm.  
l. 3. de Sanct. c. 12. Dominicum Ma-  
cium [ Vulgò Magrium ] postea ci-  
tand. &c. Infertur 3. Terminos, in-  
ter quos Paschalis Festivitas cadere  
potest, esse à die 22. Martij usque  
ad diem 25. Aprilis inclusive, ut cit.  
Scriptores observant: In diem 22.  
Martij incidit ea ultimò annò 1693.  
in diem 25. April. autem 1673. In-  
fertur 4. *Primum Mensem* nunquam  
incipere ante diem Octavam Mar-  
tij, neque post quintum diem Apri-  
lis, ut consideranti parebit. Jam  
verò Ratio ac Regulæ inveniendi  
pro quovis anno *Diem Paschalem*, &  
consequenter etiam *mobilium Feflorum*  
ex eo pendentium *Sedem*, traduntur  
in initio Breviarj ante Calendarium  
Romanum, ubi de aureo Numero,  
Epactis, Novilunijs &c. quorum no-  
titiâ eæ nituntur, uti Dominicus Ma-  
cius (Italis dictus *Magrius*) in Hie-  
rolex. V. *Aureus Numerus*, & V. *Epa-  
ctæ* ostendit. Quoniam verò ex ijs-  
dem Regulis ac Fundamentis con-

cinnatæ sunt non modò utraque Ta-  
bula Paschalis, & Temporaria *Fef-  
storum mobilium* [ ita dictorum, quòd  
moveantur ad motum Paschæ ] ex-  
stans in Breviar. ante Calendar. Ro-  
manum, sed etiam *Tabula Ordinis  
perpetui* Bartholomæi Gavanti, ex-  
stantes in fine Tomi 2. ejusdem; in  
has autem posteriores circa *Pascha*  
celebrandum annis 1734. 1886. &  
1954. in Editione saltem Lugdu-  
nensi de año 1669. manifestus irreplit  
error, & ex ijs in nova quoque non-  
nulla Breviaria, quæ pro anno 1734.  
assignant pro Pascha Diem 18. Apri-  
lis, locò Diej 25. ejusdem, ideò, ne  
etiam ij, qui ejusmodi Breviaria  
nova sunt nacti, pariter in errorem  
inducantur, vel etiam alios indu-  
cant, rogatus sum à quodam hujus  
operis P. Revisore, ut hoc locò ejus  
erroris facerem mentionem. Oc-  
casio autem erroris fuit, quòd Ta-  
bularum illarum Concinnator con-  
fuderit Epactam 25. *Nigræ* cum  
*Rubræ*. nigra enim nunquam in usu  
est, nisi in eodem Cyclo Epacta-  
rum currat Epacta tam 25. quam 24.  
Si enim Epacta 25. sola currat sine E-  
pacta 24. Rubra Epacta 25. in usu erit;  
atqui in Sæculo isto, & sequenti E-  
pacta 24. in Cyclo non currit: er-  
go sola Epacta 25. Rubr. usurpatur:  
econtra in Sæculo 19. currit utraque,  
scil. 24. & 25. ergo Nigra 25. usurpatur;  
Epactæ autem nigre non responderet  
Dies 25. sed Dies 18. April. & ru-  
bræ

Q

bræ non 18. sed. 25. April. ergo errant eæ, quas dixi, Tabulæ. His præmonitis ac prænotatis nunc exequor Singularia hujus Dominicæ.

Est hæc DOMINICA cum duobus sequentibus Diebus contra quodcunque Festum in ijs occurrens ita privilegiata, ut (quod supra jam monui) non modo nullum in ijs Festum aliud celebrari, sed ne Missa quidem Solennis votiva de ullo Festo juxta recentiore Rubricam Missal. Tit. 6. n. 1. in illis dici queat. At vero Reliquis infra hanc Hebdomadem Diebus (imo & in ipsa Die Octava Paschæ) non prohibentur quidem Missæ votivæ solennes ex gravi causa dicendæ, prohibentur tamen per totam Octavam Missæ votivæ private, ac etiam de Requiem, etiam præsentè Corpore.

Ex Antiqua Traditione nihil hac Die olim assumebatur à Fidelibus ad manducandum, quin fuisset benedictum: ideo inhærendo tam laudabili Consuetudini, multis in locis receptæ, Sacerdôs, qui benedicit Domo hac Die, vel potius præcedenti, ex Rituali Romano Cottâ (id est, superpelliceo) ac Strolâ albâ indutus cum Libro & Vase aquæ benedictæ, quod ab Acolytho deferretur, benedicere hodie debet Agnum Paschalem (si quis sit) Ova, Panem, Carnem, & alia comestibilia, ut in eodem Rit. & ex par-

te etiam in fine Missal. Rom.

OFFICIUM de Resurrectione Domini Nostri JESU Christi hodie, & duobus Seqq. diebus dicitur uti notatur in loco sub Ritu duplici 1. Classis, sine Lectione, ac Commemoratione (tam in Officio, quam in Missa) de Festo Simplicis, si quod hoc triduo occurrat: reliquis vero Diebus infra Octavam usque ad Dominicam in Albis exclusivè, sub Ritu Semid. præter notatur in Proprio de Tempore. Ad Matutinum eod usque dicitur unum tantum Nocturnum: & usque ad Vesperas Sabbati in Albis Hymni & Capitula non dicuntur in aliqua Horarum, ut nec Versiculi, nisi in Nocturno, sed eorum locò dicitur in Laudibus Antiphona: *Hæc Dies, quam fecit Dominus &c.* Ad Benedictus & ad Magnificat Antiphona quotidie est propria, uti & Oratio. In fine Laudum ac Vesperarum tantum (non autem aliarum Horarum) dicitur: *Benedicamus Domino Alleluja, Alleluja &c. DEO gratias Alleluja, Alleluja*, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusivè: Postea Versus: *Fidelium*, & alia pro more, cum Antiphona *Regina Celi &c.* in fine Laudum, aut, si sequatur alia Hora, in fine ultimæ illarum.

Ad PRIMAM, TERTIAM, SEXTAM & NONAM, Post *DEUS in adjutorum*, & *Gloria Patri &c.* cum Alleluja in fine, dicuntur immediatè Psalmi con-

Sueti ( qui ad PRIMAM sunt iidem, qui in Festis, scilicet DEUS in Nomine suo, Beati Immaculati, & Retribue.) quibus finitis dicitur Antiphona: *Hec Dies quam fecit Dominus &c.* postea Oratio, quae ad Primam dicitur ut in Psalterio: *Domine DEUS omnipotens &c.* & post eam reliqua, ut in eodem Psalterio ad Primam in Dominica. Lectio brevis: *Si confurrexistis cum Christo &c.* uti ibid. In Martyrologio verò ante calendæ, seu Titulum sequentis Diei, annuntiat hodie in Choro Dominica Paschæ; *Hec Dies &c.*

Ad reliquas Horas minores post Antiphonam: *Hec Dies &c.* Psalmis consueta immediate subjunctam, dicitur *Dominus Vobiscum &c.* & Oratio Diei, posita in Laudibus, ac reliqua pro more.

MISSA propria, uti notatur post Canonem Missæ, cum Gloria, Sequentia, & Credo. Oratio Unica. Præfatio Paschalis (*Sed in hac potissimum die nec non Communicantes, & Hanc igitur propria, uti & Ite Missa est cum duplici alleluja usque ad sequens Sabbatum in Albis inclusivè.*) BENEDICTIO MENSÆ pariter propria hodie, ac Seqq. Dieb. usque ad Conam Sabbati exclusivè.

Ad Chorum quod attinet, decet, ut MATUTINE hac Die solenniter ante auroram (quo Tempore nimirum resurrexisset à mortuis Christum credimus) in eo celebrantur. Gerlac. su-

præ. cit. Tit. 19. Ad Laudes & Vesperas Hebdomadarius, vel Celebrans (ita harum quoque Officiarum appellant Rubricistæ, uti Videre est apud Bauldry P. 4. c. 12. n. 5. item c. 18. n. 1. & 3. ac alibi) intonat solenniter Antiphonam: *Hec Dies &c.* Ad PRIMAM verò, dum Lector Martyrologij annuntiat hodie Tono Solenniori solennitatem Paschalem dicens: *Hec Dies, quam fecit Dominus &c.* omnes in Choro stant nudo capite: cum verò postea dicuntur Calendæ, & annuntiat Martyrologium sequentis Diei, omnes sedent more solito. ASPERSIO quoque POPULI hodie, ac in Dominica Pentecostes ante Missam solennem fit aqua Baptismali pridie benedictâ, at tamen hæc in Solis Ecclesijs, in quibus habentur Fontes Baptismales; in Regularium verò Ecclesijs, & alijs, in quibus non sunt Fontes Baptismales, fit Asperio more solito Aqua lustrali hodie benedictâ: dicitur tamen etiam in his à Celebrante genuflexo post eius Benedictionem Antiphona: *Vidi Aquam &c.* ac reliqua, ut in Missali in ORDINE faciendi, & aspergendi aquam benedictam Tempore Paschali. Reliquis verò Dominicis extra duas prædictas etiam in Ecclesijs, in quibus habentur Fontes Baptismales, Asperio Populi faciendâ non est Aqua Baptismali pridie benedictâ, sed Aquâ, illâ ipsâ Dominicâ ante illius

Q2 asper-

afperſionem benedictâ, ut in Miſſali.  
 Quid ſit obſervandum in illis  
 locis, in quibus ſingulis Diebus Do-  
 minicis infra Paſcha & Pentecoſten  
 occurrentibus, in honorem Refurre-  
 ctionis Dominicæ Circuitus circa  
 Tempa, ac Proceſſiones inſtitui ſo-  
 lent, vide apud proximè cit. Vini-  
 torem.

MISSÆ VOTIVÆ etiam SOLENNES  
 (nam *privatæ*, etiam de *Requiem*, ab-  
 ſolutè prohibentur uſque ad Domi-  
 nicam in Albis incluſivè) infra hanc  
 Octavam regulariter non ſunt dic-  
 endæ juxta Miſſale Rom. recogni-  
 tum: ſi tamen pro re gravi dica-  
 tur aliqua Miſſa Votiva Solennis  
 poſt primum Paſchæ Triduum non  
 dicetur in ea Graduale, ſed tantùm  
 duo *Alleluja* & licet dicatur Miſſa de  
 Octava: in eadem dicenda *Pre-  
 ſatio Paſchalis* (niſi habeat propriam)  
 item Communicantes, & *Hanc igitur*  
 uti in Miſſa de Die currente. In  
 fine tamen Miſſæ etiam hujusmodi  
 Votivæ Solennis ad *Ite Miſſæ eſt* non  
 eſt addendum *Alleluja* judiciò Ga-  
 vanti, ob rationem mox afferen-  
 dam.

Si Feſtum *S. Marci* occurrat  
 Die Sancto Paſchæ, transfertur illud  
 poſt Octavam, at verò *Litania Majo-  
 res* ac *Proceſſio* ex Decr. S. R. C. de  
 Die 25. Septembr. 1627. transferun-  
 tur in eo caſu in Feriam III. Paſ-  
 chæ: & tunc in Miſſa Proceſſio-  
 nis, ſive de Rogationibus (dicenda

ſine *Gloria* & *Credo*, ac ſine Com-  
 memoratione Octavæ, in Paramentiſ  
 verò Violacei Coloris) dicitur quidem  
*Preſatio Paſchalis*, ſed ea, quæcum ſuo  
 Cantu dicitur in *Diebus ſerialibus*, quia  
 eſt *Miſſa ſerialis*. In eadem quoque di-  
 citur *Communic.* & *hanc igitur* Paſchæ  
 proprium. In fine autem ad *Benedic.*  
 non additur *Alleluja* duplex illud *Al-  
 leluja* eſt proprius Ritus Miſſæ Paſ-  
 ſchalis, & ſummæ Lætiæ, ac pro-  
 inde Miſſis, quæ dicuntur in Para-  
 menti� Violaceis (tanquam Miſſis  
 de Luctu) non conveniens. Orai-  
 tio 2. *Concede.* 3. *Ecceſta*, vel plò  
 Papa. Si verò Feſtum *S. Marci* non  
 ipſâ Dominicâ Paſchatis, ſed alio  
 quocunq; die infra ejus Octavam  
 occurrat, ſemper die illo ſit Proceſ-  
 ſio, & ſub ea Miſſa de Rogationibus  
 modò recens explicatò. Quomodo  
 autem decantandæ ſint *Litania ma-  
 jores*, ac inſtituenda illius diei pro-  
 ceſſio, dicitur infra Feriâ II. Rogat.  
 ac P. II. Die 25. April.

Ad VESPERAS hodie, ac ſeqq; Dieb;  
 uſque ad *Vesperas Sabbati in Albis* dicitur  
 Antiphona: *Angelus autem Domini*  
 cum reliquis de Laudib; hodierni  
 Officij, ac *Psalmus Dixit Dominus*,  
 cum reliquis de Dominica per annum:  
 poſtea Antiph. *Hæc Dies, quam ſecundò*  
*dominus: exultemus &c.* (quam Hebd.  
 vel Alius, qui Celebrat, perim-  
 de, ac ad Laudes, ad *Vesperas*  
 quoque inſonat Solenniter) & poſt  
 hanc *Magnificat* cum ſua Antiphona  
 (que

(quæ, ut fuprà dictum, quotidie eft propria) quibus fubjungitur Orationis currentis diei, *Dominus vobifcum &c.* & *Benedicamus Domino cum duplici Alleluja*, & Verf. *Fidelium anima &c.* pro more. De Feflo fimplici infra hanc Oflavam occurrente non fit Commemoratio hodie, ac duobus fequentibus diebus, bene tamen poft illos.

Ad Completorium dicto Verfu: *Sube Domine: Fratres Sobrij eflote*, nec non Verfu *Adjuvatorium noftrum*, cum *Pater nofter &c.* factaque Confeflione, ac Abfolutione, poft Verf. *Converte nos DEUS*, & *DEUS in adjutor*: cum *Gloria Patri &c.* dicitur *Alleluja* ante Pfalmos confuetos, quibus finitis idem *Alleluja* dicitur quater: Deinde Canticum Simeonis: poft hoc Antiphona: *Hæc Dies &c. Dominus vobifcum*, & Orationis: *Vifita quasumus*, ac reliqua pro more, cum Antiphona *Regina Cæli &c.* Atque hic modus dicendi Completorium fervatur ufque ad Completorium Sabbati in *Albis* exclufivè. Cæterum, cum in Completorio infra Oflavam Pafchæ ponantur poft Pfalmos 4. *Alleluja*, quæ in Rubricis Antiphona vocentur, ideo dubitari poteft, an *Alleluja* ante Pfalmos illius Completorij poftitum dicendum fit hodie, & fequentibus diebus femel tantum, ratione fcilicet folius Doxologiæ *Gloria Patri &c.* an verò infuper etiam iteratò, per modum Antiphonæ, ante eos

Pfalms inchoare, poft Pfalmos verò integrè dicendæ? Non bis, fed femel tantum effe dicendum ante eos Pfalmos (nempe ratione *Gloria Patri &c.*) ac rurfum quater in fine Pfalmorum, fuaderi videtur ex eo, quòd Rubrica ordinans modum dicendi Completorium hæc & fequentibus 5. diebus, & inter præmittenda Pfalmis confuetis Completorij expreffè etiam ponens *Tò Alleluja*, non videatur hoc ibi ponere tanquam pertinens ad Pfalmos, fed tantum ad *Gloria Patri*. At verò quòd illud *Alleluja* non (ut objicitur) pertineat ad *Gloria Patri*, fed dicendum fit per modum infuper Antiphonæ inchoatæ ante Pfalmos Completorij colligà videtur ex eo, quòd Rubrica ordinans Officium ejusdem Diei, illud poft *Gloria Patri* non exprimat ante Pfalmos Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ &c. (quæ nempe poft *Gloria Patri &c.* deinceps dicendum rurfus effe in principio Horarum *Alleluja*, fupponit ex Rubrica extante in Completorio hefternæ diei, quæ ibi expreffè dicit: *ad Gloria Patri* poft *DEUS in adjutorium* non amplius dici: *Laus tibi Domine Rex æterna Gloria*, fed ejus locò deinceps dici: *Alleluja*) difertè autem id exprimat ante Pfalmos Completorij, & ante hos quidem femel, poft eos autem quater, fèm integrè, hoc effe eò modò, quòd folent Antiphonæ: ac per hoc innuat, expreffum ibi *Alleluja* non designare

illud *Alleluja*, quod iuxta hesterni gaudi est; quia Antiphona *Alleluja*  
 1. Completorii Rubricam dicendum aliò modo dicitur in Completorio per  
 2. lesti ratione. *Gloria Patri* ad initium Octavam usque ad Sabbatum in  
 3. (cuiusvis Horæ dicendi, sed esse tan- Albis exclusivè, & aliò modo reli-  
 4. quam Antiphonam ante Psalmos; a- quo tempore Paschali: nam per  
 5. Noquin: sicut non erat ratio, ut Ru- Octavam dicitur post Psalmos *Al-*  
 6. bricâ, ordinans Officium hodiernæ *leluja*, reliquis autem tempore Pa-  
 7. 2. diei, exprimeret post *Gloria Patri* dicen- schali solummodo, tria: præterea  
 8. 3. 2. *Alleluja* ante Psalmos Primæ, Sabbatho ante Dominicam, in Albis  
 9. 4. 3. *Tertia* &c. ita quoque nulla fuisset, ordinant Rubricæ Breviarium per  
 10. 5. 4. tur exprimeret illud ante Psalmos toto subsequente Tempore Paschali  
 11. 6. 5. Completorii post *Gloria Patri*, si tantum generaliter, at, verò in Dominica  
 12. 7. 6. 1. ratione huius, & non per modum Resurrectionis solummodo, pro  
 13. 8. 7. 2. 1. in super Antiphonæ ( post Psalmos illis diebus infra Octavam, Specia-  
 14. 9. 8. 3. 2. integrè repetendæ ) illis esset præ- lem dicendi id modum præscriben-  
 15. 10. 9. 4. 3. mittendum; imò major tunc foret do: quod ipsum quoque faceret  
 16. 11. 10. 5. 4. ratio illud post *Gloria Patri* non in Sabbatho Sancto in ordinando  
 17. 12. 11. 6. 5. exprimeret; ne scilicet eo ipso daretur 2. 1. ius diei Completorio, ubi expressè  
 18. 13. 12. 7. 6. antea existimandi per errorem, illud monent: In Completorio illius diei  
 19. 14. 13. 8. 7. præponendum esse Psalmis in super *Psalmos consuetos, illic sunt Antiphonæ*  
 20. 15. 14. 9. 8. per modum Antiphonæ: ergo &c. hodierni autem Completorii Psal-  
 21. 16. 15. 10. 9. At ulterius opponitur 1. Cæteræ par- mis præponendo unum *Alleluja*, in  
 22. 17. 16. 11. 10. 2. vae Horæ non habent *Alleluja* per mo- yero finitis, subiungendo, quatuor  
 23. 18. 17. 12. 11. dum Antiphonæ ante Psalmos: ergo, satis declarant, modum diversum  
 24. 19. 18. 13. 12. 3. nec Completorium. &c. Negando ab eo, quò dicendum est Comple-  
 25. 20. 19. 14. 13. 4. Consequentiâ, ac paritatem: quia torium in hac parte tum Sabbatho  
 26. 21. 20. 15. 14. 5. in cæteris parvis Horis nec expri- Sancto, tum etiam Sabbatho, ante  
 27. 22. 21. 16. 15. 6. mitur ante, nec etiam post Psalmos, Dominicam, in Albis, & reliquis de-  
 28. 23. 22. 17. 16. 7. quod tamen fit in eo Completorio, inceps Tempore Paschali. Atque  
 29. 24. 23. 18. 17. 8. de quo hic est Sermo. Opponitur hæc ad motum hac in parte dubium:  
 30. 25. 24. 19. 18. 9. 1. Primum in Completorio Sabba- cum autem nullus Rubricistarum à  
 31. 26. 25. 20. 19. 10. 2. ti ante Dominicam in Albis dicitur, mo inspectus illud proponat, aut  
 32. 27. 26. 21. 20. 11. 3. quòd loco Antiphonæ *Miserere* di- discuciat, cenfeo omnium optimum  
 33. 28. 27. 22. 21. 12. 4. cendum fit *Alleluja*: ergo signum fore, si quis in privata Officij reci-  
 34. 29. 28. 23. 22. 13. 5. est, per Octavam dici non debere tatione, illum sequatur morem, quò  
 35. 30. 29. 24. 23. 14. 6. ante Psalmos. &c. Rursus negando in Choro, in ea Diocesi, aut fami-  
 36. 31. 30. 25. 24. 15. 7. Consequentiâ: Ratio eam ne- lia Sacra, in qua versatur, pro Tem-  
 37. 32. 31. 26. 25. 16. 8. po-

pore observatur; Rationem autem spectando accedo ego 2. Sententia.

Quia Dominica Pascha est Dominica Major 1. Classis, adeoque cum tota sua Octava contra quodcumque Festum in ijs occurrens privilegiata; ideo (saltem Vi Rubricarum Missalis recogniti, ac secluso Speciali Privilegio, legitimave consuetudine) quodcumque Festum in ijs occurrens est transferendum post Octavam. Quod si intra illam post primum ejus triduum cantanda sit Missa de Feste transferendo ob *consuetudinem Populi*, aut ob *Titulum Ecclesie* (ut in cit. Rubric. VI. Missal. recogniti) vel *Missa Votiva Solennis* pro gravi, dici illa debet, ut Tempore Paschali, attamen ut supra. *Arnaud.*

*Petes*: Quando, ac quoties Cereus Paschalis toto Tempore Paschali sit accendendus? 2. Sac. Rit. Congregationem 19. Maij 1667. tenuisse, regulariter accendi debere ad Missas & Vesperas Solennes in Triduo Pascharis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem, alijs vero diebus, praecipue *Festivis*; servandam esse consuetudinem locorum; quantum vero ad hanc Gavantus To. 1. P. 4. Tit. 10. n. 42. eam praeter ceteris probat, qua alicubi receptum est, ut a Latere Evangelij; (in hoc enim est collocandus) ad Missam; & omnes Horas a Sabbato Sancto usque ad Dominicam in Albis inclusive; quia tota

Octava est unicum Festum Resurrectionis. Praeter diebus reliquis Dominicis usque ad Ascensionem ad primas & secundas Vesperas; ita ad utrumque Completorium inclusive, nec non ad Missam; & caeteras Horas earundem: quia Dominica est Repetitio Festi Resurrectionis etiam per annum, ne dum Tempore Paschali, ac denique in Ascensione ad omnes Horas usque ad Evangelium Missae Conventualis inclusive, ut ibi. Quod si dicatur Missa *Parochialis*, seu *Conventualis non Solennis*, ad eam quoque diebus Dominicis Paschali Tempore occurrentibus accendi potest; ut & a primis Vesperis Ascensionis usque ad finem 1. Evangelij sub *ejusmodi* Missa, alias vero nunquam.

Cavendum quoque est, ut moner Bauldry P. 4. c. VI. a. 5. n. 24. ne accendatur ad *Missas Funebres*, ac *Luctuosas*. Candelae autem illae tres in arundine positae, quae Sabbato Sancto de Igne noviter benedicto accendantur, non ultra Vesperas illius Sabbati ardere debeant; quia cessat causa. *Gav. ubi supra.*

Feria II. ac III. Paschae *Officium*, ac *Missa* dicuntur Ritu duplici 1. Classis; sine Commemoratione ad *Lectionem* de Feste Simpliciter occurrente; quia, ut notat Gavant. ambae sunt Festa majora; reliquis vero infra Octavam diebus fit de Octava Ritu duntaxat semiduplici; cum Commemoratione. (Ritu Paschali, h. c.)



addiro ad Antiph. & Verf. *Alleluja* fa-  
eiendâ) arramen sine Lectione, de Fe-  
fio fimplici occurrente tam in *Officio*,  
quàm in *Missâ*; in qua à Feria IV.  
includivè usque ad Sabbatum in Al-  
bis includivè dicuntur duæ tantum  
Orationes, *Prima* scilicet de Die cur-  
rente, *Secunda* *Ecclesiæ*, vel pro Papa,  
nisi occurrat Festum Simplex; tunc  
enim Oratio *Secunda* erit de Sancto,  
omiffa Oratione, *Ecclesiæ*, aut pro  
Papa; Cum *Tertia* Oratio infra hanc  
Octavam non dicatur. *Rubr. & Gav.*  
*hic n. 2.* De reliquo *Officio*, &  
*Missâ* ( quæ sua cuique diei assi-  
gnatur in *Missali Romano* ) infra  
Octavam quotidie dicuntur, uti in  
Feflo Pafchæ, exceptis *Verficulis*  
ac *Lectionibus Nocturni*, nec non  
Oratione, & *Antiphonis* ad *Benedi-*  
*ctus*, & ad *Magnificat*, quæ respecti-  
vè dicuntur, uti notantur pro qua-  
vis *Feria* in *Proprio de Tempore*.  
*Col. Alb.* per totam Octavam.

De Feflo *Duplici*, vel *Semiduplici*  
infra hanc Octavam occurrente, ni-  
hil fit infra illam, sed transferuntur  
post Octavam; non tamen trans-  
feruntur post illam, *Litania maiores*,  
& *Proceffio* cum *Missâ de Rogationibus*,  
à die Pafchæ, aut infra ejus Octa-  
vam incidat Feflum S. Marci; nam  
licet in tali casu post Octavam trans-  
feratur Feflum S. Marci, non tamen  
transferatur in diem illam, aut aliam  
*Proceffio* cum sua *Missâ Processiona-*  
*li*, sive de *Rogationibus*, sed institui-

tur illa ipsâ die, nempe 25. Aprilis,  
nisi quando prædictum Festum S.  
Marci occurrat ipsâ *Dominicâ Pafcha-*  
*tis*; tunc enim transferretur quidem  
etiam *Proceffio* cum *Missâ Rogat.* non  
tamen, uti Festum, post Octavam,  
sed tantum ad Feriam III. Pafchæ  
proximè subsequenterem, ut supra *fol.*  
124. ac infra declaratur P. II. Die 25.  
Apr. & tam ad *Proceffionem*, quàm ad  
*Missam Processionalem*, quæ est de *Roga-*  
*tionibus* adhibetur *Color Violac.*

SABBATO IN ALBIS ( ita dicto vel  
ab Angelis, qui visi sunt in *Stola can-*  
*dida*, ut vult Durandus; vel quia  
hodie nuper Baptizati deponerant  
*Albas Vestes*, ut intelligerent, fore illis  
requiem æternam Sabbati Cœlestis,  
si deposuerint Corpora immaculata,  
uti Vestes Albas, in morte, ut sen-  
tit Alcuinus) *Officium* usque ad *Vesper-*  
*as* exclusivè fit *Ritu* ac *Modo* eodem,  
quò tribus præcedentibus diebus.  
Idem est de *Missâ*, nisi quod ab hac  
die usque ad *Dominicam Penteco-*  
*stes*, tam in *Missis de Tempore*, quàm  
de *Sacris*, non dicatur *Graduale*,  
sed ejus loco dicantur duo *Versus*,  
cum quatuor *Alleluja* ( præterquam  
in *Missâ Feriæ IV.* quatuor *Tempo-*  
*rum Pentec.* in qua dicuntur tria, ut  
ibi, exceptis quoque *Missis Rogat-*  
*ionum*, necnon *Vigiliæ Penteco-*  
*stes*, ac *Sabbati 4. Temporum*  
*Pentec.* in quibus omnibus dicitur  
Unum tantum, pariter ut ibi ) &  
quidem hoc Ordine: Duo scilicet  
an-

Ante primum Versum, tertium post primum Versum, quartum post secundum Versum, nisi dicatur *Sequentia*; tunc enim quartum seu ultimum *Alleluja* non dicitur post secundum Versum, sed post *Sequentiam*, uti in Missa hodierna: in qua *Præfatio*, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, ut præcedentibus Diebus; diciturque etiamnum hodie *ite Missa est cum duplici Alleluja*. Col. Alb.

Ad VESPERAS Officium fit duplex dicendo omnes Psalmos ( eosque feriales, ut in Psalterio in Sabbato per annum ) sub Unica Antiphona *Alleluja*, *Alleluja* &c. quæ duplicatur: à Capitulo autem ( quod quavis Dominicâ post Pascha est proprium ) fit de Dominica in Albis. Hymnus: *Ad regias Agni Dapes* &c. Versus: *Mane nobiscum Domine Allel. &c.* uti notantur hic in Proprio de Tempore, dicunturque ambo etiam in reliquis deinceps Dominicis post Pascha usque ad Ascensionem. Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio propria, ut ibi. Vers. *Benedicamus Domino* &c dicitur deinceps sine *Alleluja*.

COMPLETORIUM hodie, ac deinceps dicitur ut in Psalterio, nisi quod Tempore Paschali locò Antiphonæ *Miserere* dicatur Antiphona *Alleluja*, ut ibi Tempore Paschali; & in fine Antiphonæ *Salva nos* &c addatur *Alleluja*. Præterea Hymnus *Te Lucis ante Terminum*, uti & alij omnes ejusdem metri, usque ad A-

scensionem terminentur in Officio hac clausula: *DEO Patri sit Gloria, & Filio, qui à mortuis surrexit, ac Paraclito, in Sempiterna Sacula. Amen*, nisi vel habeant propriam clausulam ( uti Hymni S. Crucis ad Vesperas, Matutinum, & Laudes, nec non Hymnus: *Christo profusum Sanguinem* &c de plur. Martyr. ac denique Hymnus propr. de S. Venancio ) vel fiat Officium de B. V. M. tunc enim terminantur pariter ut ibi. Denique ab hac Die usque ad Sabbatum post Pentecosten ad Responsorium breve Completorii, atque etiam reliquarum Horarum, uti & earundem ( præterquam ad Versus *Precum*, quæ, quando non est Duplex, nec occurrit Dies infra Octavam, dicuntur in *Prima* & *Completorio* ) additur *Alleluja*: quod quidem junctum alicui Responsorio brevi tam ante, quàm post Responsorij Repetitionem duplicatur, uti & post 1. Versum ante *Gloria Patri*, ubi pariter bis locò Partis Responsorij ponitur. At verò junctum alijs Versibus, ac versiculis Nocturnorum, Laudum, Vesperarum, ac Responsoriorum non nisi semel dicitur in fine illorum, cujus rei Paradigmata videre est Dominicâ in Alb. in Propr. de Temp. Ad Cœnam hodiernâ *Bened. Mensæ iterum Communis*.

Si quis in Die Paschæ moriatur, ejus Corpus reservandum est in sequentem Diem ob Reverentiam

R Pa-

Paschæ ex Præscripto Ritualis Romanæ. Die ante Pascha è vivis excessit, sicut alicubi post Vesperas etiam in Pascha sepeliri ex rationabili causa.

Quòd si tamen uno vel altero

Pascha sepeliri ex rationabili causa.

## TITULUS XXII.

### De Dominica in Albis, in Octava Paschæ.

**D**OMINICA IN ALBIS ( hoc est I. post Pascha ) est Dominica major I. Classis, adeoque privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lctionum in ea occurrens, quod proinde ( saltem Vi Rubricarum, ac seclusò iterum speciali Privilegiò, Consuetudinève legitimè introductà ) est transferendum in Diem aliam proximè non impeditam juxta Rubr. Gen. de Transl. Festor. In Ecclesijs tamen, in quibus hodie vel occurrit Titulus seu Festum Titulare Ecclesiæ, vel ad celebrandum Festum, quod transferri debet, est hodie concursus Populi, possunt hæc Dominicâ cantari duæ Missæ ( una de Die, altera de Festo ) aut saltem fieri Commemoratio de eo Festo, de quo hodie non licet celebrare Officium, uti habetur respectivè in eadem Rubrica. Vocatur in Albis, quia hodie, Teste S. Augustino Serm. I. in Oct. Paschæ, Neophytorum Habitus commutatur : ubi tamen monet, id ita faciendum, ut Candor, qui de habitu deponitur, semper in Corde maneat.

OFFICIUM de ea fit duplex, at tamen ut in Psalterio Tempore Paschali, ac propriò locò. Ad Matutinum Invitatorium : Surrexit Dominus &c. Hymnus : Rex Sempiternæ &c. Psalmi cujuslibet Nocturni dicuntur sub unica cuius propria Antiphona ( quæ hodie duplicatur ) ut ibi : Vespertinus Nocturnorum pariter ut ibi. Lctiones ad singulos Nocturnos propriæ, uti norantur in loco, h. e. in Proprio de Tempore. Ad Laudibus Antiphonæ, & reliqua, respectivè ut ibid: & in Psalterio Tempore Paschali. Si occurrat Festum simplex fit de eo ( Ritu tamen Paschali ) Commemoratio in I. Vesperis, Laudibus ac Missa, cum 9. de eo Lctione in Officio, Si propriam habeat : tamen enim tam hanc, quam illam excludant Festa duplicata I. Classis, neutram tamen excludere videntur omnes Dominicæ I. Classis, sed tam hanc, quam illam admittunt eæ omnes Dominicæ, in quibus

rum quã talium Officio dicuntur  
3. Nocturni, cum Hymno : *Te DEum*  
*Laudamus* (qualis est etiam *Domi-*  
*nica in Albis*) uti colligitur ex Rubr.  
Gener. IX. n. 10. Si quid aliud à S.  
R.C. est decretum, aut decernendum  
hac in parte, illi erit parendum.

Ad PRIMAM, & Reliquas HO-  
RAS Hymni terminantur Clausula  
Paschali, ut supra. Antiphon. *Allelu-*  
*ja* ut in Psalter. Tempore Pasch. In  
eadem omisso Psalmo *Confitemini*,  
dicuntur tantum 3. Psalmi consueti,  
ut in Duplicib. cum Symbolo S.  
Athanasi *Quicumque &c.* attamen  
sine Precibus. Responsorium bre-  
ve (in quo Versus : *qui Surrexisti à*  
*mortuis &c.* etiam in Festis usque ad  
Ascens. nisi proprius habeatur) &  
Lectio brevis, uti notantur hac die,  
& in Psalterio Temp. Paschali.

Ad TERTIAM, SEXTAM, & NO-  
NAM Antiphona *Alleluja*, ut in Psal-  
ter. Tempore Pasch. Capitula, Re-  
sponsoria brevia propria, uti no-  
tantur in Proprio de Tempore hac  
Die.

Missa propria cum *Gloria*, &  
*Credo*. Oratio unica, si Festum sim-  
plex non occurrat. Præfatio Pa-  
schalis, sed deinceps sic : *Te quidem*  
*Domine omni Tempore, sed in hoc potif-*  
*simum &c.* *Communicantes*, & *Hanc i-*

gitur commune. In fine : *Ita sine Al-*  
*leluja*, & *Evang. S. Joan. Col. Alb.*

VESPERÆ (si cras Festum du-  
plex 1. aut 2. Classis non occur-  
rat) erunt integræ de hodierna Do-  
minica. Antiphona : *Alleluja &c*  
Psalmi : *Dixit Dominus*, cum reli-  
quis de Dominica, ut in Psalter: qui  
sub una tantum Antiphona (hodie  
duplicatâ) in Dominicis Paschali  
Tempore dicuntur. Capitulum,  
Hymnus, & Vers. ut in 1. Vesper.  
Antiph. ad *Magnificat* propria : Com-  
memoratio de sequenti Festo, si quod  
cras occurrat, seu semiduplex illud  
sit, seu etiam tantum simplex. Ad  
Duplicia quod attinet, in 2. Vespe-  
ris diei Octavæ Paschæ (h. e. ho-  
diernæ Dominicæ in Albis) de se-  
quenti quoque Festo duplici sit tan-  
tum Commemoratio, nisi illud fue-  
rit 1. vel 2. Classis, seu *Patronus*, vel  
*Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ* : quia  
tunc de ejusmodi Festo ab hodiernis  
Vesperis fieret Officium, cum  
Commemoratione tamen de Octa-  
va Paschæ, seu Dominica in Albis  
(utpote majore 1. Classis, quæ nun-  
quam omittitur) & quidem tunc de  
hac tantum. *Col. Alb.*

Hodie finitur Tempus Com-  
munionis Paschalis, loquendo de Ju-  
re Communi. *Eugen. IV. quod Navaro.*



TITULUS XXIII.

De Feria II. & Reliquis post Dominicam in Albis.

**H**odie manè aperiuntur Nuptiæ, h. e. iterum celebrari solenniter permittuntur in facie Ecclesiæ juxta Decr. SS. Concil. Trid. *sess. 24. c. 10. de reform. Matr.* Si hodie occurrat Festum, seu 3. seu 9. Lectionum ( etiamsi hoc sit translatum ) fit de eo, ut in Breviar. ac Missali Romano, attamen Ritu Paschali, qui ( loquendo de Festis ) est hujusmodi:

In Festis SS. Apostolor. & Evangelistar. nec non unius, aut plur. Martyrum Tempore Paschali currentium, *Officium & Missa* dicuntur, uti notantur vel proprio locò in Proprio Sanctorum, vel in Comuni Apostolor. & Evangelistar. aut SS. Martyrum *Tempore Paschali*, additis ac observatis insuper respectivè ijs, quæ sunt Communia alijs quoque Festis Tempore ac Ritu Paschali celebrari solitis.

In Festis verò B. M. Virg. nec non Confessorum Pontif. & non Pontif. item SS. Virg. & non Virg. ac denique Dedicat. Ecclesiæ, aliorumque non habentium *Officium* particulare pro Tempore Paschali, *Officium* fit, ut alijs Temporibus, nisi quòd ad *Invitatorium*, *Antiphona*

*nas*, *Versus*que Nocturnorum, ac reliquarum Horarum ( exceptis tamen Versibus Precum, quæ dicuntur ad Primam, & Completorium ) nec non ad Responsorialia Lectionum in Nocturnis addatur in fine unum *Alleluja*, nisi jam antecedenter *Alleluja* aliquò terminentur; tunc enim aliud juxta Rubr. Missal. & Brev. non additur. Ad Resp. breviora verò Horarum ante primum & secundum Versum dicantur duo *Alleluja*, quæ etiam post dictum primum Versum ante *Gloria Patri* tam in *Officio de Sanctis*, quam de Tempore ab Octava Paschæ usque ad Sabbatum post Pentec. inclusivè repetuntur loco partis Responsorij ( extra Tempus Paschale aliquin poni solitæ ) in fine autem secundi Versus dicatur tam in *Officio de Sanctis*, quam de Tempore, tantum unum *Alleluja*, ut in Rubrica Sabbat. in Albis, ac in Rubr. Gener. XXVIII. n. 5. declaratur. Præterea Psalmi in Festis 9. Lectionum in quolibet Nocturno dicuntur sub prima tantum Antiphona illius Nocturni, servato Ritu Duplici, vel Semiduplici, competente scilicet ei Festo, de quo fit *Officium*. In *Festis Simplicibus* pariter Psalmi Omnes de

de Nocturno currentis Feriæ dicuntur sub una Antiphona *Alleluja &c.* ut in Psalter. Temp. Pasch. & Fer. II. post Dominicam in Alb. Ad *Primam* in Responsorio brevi dicitur usque ad Ascensionem etiam in Festis Versus : *Qui surrexisti à mortuis* ( nisi proprium habeant, uti habent Festa B. M. V. ) & quando non est Duplex, aut *infra Octavas*, dicuntur ad *Primam*, & *Completorium* Preces, ut ibi in Psalterio. Denique in *Festis Simplicibus*, ac *Semiduplicibus* ( nisi infra aliquam Octavam occurrant ) in Laudibus ac Vesperis fit Commemoratio de sola Cruce ( eaque propria Tempori Paschali, prout notatur Fer. II. post Dominicam in Albis in Brev. Romano ) ommissis alijs Commemorationibus Communibus, tum quia Crux fuit causa *Letitiae Paschalis*; tum quia Christus ipse ad *Gloriam Crucis* Vulnera retinuit ab ea, vel in ea eidem inflicta, quæ passim Apostolis, & alijs ostendit his diebus.

In OFFICIO PARVO B. M. V. quod Tempore Paschali dicitur in Choro ab ijs, qui ad id tenentur, non additur *Allel.* Antiphonis, neque Versibus, neque Responsorijs per Rubr. Gener. XXXVII. Ad *Introitum* Missarum ( tam *Festivarum*, quam etiam *Votivarum* ) toto Tempore Paschali additur in fine Introitus ante Psalmum duplex *Alleluja*, unum item ad finem *Offertorij*; & unum ad *Communionem*, nisi jam antecederet in

R 3

illis reperitur; tunc enim juxta Rubr. nullum aliud est superaddendum ibi jam positis, autposito. post Epistolam verò non dicitur Graduale Tempore Paschali, sed tantum dicuntur 2. Versus cum 4. *Alleluja*, duo scilicet ante I. Versum : Tertium post primum Versum, & Quartum post secundum Versum. Quæ omnia constant ex Rubricâ præfixâ tum Festo Annunt. B. M. V. tum Communi plurim. Martyrum extra Tempus Paschale. Ad *Orationes* Missarum hujus Temporis quod attinet, à Fer. II. post Octavam Paschæ usque ad Ascensionem post *Orationem* diei ( nisi sit *Festum Duplex* ) dicitur 2. locò Oratio de S. Mariæ *Concede nos famulos &c.* 3. verò locò Oratio contra Persecutores Ecclesiæ vel pro Papa, prout ambæ notantur in *Miss. Rom.* post Dominicam in Alb.

Quòd si in *Festo Semiduplici* occurrat *Festum Simplex*, fit de eo in *Missâ* Commemoratio secundò locò, & tertio locò dicitur Oratio, quæ aliàs 2. locò erat dicenda. Excipit casum, quò *Festum Semiduplex* unà cum *Festo Simplicis* incidit in *Feriam II. Rogationum*, tunc enim, ut suo locò dicitur, Oratio 2. est de *Rogationibus* ( eò quòd Commemoratio *Feria majoris*, qualis est II. *Rogationum*, præcedat Commemorationem *Festi Simplicis* ) 3. de *Simplici*, extra Oratione *Concede*, quæ, si *Festum Simplex* *Feria* illà II. *Rogationum*

num

num unà cum Festo Semiduplici non occurreret, esset 3. Quæ, & quo ordine dicendæ sint in Missis Orationes in casu, quò Festum Semiduplex incidit in Feriam III. Rogationum, aut in Vigiliam Ascensionis Domini, dicitur infra suò locò.

In Festis Duplicibus extra Dominicas occurrentibus dicitur unica Oratione, nisi faciendâ sit Commemoratio Festi Simplicis, aut Feriæ Rogationum, aut Vigiliæ: hanc enim admittunt Festa Duplicia, exceptis ijs, quæ sunt 1. & 2. Classis; nam in Festis 1. Classis nulla fit de Festo Simplici Commemoratio (bene tamen Feriæ majoris, qualis est 2. Rogationum) uti nec de Vigilia, exceptâ Vigiliâ Epiph. in Duplicibus verò 2. Classis non nisi in Laudibus, ac Missis privatis fit Festi Simplicis Commemoratio. Quas autem alias utraque admittant Commemorationes, dicitur suis locis. Præfatio Paschalis dicitur non modò in Missis de Tempore, sed etiam in Missis Festivis, ac Votivis (nisi propriam habeant) toto Tempore Paschali. Officium, & Missa de Apostolis & Martyribus (uno vel pluribus) aliò modò dicitur Tempore Paschali, & alio Tempore non Paschali: nam Tempore Paschali dicuntur respectivè, prout norantur partim in Proprio Sanctorum, partim in Communi SS. Martyrum Tempore Paschali; & de uno Martyre quidem (seu Pontifice, seu non Pon-

rifice) dicitur Missa: *Protexisti me DELIS &c.* cum Orationibus, ut ibi, si propriam Missam, aut proprias orationes non habeat; pro pluribus verò Martyribus dicitur Missa: *Sancti tui Domine &c.* ut in eodem Communi SS. Martyrum Tempore Paschali 2. locò, cum Orationibus, ut ibi, si propriam Missam aut proprias Orationes non habeant: circa utramque verò prædictam Missam notandum hoc locò est, quod ibi movent Rubricæ, una quidem extans post Epistolam Missæ: *Protexisti me DELUS &c.* quæ moner, locò Epistolæ (*Stabant Justis in magna constantia &c.*) dici posse Epistolam B. Pauli Ap. ad Timotheum: *Memor esto &c.* ut in Communi unius Martyris extra Tempus Paschale, ex Missis: *Letabitur Justus &c.* altera verò, extans post ultimam Post-Communionem ejusdem Missæ: *Protexisti me DEUS &c.* expressè ait: Epistolam & Evangelium Missæ *Protexisti* [quæ est de uno Martyre] dici etiam posse in Missa sequente de pluribus Martyribus Tempore Paschali, quæ incipit: *Sancti tui Domine*; & vicissim Epistolam & Evangelium hujus posterioris Missæ, quæ est de pluribus Martyribus Tempore Paschali, dici posse in Missa *Protexisti* de uno Mart. Præter has duas Rubricas extat insuper tertia post ultimam Post-Communionem Missæ: *Sancti tui Domine &c.* assignans adhuc aliam Epistolam, seu

Le-

Lectionem, ac Evangelium pro Missis prædictis MM. Tempore Paschali. Vide Gav. To. 2. l. 8. c. 2. à n. 10. & 11. ubi præter alia huc pertinentia monet, curandum, ut Evangelium, de cujus homilia legitur in Officio, concordet cum Evangelio, quod legitur in Missa.

Si Festum Annuntiationis B. M. V. occurrat Feria VI. in Parasceve, vel Sabbatò Sanctò, tunc ex Decr. Sac. Rit. Congr. emanato 11. Marr. 1690. transfertur ejus Officium unà cum Præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus [ adeoque tam in foro, quàm in Choro ] ad Feriam II. post Dominicam in Albis, ità, ut alia Festa, vel prius translata, vel in dictam Feriam II. incidentia, si hæc posteriora non sint altioris Ritùs, protrahenda seu transferenda sint [ quoad Officium ac Missam ] in aliam diem non impediram; eò quòd per dictum Sac. Rit. Congregationis Decretum Feria illa II. sit dies fixa; unà cum Præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus, pro dicta Festivitate DEI paræ, ut 14. Jun. 1692. declaravit Innoc. XII. Bullar. 106. Unde deducitur 1. Quòd, si Annuntiationis Festum, ob Festum aliud altioris Ritùs, non translaturum, sed in ipsa dicta Feria II. occurrens, aliquando aut alicubi sit transferendum, non tamen propterea transferatur obligatio audiendi Missam, & vacandi ab

omni opere servili. Deducitur 2. Non modò in casu, quò Festum anterius 2. Classis v. g. S. Josephi, sed etiam in casu, quo Festum 2. Classis simul transfertur cum Festo Annuntiationis, adhuc, non obstante altiori Ritu Festi prioris, agendum esse priùs [ nempe dictà Ferià II. post Dominicam in Albis ] de Festo posteriore, h. e. de Annuntiatione, quantumvis hæc tantùm sit 2. Classis, quia pro casu, quo ea transfertur, Feria illa II. est dies fixa pro ejus celebratione, ac proinde impedita, quò minùs in eam Festum aliud quodcunque transferri possit. Deducitur 3. si alicubi ipsà Ferià II. post Dominicam in Albis occurrat Festum 1. Classis, ibique etiam Annuntiatione celebretur sub Ritu Dupl. 1. Classis, adhuc transferendum esse prius Festum, & Ferià illà II. celebrandam esse Annuntiationem; quia ex una parte Feria illa II. pro Festo Annuntiationis translato est dies fixa, ex altera autem parte occurrentibus 2. Festis ejusdem Ritùs priùs faciendum est de Festo universali, quàm particulari, ex Decr. S. R. C. 1698. 27. Sept.

Atque hæc de Modo celebrandæ Festa Tempore Paschali. Sicur autem, si fiat Translatio alicujus Festi à Tempore non Paschali ad Paschale, recitantur Officium ac Missa prout Tempore Paschali, ita, si fiat Translatio à Tempore Paschali ad non



Paschale, recitantur prout Tempore non Paschali. *Gav.* Ad modum celebrandi *Ferias*, post Dominicam in Albis, ac toto *Tempore Paschali* occurrentes, quod attinet, totum Tempus Paschale est *Festivum*, etiam in Officio *Feriali*, ac idcirco *Diebus* quoque *ferialibus* ad *Laudes* dicuntur Semper *Psalmi Dominicales* cum *Versu Dominicali Paschali*, & in *Prima* tres tantum *Psalmi Ritu Festivo*. Hęc prænnotatō.

Si *FERIA II.* post Dominicam in Albis *Festum* aliquod seu *trium*, seu *novem Lectionum*, non occurrat, fit de ea *OFFICIUM feriale*, uti notatur in *Proprio de Tempore Fer. II. post Dominicam in Albis*. Ad *Matutinum Invitatorium Alleluja &c.* ut ibi, & in *Psalter. Temp. Pasch.* *Hymnus (Rex Sempiternæ &c.)* ex *Dominica* præced. *Psalmi Nocturnales* de *Feria* currente, qui omnes [idem est de *Psalmis Vesperarum*] usque ad *Ascensionem* dicuntur sub una *Antiphona Alleluja &c.* *Vers. Nocturni Surrexit Dominus de Sepulchro &c.* ex *I. Noct. Dominica* præced. ut in *Psalter. ac Propr. de Temp.* *Lectioes* tres de *Scriptura* occurrente : *In* *Liber Actuum Apostolorum &c.* in *Propr. de Temp.* *Responsor* 1. & 2. ut ibi. 3. non dicitur hoc *Tempore* in *Officio feriali*, sed ejus loco *Hymnus Te DEUM Laudamus &c.* ut infra. Quod si *Initium Libri Actuum Apostolorum* oboccur-

rens *Fest. 9. Lectionū* habens propria *Lectioes* in *I. Nocturno*, eo die, quo notatur [nempe *Feria II. post Dominicam in Alb.*] poni non possit, *Initium* illud *Lectiois* de *S. Scriptura* fieri debet *proximo Die* [seu *feriali*, seu non *feriali*] similiter non impedito; *Lectioes* autem de *Scriptura* *Feria* illi assignata vel cum præcedentibus sunt *legendæ*, vel *omittendæ*, ita, ut non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere, sed illæ deinceps legantur, quæ suâ quaque die occurrunt, aut certè cum eisdem jungantur : id quod semper est observandum, quando *Lectioes* de *S. Scriptura* die aliquo omittuntur, et quod aliæ, quam de *Scriptura* occurrente, in *Officio* illius die fuerint assignatæ. *Rubr. Gen. XXVI. Num. 6.*

Ad *LAUDES Antiphonæ*, & *Psalmi*, dicuntur in *Feriali Officio* toto *Tempore Paschali* de *Dominica*, ut in *Psalter. Tempore Paschali. Capitulum : Christus resurgens ex mortuis &c.* uti notatur *Fer. II. post Dominicam in Alb. in Propr. de Tempore*, nec non in *sine Laudum Dominicalium* ante *Cantic. Benedictus. Hymnus [Aurora Cælum purpurat &c.]* & *Versus [In Resurrectione tua]* ut in *Dominica in Albis. Antiphona ad Benedictus* *propr. Oratio Dominica* præcedentis : post eam fit *Commemoratio* de *S. Cruce*, non quidem illa, quæ alioqui dici solet per annum

num in Officio feriali; sed alia, Tempore Paschali propria, quæ pro Laudibus ac Vesperis annotata extat Feria II. post Dominicam in Albis in Propr. de Temp. diciturque quotidie in Laudibus ac Vesperis usque ad Ascensionem, tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis, nisi sit duplex, vel infra Octavas; aliæ autem Commemorationes de S. Maria, de Apostolis, de Patrono, aut Ticulari Ecclesiæ, & de Pace non dicuntur toto Tempore Paschali.

PRIMA ferialis Officij toto Tempore Paschali dicitur uti in Festis, dicendo tantum 3. Psalmos consuetos sub Antiphona *Alleluja*, ut in Dominica Tempore Paschali. Capitulum: *Regi Saculorum &c.* Hymnus cum Clausula Paschali. Ad Responsor. Brev. duplex *Alleluja* cum Versu: *Qui Surrexisti à mortuis &c.* Preces de Dominica, ut ibi in Psalter. Ad Absolutionem Capituli Lectio Brev. *Si Consurrexisti &c.* ut ibid. Temp. Paschali.

AD TERTIAM, SEXTAM, & NONAM in feriali Officio hujus Temporis dicuntur Hymni cum Clausula Paschali; Psalmi sub Antiphona *Alleluja*, ut in Dominicis Tempore Paschali, modò annotatò in Psalterio & Proprio de Tempore Fer II. post Dominicam in Alb. Capitula, & Responsorialia brevia, uti notantur ibid. pro Temp. Paschali. Oratio Dominicæ præced. Col. Alb.

MISSA de Feria dicitur Tempore Paschali, quoties non occurrit Festum, vel Octava, vel Sabbatum, in quo fiat Officium de S. Maria: excipie dies Rogationum, & Vigiliam Ascensionis, in quibus, si Festum Duplex, vel Semiduplex, vel Octava occurrat, in Eccl. Cathedralib. & Colleg. cantantur tunc 2. saltem Missæ, una de Festo post Tertiam, altera de Feria, vel Vigil. post Nonam. &c. ut ibi. Ad Qualitatem Missæ ferialis Tempore Pasch. dicendæ, de reliquo quod atinet, Missa ferialis infra Hebdo. toto Tempore Paschali dicitur, uti in Dominica proximè præcedente [ exceptis 3. Ferijs Rogationum, in quibus dicitur, ut ibi ] cum Gloria, sine Credo. Orat. 2. de S. Maria, *Concede.* 3. Contra Persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, uti notantur post Missam Dominicæ in Alb. Præfatio Paschalis: *Te quidem Domine omni Temp. sed in hoc potissimum &c.* In fine Ite. Col. Alb.

Si cras occurrat Festum 9. Rogationum, in Vesperis hodiernis nil amplius fit de Feria hodierna, sed totæ dicuntur [ Ritu Paschali ] de Festo subsequente, seu duplici, seu semiduplici, cum Commemoratione Festi simplicis (si quod cras occurrat) ac Commemoratione de Cruce, si Festum illud sequens fuerit tantum semiduplex, ut supra. Si verò cras occurrat Festum Simplex, tunc hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum e-

S

ruat

runt quidem de Feria, à Capitulo autem de Festo simplici sequente. Si denique Feriam hodiernam sequatur alia Feria, tunc totæ Vesperæ erunt de Feria hodie currente, dicendo de ea Psalmos feriales, ut in Psalterio sub una Antiphona *Aleluja*, uti ibi Tempore Paschali: Capit. (*Christus resurgens ex mortuis &c.*) uti supra in Laudib. extatque annotatum in Vesperis Fer. II. Temp. Paschali, nec non in Propr. de Tempore hodie. Hymnus (*Ad regias Agni &c.*) & Versus (*Mane nobiscum &c.*) ex Dominica, ut ibid. Temp. Pasch. Orat. Dominica præced. Col. Alb.

Modus hic dicendi *Officium & Missam* de Feria infra Hebdomadem occurrente observatur etiam reliquo Tempore Paschali, quando fit *Officium & Missa* de Feria infra Hebdomadem occurrente [exceptis ex parte tribus Ferijs Rogationum, de quibus suo locò] nisi quòd cuius Feriæ ad Nocturnum proprii assignentur Versus, Propriæ item Lectiones, & Responsoria, ac denique propriæ Antiphonæ ad *Benedictus* in Laudib. & ad *Magnificat* in Vesperis, usque ad Vesperas Feriæ VI. exclusivè: & Versus quidem cujuslibet Nocturni ferialis sumitur Feriâ II. & V. ex I. Noct. Dominicæ præced. Feriâ autem III. & VI. ex II. Nocturno; ac denique Feriâ IV. ex III. Nocturno. Lectiones, verò, & Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* dicuntur,

uti pro quavis Feria notantur in Proprio de Tempore, nisi locò Lectionum ibi assignatarum ponendum quandoque sit *Initium Lectionis de Scriptura*, quod die suo poni non potuit, modò superius, & in Rubric. Generalib. Tit. 26. n. 6. & 7. declaratò. Responsoria denique, quando propria in Ferijs Temporis Paschalis non assignantur, sumuntur ex Dominica, in qua primò sunt posita, hoc ordine: Feriâ II. & V. ponitur 1. & 2. Responsorium I. Nocturni Dominicalis: Feriâ III. & VI. 1. & 2. Responsorium II. Nocturni. Feria IV. primum & secundum Responsorium III. Nocturni. Quòd autem primum & secundum solummodo Responsorium cujuslibet Nocturni omittitò tertio, in Ferijs infra Hebdomadem dicto Ordine sumatur, fit ideo, quòd in Ferijs Temporis Paschalis, quod est inter Dominicam in Albis, & Ascensionem, dicantur tantùm 2. Responsoria in Officio trium Lectionum; quia post tertiam Lectionem dicitur *Te DEUM Laudamus &c.* exceptâ Feriâ II. Rogationum, in qua post tertiam Lectionem non dicitur *Te DEUM*, sed Tertium Responsorium.

Quòd si Responsoria I. Nocturni ejus Dominicæ, in qua primò ponuntur, propter Festum duplex in ea occurrens in ipsa Dominica poni non possint [uti contingit, si Duplex incidat in Dominicam III. IV.]

aut V. post Pascha] tunc juxta Rubr. Gen. XXVII. n. 7. poni debent prima die ejus Hebdomadae, in qua occurrit feri de Feria, & omitti illa, quae forte in illa Feria propria habentur: Quod si verò in tota illa Hebdomada non occurrat dies, in qua fiat de Feria, tunc Responsoria illa ponantur in sequenti Dominica, aut Hebdomade similiter non impedita, dummodo in ea Dominica immediatè, aut mediatè subsequente non occurrant alia Responsoria primò ponenda, seu nunquam adhuc posita: eo enim in casu Responsoria illa priora pro illo annò penitus sunt omittenda. Responsoria quoque, quae in aliquibus Ferijs per Hebdomadem habentur, si eo die, quò posita sunt, dici non possunt propter Festum in ea occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omittenda, esto nunquam adhuc fuerint dicta.

In Missis *Votivis*, quae dicuntur Tempore Paschali, perinde ac in *Festivis*, additur ad Introitum ante Psalmum duplex *Alleluja*, unum in fine Offertorij, & unum in fine Communionis, ubi non jam antecederet haberetur: Omissio quoque Graduali dicuntur 2. Versus, cum 4. *Alleluja*, ut suis locis ponitur. In omnibus quoque *Votivis*, quae Praefationem propriam non habent, dicitur Praefatio Paschalis.

FERIA, VI. post Dominicam in Al-

§ 2

bis nonnulla *Calendaria* seu *Directoria* *Diocesana* ponunt *Festum de Clavis & Lancea Christi* tanquam concessum pro tota Germania, ac Ritu *Duplici minore* cum *Officio* & *Missâ* propria [in qua dicendum sit *Gloria*, sine *Credo*, Praefatio autem de S. Cruce] celebrandum in *Colore rubro*, dividensque *Vesperas Secundas* cum sequenti *Duplici minore*. Quaedam tribuunt eidem Festo Riturum *duplicem majorem*, pariter quidem concessum pro tota Germania, attamen non nisi *ad libitum*, eique tribuunt *Colorem Alb.* *Missam*que cum *Gloria*, & *Credo*, Praefationem verò *Communem*. Denique non desunt *recentiorum* quorundam *Breviarior. Supplementa* cum *Titulo* ei praefixo: *Duplex 2. Classis, Feria VI. post Dominic. in Albis Celebrandum, aliò Festò 9. Lectionum non impedita, per Germaniam*, nullo allegato Pontifice à quo sit concessum; cum tamen aliquod ex proximè praecedentibus *Director.* asserat esse concessum [sub *Ritu Dupl. majore ad lib.* recitandum per Germaniam] ab *Innocentio XI.* Alij verò nec agnoscunt, nec celebrant hoc Festum; quia praeter concessionem, quae Anno 1353. aut 1354. vel juxta aliquos 1361. ab *Innoc. VI.* perente *Carolo IV.* Imperatore facta legitur, nullam aliam, quae ipsis videatur satis *authentica*, inveniunt; ea autem, quae facta tunc est, revocata subin videatur per *Bullam S. Pij V.* ad *Initium Breviarij Romani* extantem: nisi fortassis

14-

sustineri queat hęc Titulõ, quod in eadem Bulla permittantur Officia, quæ ante 200. annos ante illam sunt concessa: inter ea autem etiam hoc Officium videatur posse numerari, utpote 215. annis prius concessum, quàm Bulla illa sit edita. Quæ tamen Ratio [præterquam quod Bulla Piana loquatur de *Breviarijs*, non autem de *Officijs singularib.*] non sufficit, ut quis Authoritate quasi propria *Officiõ* ac *Missã* ibi celebret hoc Festum, ubi legitima consuetudine nondum facta est ut ita dicam, præscriptio, aut de obtento speciali Indulto Apostolico illud sub hoc vel illo Ritu celebrandi authenticè non constat; Quale, opinor, præter illæ Diœceses, in quarum Proprijs Diœces. à Sac. Rit. Congr. quoad *Officia* in eis contenta Romæ recognitis, & approbatis, hoc quoque de SS. *Clavis & Lancea* OFFICIUM reperitur: cuiusmodi tamen Officium cum in Propr. nostra DIOECESANO, ex commissione Clementis VIII. [prout constat ex ejus Præfatione] à S.R.C. Romæ recognito & approbato, non reperiatur, ideo in DIOECESI nostra BRIXINENSI (uti & in plurib. alijs) non celebratur hoc Fest. jam à centum & amplius annis, esto forsitan ante restitutum, recognitumque Breviar. Rom. id olim fuerit *Officio & Missa* celebratum juxta ea, quæ refert Auctor Pulp. Doct. l. 2. p. 387. An verò transferri possit ibi, ubi est concessum, in casu, quò Feria

VI. post Dom. in Alb. est impedita Officiõ aut Festõ Ritus altioris, vel dignioris, vide infra P. III. Tit. 5. in fin.

Quod si nec Feria VI. nec SABBATO sequente infra hanc, aut aliam Hebdom. Temp. Pasch. occurrat Fest. aliquod 9. Lect. tunc Feria ejusmodi VI. dicitur Vesp. usque ad Capitulum de Feria VI. currente, ut in Psalterio Tempore Paschali, recitando scilicet omnes illius Psalmos feriales sub una Antiphona *Alleluja*, ut ibi Temp. Pasch. à Capitulo autem fit Ritu Paschali de S. *Maria in Sabbato* [cum Commemoratione *Simplicis* occurrentis, & de S. *Cruce* tantum] ut in Tempore Paschali. *Col. Alb.* Quod si Feria quidem VI. occurrat Festum 9. Lectionum, non item in Sabbato sequenti, tunc Feria VI. Sabbatum ejusmodi præcedente Vespere sunt de Festo, de S. *Maria* autem fit in illis solummodo Commemoratione per Antiphonam, Versic. & Orat. ut ibi: attamen in fine Hymni: *Te Lucis ante terminum* dicitur nihilominus *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Quæ Clausula est propria relijs quoque Hymnis Offici de S. *Maria*, si sint ejusdem Metri. Itaque

Omnibus SABBATIS, in quibus non occurrit Festum 9. Lectionum à Dominica in Albis, usque ad Dominicam V. post Pascha, fit Officium de S. *Maria in Sabbato*, Ritu, ut dixi, Simplici Paschali, in Officio B. *Mariæ* in Sabb. Tempore Pascha-

Il præscripto. Ad *Matur.* Invitatorium, & Hymnus de B. Maria: Antiphon. *Alleluja*, Psalmi ferial. I. & II. Lectio de Script. occur. 3. de Menſe curr. Verſ: Reſponſ. ac Reliqua ad Laud. & Hor. de B. Maria in Sabb. Temp. Paſch.

Si quod *Festum Simplex* in tali Sabbato occurrat, ſit de eo ſolummodo Commemoratio [ ſine Lectio- ne, etiamſi propriam alioquin habeat ] in Officio de S. Maria, & quidem ante Commemorationem Paſchalem de S. Cruce, atque etiam in Miſſa: Quæ eſt una ex Votivis de S. Maria à Paſch. ad Pentec. in ea *Gloria*, ſine *Credo*. Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Eccleſia*, vel pro Papa, niſi faciendâ ſit, ut dixi, Commemora- tio de Feſto Simplicis occurrente: tunc enim Oratio 2. erit de Simplicis. 3. autem de S. Spiritu. Præfatio de B. M. V. & *Te in Veneratione*. In fine *Ite &c.* Col. Alb.

Ad *Vesperas*, ſi cras non occurrat Feſtum Duplex, & hodie factum ſit de S. Maria in Sabbato, dicuntur Psalmi feriales ſub una Antiphona *Alleluja*, ut in *Psalterio Temp. Paſch.* Capitulum autem, & reliqua omnia de Dominica cras occurrente, uti notantur in Proprio de Tempore, cum Commemoratione *Festis Simplicis* [ ſi quod cras occurrat ] & de S. Cruce tantum.

Si verò cras occurrat Feſtum Duplex, *Vesperæ* Ritu Paſchali dicentur de eodem, cum Commemoratione Dominicæ, atque etiam Feſti Simplicis cras occurrentis, niſi Feſtum de quo ſunt *Vesperæ*, ſit Duplex 1. aut 2. Clafſis: nam Feſta 1. Clafſis excludunt omnem Feſti Simplicis Commemorationem, Feſta autem 2. Clafſis eam ſolummodo admittunt in ſuis Laudibus, ac Miſſis tantum privatis.

## TITULUS XXIV.

De Dominica II. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadâ II. post Octav. Paſchæ occurrentibus.

Cum DOMINICA II. & reliquæ Feſtum Duplex [ ſeu minus, ſeu majus ] uſque ad Pentec. ſint tantum ſit de eo, cum Commemoratione tamen Dominicæ in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa*, atque etiam 9. de eâ Lectio in Officio, ac ult. *Evange-*

gelo in Missa, cum Commemoratione insuper ejusdem in 2. Vesperis, nisi sequatur Festum 1. aur. 2. Classis; tunc enim Vesperæ erunt de illo sine Commemoratione Dominicæ præcedentis; imò etiam Duplicis minoris aut majoris eo die celebrati, nisi crastinum Festum sit tantum Duplex 2. Classis; hoc enim [ exceptò Festò Circumcisionis ] Commemorationem præced. Duplicis inferioris se in suis 1. Vesperis non excludit, esto in ijs excludat Commemorationem Dominicæ præcedentis.

Si Festum Duplex in hac, aut alia simili Dominica non occurrat, Officium sit de ea *Ritu Semiduplici Paschali*, de reliquo verò eòdem proportionaliter modò, quò in Dominica in Albis, dicendo omnia ut in Psalterio Temp. Pasch. & in Proprio de Tempore. Lectiones I. II. & III. Nocturni, ut ibi. Responsoria pariter in Loco. Antiphona ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* propria. Oratio eadem, quæ in 1. Vesperis. Si in hac, aut reliquis Dominicis usque ad Pentec. occurrat Festum Simplex, sit de eo in Officio Dominicæ Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, legiturque de eo-

dem 9. Lectio [ si propriam habeat, alias non ] in Officio. *Col. Alb.*

Missa propria cum *Glor. & Cr.* Oratio 2. *Concede. 3. Ecclesie*, vel pro Pap. nisi occurrat Festum Simplex, tunc enim 2. Oratio erit de Simplicis. 3. *Concede.* Præfatio Paschal. In fine *Ite, & Evang. S. Joan. Col. Alb.*

VESPERÆ, nisi cras occurrat Festum Duplex, dicuntur de Dominica currente, Psalm. *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica, qui omnes dicuntur sub una Antiphona *Aleluja*, ut in Psalterio Temp. Pasch. Capitulum, & Anaph. ad *Magnificat* propria. Hymnus (*Ad Regias agni &c.*) & Versus (*mane nobiscum &c.*) ut in Vesperis Sabbati in Albis. *Col. Alb.* Si cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ hodiernæ sunt de eo cum Commemoratione Dominicæ, nisi sit Duplex 1. aur. 2. Classis. Color Festi conveniens.

Infra Hebdomadem II. post Octavam Paschæ OFFICIUM tam *seriale*, quàm *festivum*, tam quoad Horas, quàm quoad *Missam*, sit eò proportionaliter modò, quò infra Hebdomadem post Dominicam in Albis utrumque fieri debere Titulo præcedente est declaratum.



## TITULUS XXV.

### De Dominica III. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadam III. post Octav. Paschæ occurrentibus.

**D**OMINICÂ III. post Pascha, & Ferijs infra Hebdom. illam occurrentibus sunt omnia eò modò, quò Dominicâ, ac Hebdomadâ proximè præcedente, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*. Quòd si ob *Festum Duplex*, hâc Dominicâ occurrens, habentque proprias *Lectiones*, *Initium Libri Apocalypseos* [ alioqui hâc Dominicâ ponendum ] in ea poni non possit, ponendum est proximo die, seu feriali, seu festivo, similiter non impeditò. Si tamen *Festum S. Joannis* ante *Portam Latinam* incidat in hanc Dominicam, aut Hebdomadem, leguntur in eo in *I. Nocturno* *Lectiones de Scriptura occurrente* [ hoc est de *Libro Apocalypseos* ] non autem de ejus *Epistolâ* prima, ut alioquin in propria illius *Festi Rubrica* præscribitur. Porro si *Responsoria I. Nocturni* hujus Dominicæ, in qua primò ponuntur, propter *Festum Duplex* in ea occurrens in ipsâ Dominicâ poni non possint, ponenda sunt prima die, in qua infra Hebdomadem occurrit fieri de *Feria*, & tunc omittenda alia, quæ forte in illa *Feria* propria habentur: Quòd si tota Hebdomade nunquam fiat de *Feria*, *Responsoria* illa Dominicæ pro eò annò penitus sunt omittenda: quia tunc nec sequente Dominicâ *IV. post Pascha* [ ob occurrentia alia *Responsoria* primò ponenda ] poni ea possunt. Vid. super. dicta.

*Dominicâ III. post Pascha* ante 12. circiter annos in quibusdam *Calendarijs Germaniæ* ponebatur *Festum S. Raphaëlis Archang.* tanquam *Titulo* ampliore, quàm *Diecepsano* celebrandum: Verùm ab alijs, & ab his ipsis deinceps est omissum; quòd non constet, quando, & à quo concessum sit pro tota *Germania*, aut *Terris Augustissimo Imperatori* subiectis: Unde neque hac die, neque die 24. *Octob.* [ pro qua *Hispan.* juxta *Appendices* quorundam *Breviarior.* est concessum ] in *Terris* alijs *Austriacis* hucusque celebratur. Fuerunt quidem a. 1698. *Typ. vulgatæ* quædam *Schedæ*, in quibus unâ cum *Offic. de Clav. & Lancea Christi* impressum quoque cernebatur *Officium* de *S. Raphaële*, tanquam pro tota *Germania* concessum; at quia com-

per-



perum subinde est, Schedas illas non esse satis Authenticas, [cujusmodi etiam circa aliorum Sanctorum Officia, nominatim S. Conradi Placentini, ut P. 2. 19. Febr. anno, vulgaræ non semel fuerunt] ideo abstinendum erit à Recitatione illius Officij ijs in locis, pro quibus legitimè non constat esse concessum à Sac. Rit. Congr. ipsaque Sede Apostolica. Quòd si particulari alicui, Eccl. alterive Communitati, aut etiam Regno ponatur Specialiter concessum, non tamen propterea etiam alij illud recitantes censeri possunt satisfacere Præcepto de recitandis

Hor. Canon, quandoquidem S. R. C. [ut constat ex ejus Decretorum Registro, Calendario Brev. ac Missal. Rom. præfixo] declaravit, citra suam, aut Sedis Apostol. Licentiam non posse extendi *de Loco ad Locum officia alicubi concessa*. Post hæc jam jam typum subitura, accipio Litteras, quibus mihi significatur, rescriptum esse Româ ad quemdam Directorij cujusdam in Provincia Austriæ Concinnatorem, nihil Romæ sciri de Indulto Apostolico Provincie illi concessio pro celebrando supra dicto Festo S. Raphaelis.

## TITULUS XXVI.

De Dominica IV. post Pascha, & Ferijs infra Hebdomadam IV. post Octav. Paschæ occurrentibus.

**H**ÆC quoque DOMINICA cum sua Hebdomade, quoad Modum dicendi in ijs Officium & Missam, nil habet diversum à modo eadem dicendi superius Dominicâ I. & II. post Pascha declaratò. Quòd si Lectiones I. Nocturni hujus Dominicæ lectæ sint pridie [ob occurrens scilicet Sabbato præcedente Festum SS. Apostolor. Philippi & Jacobi] tunc in I. Nocturno hodierni Officij non sunt repetendæ hesternæ Lectiones,

seu *Initium Epistolæ Catholice S. Jacobi Apost.* sed legi tunc hodie debent Lectiones Feriæ secundæ subsequenter, juxta Propr. huic Dominicæ Rubricam. Quòd si ob *Festum Duplex* habens proprias alias Lectiones, in hac Dominicâ occurrens, *Initium Epistolæ S. Jacobi*, nondum lectum, in ea poni non possit, ponendum illud est proximo die infra Hebdomadem [seu feriali, seu festivo] similiter non impedirò. Pari modo si Responsoria I. Nocturni hujus Do-

mi-

minica, in qua primò ponuntur, ob occurrens in ea Festum Duplex, in hac Dominica poni non possint, tunc ponenda sunt prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria, & omittenda illa, quæ fortè in ea Feria propria habentur: Quòd si totà hâc Hebdomadâ non occurrat dies, in qua fiat de Feria, ponenda sunt hujus Dominicæ Responsoria I. Nocturni in sequente Dominica, aut Hebdomade similiter non impedita: Unde quandoque sit, ut illis ponendis primùm detur locus in Feria III. Rogationum; quæ si & ipsa sit impedita, eò annò penitus sunt omittenda.

## TITULUS XXVII.

### De Dominica V. post Pascha, & Ferijs Rogationum.

**H**AC ETIAM DOMINICA Officium & Missa sunt eò modò, quò dictum suprâ Dominicâ I. & II. post Pascha.

In I. tamen illius Nocturno ponitur *Vitium Epist. 1. S. Petri Apost.* Quòd si ob Festum Dupl. habens proprias Lectiones, hodie poni non possit, ponendum est die proximo similiter non impeditò. *Rub. Gen. 26. n. 7.*

Quòd si Responsoria I. Nocturno hujus Dominicæ assignata [ quæ omnino coincidunt cum Responsorijs I. Nocturni Dominicæ IV. post Pascha ] neque in hodierna, neque in præcedente Dominica, ob occurrens in utraque Festum Duplex, neque etiam in tota præcedente Hebdomade [ eò quòd nunquam fieri potuerit de Feria ] primò poni poterint, aut possint, tunc ponenda sunt sequenti Feriâ tertiâ Rogationum, si tunc fiat de Feria, aut etiam hac impedita in Feria 4. Rogationum, si tunc fiat de Vigilia; alioquin omittenda pro eo anno ex præscripto Rubric. General. Tit. 27. n. 7.

FERIA II. ROGATIONUM est *Feria major*. Unde licet non excludat Festum 9. Lctionum in ea occurrens, etiam translatum, quò minùs in ea possit celebrari, fieri tamen de ea Commemoratio debet in Laudibus ac Missa ante Commemorationem Festi Simplicis, si etiam de eo simul occurrente faciendâ sit Commemoratio, attamen post Commemorationem de die infra Octavam [ si talis simul occurrat ] nec non in Officio dici de eadem 9. Lectio, & in Missa ultimum legi Evangelium, quocunque Festo, etiam 1. Claf. in ea occurrat.

Quòd

Quòd si Festum Duplex, aut Semiduplex [ etiam translatum ] in ea occurrens non habeat proprias Lectiones in I. Nocturno, tunc Lectiones pro I. Nocturno Festi hodie occurrentis sumendæ sunt ex Communi Sanctorum, nisi fortè *Initium Epistolæ primæ B. Petri Apost.* heri ponere non potuerit, tunc enim hodie est ponendum in tali Officio de Festo in I. illius Nocturno. *Rub. Gen. 26. n. 7. ac 9.* Pari modo per eandem Rubricam sumendæ sunt Lectiones de Communi Sancti. pro I. Nocturno, si Feriâ II. Rogationum occurrat *Dies infra Octavam* : Si verò eadem Feriâ II. Rogationum occurrat *Dies Octava* alicujus Festi, tunc in I. Nocturno diei Octavæ repetendæ sunt Lectiones, quæ in I. Nocturno Festi habentis Octavam sunt lectæ.

Quòd si Feriâ hac II. occurrat quodcumque Festum 9. Lectionum, aut *Dies Octava* alicujus Festi, fit quidem de eo ( Ritu Paschali ) *Officium ac Missa* cum Commemoratione tamen, ut ante dictum, de hac *Feria* in *Laudibus*, ac *Missis privatis* tantùm ( & quidem ante Commemorationem de Festo *Simplici*, si de eo simul occurrente faciendâ sit Commemoratione, verumtamen post Commemorationem de *Die infra Octavam*, si etiam talis simul occurrat in Festo, quod non est 1. aut 2. Classis) necnon cum 9. *Lectione de homin. Fer. in*

*Offic & ult. ejusdem Evang.* in dictis *Missis* : at verò in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis*, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, dicuntur tunc Feriâ 2. Rogationum duæ *Missæ* Conventuales, una post *Tertiam* de Festo sine Commemoratione *Feria*, altera post Nonam de *Fer. Rogat.* sine Commemoratione ullius Festi. In Priore ( si sit de Festo Semiduplex ) 2. Oratio erit *Concede*. 3. *Ecclesijs* vel pro Papa, nisi simul occurrat Festum Simplex; tunc enim in *Missis* de Festo ( nisi sit 1. aut 2. Classis ) Oratio 2. est de Festo *Simplici* simul occurrente, 3. autem ( nisi Festum, de quo hodie sit *Officium*, sit Duplex ) est *Concede*. In posteriore verò seu *Missis* de *Feria* Oratio 2. semper est *Concede*. 3. autem *Ecclesijs* vel pro Papa. In Priore dicitur *Gloria* ( cum, vel sine *Credo*, pro *Qualitate Festi* aut diei ) in *Posteriore* autem nec *Gloria* dicitur, nec *Credo*. In utraque autem dicitur *Præfatio Paschalis* ( nisi fortè festiva habeat aliam sibi propriam ) & in fine uniusque Evangelium S. Joannis. In Priore dicitur *Ite*, in *Posteriore* *Benedicamus*. Ad Priorem adhibetur Color Festo conveniens. *Posterior* dicitur in *Paramentis Violaceis, & Præfatio* in eadem *Paschalis ea, quæ cum suo cantu dicitur Diebus ferialibus*, quia est *Missa ferialis*. *Gav. hic. Ecclesijs Collegiatis* quoad celebrationem *Missarum Conventualium* restit

Hen-

Henrico Pisart Sacerd. Evangel. P.  
 4. Tit. II. n. 10. se quoque Confor-  
 mant Eccles. Regular. ad Chorum  
 obligatorum; licet enim horum Ec-  
 clesie sint minus proprie Collegiate,  
 sed potius Conventuales cum Innoc.  
 IV. apud Gav. alibi relatum dicen-  
 dae, quando tamen in Cathedralibus  
 & Collegiatis cantantur duae vel tres  
 Missae Conventuales, solent quoque  
 apud praedictos Regulares totidem  
 legi: in quibus tamen Commemo-  
 rationes non aliter faciendae sunt ( in-  
 quit Pisart ) quam apud Collegiatis;  
 quia quamvis legantur, non tamen  
 censentur esse privatae. Ad has au-  
 tem quod attinet, Missa privatae di-  
 cuntur in supra dicto casu ( quo nem-  
 pe aut Festum 9. Lectionum, aut dies  
 Octava alicujus Festi incidit in Fe-  
 riam II. Rogationum ) juxta supe-  
 rius insinuata de Festo illo 9. Lectio-  
 num, aut Die Octava occurrente, at-  
 tamen cum Commemoratione ho-  
 diernae Feriae II. ex Missa Rogatio-  
 num desumenda, hujusque Evange-  
 lio in fine ejusmodi Missae festivae  
 privatae. Color Missae festivae Conve-  
 niens. Quod si Festum 9. Lectionum  
 Feriam II. Rogationum occurrens sit  
 Semiduplex, & in eadem Feriam II. si-  
 mul cum eo occurrat Festum Simplex,  
 tunc in Missis privatis ( dicendis de  
 Festo Semiduplici ) sit quidem etiam  
 de illo Commemoratione, attamen  
 post Commemorationem de Feriam  
 II. Rogationum; Unde in eo casu

in hujusmodi Missis privatis 2. Ora-  
 tio est de Feriam II. Rogationum ( ex  
 Missa Rogationum, de qua etiam  
 dicitur in fine Missae ultimum Evan-  
 gelium ) tertia vero de Simplicis: si  
 autem Festum Simplex simul cum Fe-  
 sto Semiduplici hodie occurrente non  
 occurrat, tunc 3. Oratio in Missis pri-  
 vatis, de Festo Semiduplici Feriam II.  
 Rogationum dictis, est Concede.

Quod si Feriam II. Rogationum ve-  
 niat infra Octavam alicujus Festi,  
 tunc Officium quidem dicitur de die  
 infra Octavam, cum 9. Lect. de Fe-  
 ria, ejusque Commemoratione in  
 Laudibus; at vero Missa ( seu priva-  
 ta sit, seu etiam Conventualis ) in Pa-  
 ramentis Violaceis, ac sine Glor. &  
 Cred. dicitur de Feriam corrente, sicut  
 Rogationibus, cum Commemora-  
 tione Octavae, ac Festi Simplicis,  
 si quod simul die illa occurrat: al-  
 lioqui Oratio 3. erit Concede. Prae-  
 fatio in hac quoque Missa dicitur  
 Paschalis ut supra. In fine: Bene-  
 dicamus, & Evang. S. Joan. Color  
 Altaris autem concordare debet in  
 tali casu cum Officio currentis O-  
 ctavae, at vero color Vestium Cele-  
 brantis ac Paramentorum Calicis  
 concordare cum Missa, adeoque esse  
 Violaceus: Imò pro Missa solenni  
 convenit, ut Pallium quoque Altaris  
 ( vulgo Ampendium ) in eo casu  
 concordet cum Colore Paramento-  
 rum Missae. Gavant. Tom. I. P. I. Tit.  
 18. in fin.

¶

Si

Si denique FERIA II. Rogat. nul-  
lum occurrat Festum 9. Lectionum, nec  
Dies Octava alicujus Festi, nec Dies ali-  
qua infra Octavam, OFFICIUM & MISSA  
fiet de ea. Col. Viol. Et Officium qui-  
dem fit ut in Psalterio Tempore Pa-  
schali. Lectiones propr. de Homil.  
in Evang. cum 3. Responsorijs ( quia  
non dicitur Hymn. Te DEUM ) ut i-  
bi. Ad Laudes Antiph. & Psalm. de  
Dominica cum Antiph. ad Benedi-  
ctus, & Orat. propr. Si simul occur-  
rat Festum Simplex, fit de eo Com-  
memoratio ( sine Lectione de eo ) in  
Laudibus. Non dicuntur Preces ser-  
iales in hac Feria, sed tantum Com-  
memoratio de S. Cruce suis locis, &  
quidem post Commemor. de Festo Simpl.  
occurr. aut subsequente : Quia Com-  
memoratio de Festo, ob Titulum  
festivum privilegiata, ut alijs Com-  
munionibus Commemorationibus præ-  
fertur, ita etiam Commemorationi  
de Cruce. Ad Vesp. ferial. Col. Alb.

Notandum hic, eas Congrega-  
tiones, Religiones, ac Nationes seu  
Ecclesias, quibus alioquin à Sede  
Apostolica indultum est, ut semel  
vel pluries singulis Hebdomadis aut  
mensibus dicant Officium & Missam  
v. g. de SS. Sacramento, aut certo  
aliquo Sancto diebus nullo Festo  
Duplici vel Semiduplici impeditis,  
non posse uti hõc suo privilegio in  
Feria II. Rogationum, quantavis  
nullum in eam incidat Festum 9.  
Lectionum. Constat ex Decreto S.

R. C. de anno 1706. 20. Martij ema-  
nato, de quò supra Feria IV. Cine-  
rum, ac alibi.

Triduò ante Festum Ascensio-  
nis ( adeoque hodie, cras, & peren-  
die ) sunt Litaniae minores, id est, Ro-  
gationes, seu Deprecationes ob Pecca-  
ta, Pacem, Pestem, Conservatio-  
nem Frugum, & Cæteras Necessita-  
tes, ut loquitur Ordo Romanum apud  
Gav. T. 1. P. 4. Tit. 11. ubi etiam  
declarat Nomen, Originem, ac Dif-  
ferentiam Litaniarum majorum, ac  
minorum : uti & To. 2. sect. 6. Cap.  
16. Modum tam illas, quam illas  
decantandi in Processionibus, hõc  
Triduò, uti & regulariter in Festo  
S. Marci ab Ecclesia institui solitas ;  
de quibus etiam Bauldry P. 4. c. 12.  
n. 14. & P. eadem c. eod. à n. 9. fuse ac  
eruditè. Ex quibus præter referenda  
inferius P. II. Die 25. April. hõc locum  
tantum veniunt observanda.  
est : Ad Processionem non ante iu-  
gendum, nec discedendum ab Altari,  
quàm sit cantatum : Sancta Maria  
ora pro nobis. Alterum est, Clericos,  
qui hõc Triduò non intersunt Pro-  
cessionibus Rogationum, debere ju-  
xta Rubricam post Laudes Diei  
privatim recitare ( & quidem flexis  
genibus, ob mœrorem, quem Co-  
lor Violaceus repræsentat ) Litanias  
cum suis Precibus, & Orationibus, que  
habentur post Psalmos Pœnitentia-  
les, attamen sine his ; Eos verò,  
qui comitantur Processionem, cavere  
de-

debere ( ut monet Gavantus ) ne in ea fabulentur, & sic vel nullò modò, vel tantùm materialiter cantent Litanias, ac proin rei fiant Co-ram DEO, simulque contrahant obligationem gravem Litanias cum suis Precibus &c ( utpote vel nullò modò, vel tantùm materialiter à se decantatas ) postmodum priva- tim die illo supplendi ac recitandi : Quandoquidem *Litanie*, ac *Preces*, hoc Triduo à Rubricis ijs Clericis *præscripta*, qui ad horas Can. recitandas obligantur, ex comunissima ac multò probabiliore Sententia, fundata in c. *Rogation. de Consecr. dist. 3.* sunt Pars nota- bilis Offic. Gan. illius diei : sunt au- tem alligatæ probabiliùs ipsi diei, ità, ut non possint pridie cum Laud. con- junctim dici, uti tamen ( ubi legiti- ma consuetudine est introductum ) dici potest Officium Defunctorum pridie Commem. omnium Fidel. Defunctor. Rationem & Disparita- tem contra Gavantum ( id ipsum de Litanijs Rogationum Conceden- tem ) dat P. Tambur. & P. Joan. Stoz de Horis Can. Vide P. Gob. de ijsd. Tr. 5. à n. 614. & 616. nec non P. I mei Pastoris Boni Dor. 2. c. 2. q. 5. ac P. La Croix To. 4. num. 1290. præcipue verò P. Guyerum, Heortolog. l. 4. c. 2. q. 6. opposi- tam Gavanti Sententiam potentes refutantem. Tertium denique est, quòd vacante Sede Pontificia in Li- tanijs omittenda sunt illa Verba :

*Domnum Apostolicum*, id est Papam [ *Domnus* enim idem est, ac *Dominus* nisi quòd, Teste Panvino, Vocabu- lum *Dominus*, Nomen terro- ris esse non reverentiæ, existimari fuerit ab Antiquis, quòdque juxta dicenda P. II. die 25. Apr. *Dominus* Titulus sit DEI, *Domnus* verò Titulus Hominis præ- clari; *Apostolicus* autem tanquam Suc- cessor Petri Principis *Apostolorum* dicitur ) uti & Versus : *Oremus pro Pon- tifice nostro N.* post Psalmum in Pre- cibus, ac denique etiam Oratio pro Papa, uti & in Canone Missæ ju- bemur tacere tunc Nomen Papæ, ac ipsam hanc Vocem *Papa*. Præ- terea ubi Litanie ( seu hoc, seu alio Tempore ) separatim à Psalmis Pœnitentialibus dicendæ sunt post aliquam ex Horis, eæ dictò *Benedi- camus Domine*, & *DEO gratias* statim sunt inchoandæ, omisso Versu : *Fidelium anima &c.* Arnaud. Tr. 2. P. 4. in Append. Tit. 4. in fin. ubi addit sequentia : Communior u- sus Ecclesiarum Urbis est, quòd ( ex- ceptò Sabbatò Sanctò, & Vigiliâ Pentecostes ) Cantores & Chorus eas dicant alternatim in *Litanijs ma- joribus* ad distinctionem à *minoribus*; alicubi Chorus reperit, quæ Cantores integrè dicunt, ut in Sabb. Sanct. qua in re standum est consuetudini Locorum : Longior Processio con- grue ad id requiritur. Hæc Arnaud.

Alicubi totò hòc Triduo ( uti & in *Litanijs majoribus*, seu Feste S. Mar-

si, faltem si cadat extra Festa Paschalia) servatur veteri more *Abstinentia à Carnibus*; alicubi verò non nisi in Vigilia Ascensionis; Alicubi denique Mos ille penitus exolevit. Quisque ergo sequatur morem aut consuetudinem suæ Diœceseos. Vide Gav. To. 1. P. 4. Tit. II. n. 12. P. Claud. La Croix Tomul. 4. n. 2291. & P. Carol. Guyetum Heorolog. l. 4. c. 2. Hæc & alia huc pertinentia accuratè discurrentem.

MISSA hodierna (si non occurrat Festum 9. Lection.) est de *Rogationibus*, prout notatur in Missal. Rom. post Dominicam V. post Pascha: diciturque sine *Gl. & Cr.* cum Commemoratione *Festi Simpli- cis*, si quod occurrat, & tunc *Oratio 3. est Concede*: alioquin hæc est secunda, Tertia autem *Ecclesia*, vel pro Papa. In ead. dicitur *Præf. Paschal.* In fine *Benedicamus*, & *Evang. S. Joan. Col. Viol.* Hæc eadem Missa dicitur quoque in *Litanijs*, tam *majoribus* (quales sunt seu appellantur eæ, quæ regulariter dicuntur in Festo S. Marci, ut suò locò) quàm in *minoribus* (quales sunt eæ, quæ dicuntur hòc Triduò) ad Processionem, atamen ad hanc sine Commemoratione *Festi occurrentis* cujuscunque; de quo tamen, si sit novem Lectionum, potest cantari, aut faltem legi alia Missa, sed sine Commemorat. de Rogation. Unde in Missa Rogation. quæ dicitur ad

Processionem, Oratio 2. semper est *Concede. 3. Ecclesia*, vel pro Papa. Præfatio in Missa quoque Litaniarum seu Processionis semper est Paschalis, atamen cantanda Tono *feriali. Rubr. Missal. & Gav. hic.*

Ad *Offic. de Tempore* adhibetur hòc Triduò *Color Offic. conform. ad Missam* verò Rogat. & Processiones *Col. Violac.* De Feriâ II. Rogationum (urpote Feria majore) fit Commemoratio ad Laudes, & in Missa cujuscunque Festi, etiam *Patroni*. Si tamen dicantur duæ Missæ, tunc in *solemni* non fiet Commemoratio, sed tantum in *privatis*, in quibus etiam dici debet ultimum de Feria II. Rogationum Evangelium: & de eadem dici nona Lectio in Officio etiam de Patrono, cum ejusdem Ferie Commemoratione in Laudibus ejusdem Officij. *Bauldry hic.*

*Vespera*, nisi cras occurrat Festum, dicuntur de Feria currente, ut in Psalterio Tempore Paschali, ac Propr. lbc. cum Oratione Dominica præced. & Commemoratione de Cruce. Antiph. ad *Magnificat* ut in Propr. de Temp. *Col. Alb.* Si verò sequatur Festum solummodo Simplex, tunc quidem *Vesperæ* usque ad Capitulum pariter erunt de Feria currente, ut in Psalterio Temp. Paschal. at verò à Capitulo dicentur [Ritu Paschali] de Festo cum Commemoratione de S. Cruce tantum, ut Tempore Paschali. *Color Fe.*

sto conveniens. Si denique cras occur-  
rat Festum, aut Officium 9. Lectio-  
num, totæ Vesperæ erunt de illo,  
sine ulla Commemoratione, si illud  
fuerit *Duplex*; vel tantum de S. Cruce,  
si fuerit *Semidupl.* nisi fortè etiam  
simul occurrat aliquod *Festum Sim-  
plex*; tunc enim etiam de hoc faci-  
cienda erit Commemoratio in ho-  
diernis Vesperis de Festo 9. Lectio-  
num [ nisi hoc sit 1. vel 2. Classis ]  
ac crastinis Laudibus, cum 9. de eo  
Lectio, si propriam, aut proprias  
habeat. *Color Festo conveniens.*

Si hoc Triduo Festum non oc-  
currat, Altarium minorum Para-  
menta erunt *Officio conformia*, Al-  
taris autem majoris, & Celebran-  
tium in quocunque Altari de ea,  
conformia erunt *Missæ Rogationum.*

FERIÀ III. Rogationum, si in  
ea occurrat Festum 9. Lectio, aut  
*Dies Octava* alicujus Festi, aut *Dies*  
*infra Octavam*, sit de illo tam OFFI-  
CIUM, quàm MISSÆ etiam PRIVATÆ,  
cum Commemoratione de Festo *Sim-  
plici* in 1. Vesperis, ac *Laudibus* [ si  
quod simul in hac Feria occurrat ]  
atque etiam cum 9. de eo *Lectio*,  
si propriam aut proprias habeat; at  
verò de *Feria III. Rogationum* [ quæ  
est tantum *Feria minor* ] in Officio  
Festi nulla sit Commemoratio, uti  
nec *Festi Simplicis*, si Festum 9. Le-  
ctionum, de quo sit Officium, sit 1.  
Classis, aut non nisi in *Laudibus*, ac  
*Missis privatis* [ cum 9. tamen dictò

modò de eo *Lectio* ] si sit *Dupl. 2.*  
Class. In *Miss. priv. alior. festor. 2.* O-  
rat. est de Festo *simpl.* si quod simul  
occurrat. 3. de Rogationibus, ut in  
*Missæ Litaniarum* seu Rogationum,  
sine alia Commemoratione hodiernæ  
Feriæ: alioquin autem [ id est  
nullo Festo *Simpl.* simul occurr. ] 2.  
Oratio est de Rogationib. 3. *Concede*  
nisi sit *dupl.* Ubi autem dicuntur 2.  
*Missæ Conventuales* [ uti dici de-  
bent in Ecclesijs *Cathedralibus & Col-  
legiatis* ] occurrente aliquo Festo 9.  
*Lectio*, aut *Die Octava* alicujus  
Festi [ non autem *Die* solummodo  
*infra Octavam* ] dicuntur in hac Fe-  
ria duæ *Missæ Conventuales*, una sci-  
licet de Festo post *Tertiam*, alteræ  
verò de Rogationibus post *Nonam*.  
In *Missæ* de Festo autem tunc 2. Ora-  
tio est de Festo *Simpl.* simul occurr.  
3. *Concede*, si non sit *dupl.* In *Missæ* verò  
de Rogationibus 2. Oratio semper  
est *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro Pap.  
uti etiam in *Missæ festiva*, si Festum  
*Simplex* simul non occurrat. Porro  
in utraque ejusmodi *Missæ Conven-  
tuali* [ nisi fortè *festiva* propriam ha-  
beat ] semper dicitur *Præfatio Pa-  
schalis*, & in fine utriusque Evan-  
gelium S. Joan. In priore tamen  
dic. *Gloria* [ cum, vel sine *Credo*, pro  
Qualitate Festi ] ac *Ite* in fine. Ac  
verò Posterior dicitur sine *Glor.* &  
*Cred.* cum *Benedicamus* in fin. ac  
*Præfat. Paschal.* in Tono ferial.

Si autem *Feria III. Rogation.* oc-

cur,



currat festum solummodo Simplex, tunc fit Officium de eo, sine Commemoratione de FERIA CURRENTE, sed tantum de CRUCE, ut Tempore Paschali: at verò Missa dici tunc potest vel de FESTO cum Commemoratione Rogationum, vel de Rogationibus cum Commemoratione Festi [ ut dicitur in Rubrica propria ] & 3. Oratione Concede, Præfat. autem Paschali, ac ult. Evang. S. Joannis in utraliber. Paramenta autem Altarium minorum in tali Festi Simplicis cum hac FERIA Rogation. occurrentiã erant quoad colorem conformia Officio, at verò Altaris majoris [ falkem sub Missa solemni ] & Celebrantium ad quodecunque Altare, conformia erant Missæ, quam celebrant, adeoque Violacei Coloris, si dicant Missam de Rogationibus; secus autem, si dicant Missam de Sancto. Gav. To. I. P. I. Tit. 18. fin. Notat ramen hîc Bauldry, in hujusmodi Festi Simplicis in FERIA III. Rogat. occurrentia in Ecclesijs Cathedralib. & Collegiatis videri sibi dicendas esse duas Missas Conventuales, unam de Sancto, alteram de Rogationib. modò suprà declaratò. Porro Missa Procession. seu Litaniarum semper est de Rogationibus cum Orationib. ac Cæteris in ead. ut heri.

Si denique FERIA III. Rogat. nullum omnino occurrat Festum [ hoc est, nec trium, nec novem Lectio-

num ] neque etiam dies Octava alijus Festi, nec dies infra Octavam tunc Officium dicitur de ea, ut in Psalterio Temp. Paschali. Lectio- nes Nocturni de Scriptura occurren- te, ut in Propr. de Temp. nisi ponenda sit Initium Epist. I. B. Petri Apostoli: eò quòd Dominica præcedente [ ob- occurrens in ea tunc Temporis Festum Duplex, habens proprias in I. Noct. Lectiones ] poni non potuerit. Responsorialia duo pariter ibi, nisi fortè ponenda sint Responsorialia ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis: Si oblitus fuero. & : M- derunt Te &c. [ coincidentia cum Responsorij I. Nocturni Dominicæ IV. post Pascha ] eò quòd nec Dominica IV. post Pascha, nec alia deinceps FERIA, aut Dominicâ hucusque primò poni potuerint. Tertiam Lectio- nem non dic. Responsorium, sed Hymnus: Te Deum Laud. Ad Laudes Antiph. ut in Propr. de Temp. Ad easd. & reliquas Horas Oratio ut in Dominica præcedente. In Laud. Commemoratur de S. CRUCE tantum.

MISSA [ uti & I. ejus Oratio ] si nullum hodie Festum occurrat, dicitur de Rogationibus sine Gloria & Cr. ac sine Commemoratione hodierni Officij ferialis: quod est peculiare in hac die: unde 2. Oratio tunc non est de FERIA CURRENTE [ habente in Officio Orationem Dominicæ præcedentis ] sed Concede. 3.

autem Oratio est *Ecclesia*, vel pro Papa, ut notat, ac probat Gavantus To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 13. licet [ ut ibid. advertit. ] Rubrica Missal. hic in modo loquendi sit obscurior, dum ait : *Feria 3. Rogationum, si Festum non occurrat, dicatur Missa de Rogationibus, sine Gloria in Excelsis, licet in Officio dictum sit Te DEUM, & Oratio Dominica.* Quæ ultima Verba non sunt referenda ad Verba mediæ præcedentia, quasi sensus sit : *Dicatur Missa de Rogationibus, & in ea Oratio Dominica*, sed ad Verba immediatè antecedentia : licet &c. ita ut sensus sit : *Dicatur Missa de Rogationibus sine Gloria in Excelsis ( licet in Officio dictum sit Te DEUM Laudamus ) eaque cum suis Orationibus, licet nem in Officio non sit dicta Oratio hujus Missæ, sed dicta sit Oratio Dominica præcedentis.* Præfatio in hac quoque Missa dicitur Paschalis, & in ejus sine *Benedicamus*, cum Evangel. S. Joan. Color Altarium minorum est conformis Officio, adeoque *Albus*, si hodie fiat Officium de Feria, at verò Color Altaris majoris [ saltem sub Missa solenni ] & Paramentorum Celebrantium in quocunque Altari, si dicant Missam de Feria, conformari debet Missæ Rogationum, adeoque esse *Violaceus*, utpote Missæ de Lucia.

VESPERÆ hodiernæ, si hodie, aut cras occurrat *Festum Duplex*, vel *Dies Octava* alicujus Festi, dicantur

de Festo, aut *Die Octava* hodie vel cras occurrente, cum Commemoratione Festi Simplicis tantum, si cras Festum Simplex simul occurrat, nisi Festum Duplex, de quo hodie sunt Vesperæ, sit Festum 1. aut 2. Classis; nam si sit 1. *Classis*, etiam de Festo *Simplici* nulla prorsus sit Commemoratio; si verò sit *Duplex* 2. *Classis*, eam tantum admittit in Laudibus, Missis privatis, nec non in 2. Vesperis, si in his cum sequenti Festo *Simplici* concurrat; si autem hodie vel cras occurrat Festum *Semiduplex*, aut dies aliqua *infra Octavam*, tunc Vesperæ hodiernæ iterum erunt de Festo, cum Commemoratione Festi *Simplicis*, si quod cras occurrat, & de S. Cruce tantum [ per Antiph: *Crucem Sanctam Subijt &c.* ] quæ tamen Commemoratio de Cruce omittitur, si hodie occurrat dies *infra Octavam*; nec tunc dicuntur Preces consuetæ ad *Primam & Completorium*, etiamsi factum sit Officium de Festo semiduplici.

Si denique nec hodie, nec cras occurrat Festum 9. Lectionum, tunc hodiernæ Vesperæ totæ erunt de Feria III. currente, dicendo de ea Psalmos feriales sub una Antiphona *Alleluja*, ut in Psalterio Tempore Paschali : Capitulum quoque (*Christus resurgens &c.*) cum Hymno (*Ad regias &c.*) ac Versu (*Mane nobiscum &c.*) ac reliqua dicentur de eadem Feria currente cum Antiphona propria

U

pria

pria ad *Magnif.* & Oratione de Dominica præcedente, etiam si cras fortè occurrat *Festum Simplex* : Quia enim hoc sequenti die non habet Officium propter cras occurrentem Vigiliam Ascensionis, ideo nec convenit illud habere hodie primas *Vesperas* à Capitulo [ut in Rubr. XI. de Concurr. Offic. n. 9. & 10. monetur] ideo in tali casu de crastino Festo Simplici in hodiernis *Vesperis* ferialibus fit tantum Commemoratio, & quidem de eo solo ( nisi quòd ei superaddatur consueta Commemoratio Paschalis de S. Cruce ) sine Commemoratione de crastina Vigilia Ascensionis. Quòd si cras nullum occurrat *Festum Simplex*, fit in hodiern. *Vesper.* ferialib. tantum Commemoratio prædicta de S. Cruce. *Col. Alb.*

Qui non interfunt Processioni Rogation. hodie rursus dicere debent, & quidem flexis genibus ( ut notat Gavantus ) *Litanias* de omnibus Sanctis cum suis *Precibus* & *Orationib.*

FERIÀ IV. IN ROGATIONIBUS occurrit Vigilia [ sine *Jejunio* ] Ascensionis Domini. Quòd si hac die occurrat *Festum* 1. Classis, v. g. Patroni Principalis, tunc nec in Officio, nec in *Missa* fit aliquid de hac Vigilia, uti nec de Festo Simplici, si quod fortè occurrat. Si autem in ea occurrat aliud *Festum* 9. Lectionum ( seu duplex, seu Semiduplex )

aut alicubi dies Octava alicujus Festi, vel dies infra Octavam, tunc Officium fit de eo, cum 9. Lectione de Homilia Vigiliæ, ejusque Commemoratione ad Laudes, ut in Proprio de Tempore, dicendo post Antiphonam ( *Pater, Venit hora &c.* ut ibi ) Verbum Paschalem : In Resurrectione tua &c. & Orationem Dominicæ præcedentis : fit insuper in Officio talis Festi Commemoratio de Festo Simplici ( post Commemoratio. de Vigilia ) si quod simul occurrat, & post hanc etiam Paschalis Commemoratio de Cruce, si *Festum* 9. Lectionum hodie occurrens fit tantum semiduplex, neque occurrat dies aliqua infra Octavam, aut ipsa dies Octava : Lectiones autem 1. Nocturni, si proprias non habeat tale *Festum*, sumuntur tunc de Comuni Sanctor. idem fit, si in hac Vigilia occurrat *Dies infra Octavam* : at verò si hodie occurrat ipsa *Dies Octava* Festi alicujus habentis Octavam, Lectiones 1. Nocturni dicuntur, uti dicebantur in Festo. *Rubr. Gen. 26. n. 9. Missa* quoque *privata*, si hodie occurrat ejusmodi *Festum* 9. Lectionum, aut *Dies Octava* alicujus Festi, dicuntur de Festo, aut die Octava in hac Vigilia occurrente, cum Commemoratione primò Vigiliæ, deinde Festi Simplicis ( si quod occurrat ) ac demum etiam Rogationum, quæ in Officio nullam habent Commemorationem, sed

sed tantum in Missa diei, in qua Gloria, & Præfat. Paschalis ( nisi propriam habeat ) ac ultimum Evangel. de Vigilia. At verò in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, si hodie occurrat *Festum* 9. *Lectio*num ( quod non est 1. Classis ) aut *Dies Octava*, dicuntur in hac Vigilia 3. Missæ : Prima de *Festo* post Tertiam. Secunda post Sextam de *Vigilia*, ut in *Prop.* de *Temp.* Tertia de *Rogationib.* post Nonam; & in qualibet illarum secunda Oratio [ si dicenda est ) erit de B. V. *Concede*. 3. *Eccles.* vel pro Pap. si tamen simul occurrat *Festum* Simplex, in Missa de *Festo* ibi quoque 2. Oratio erit de *Festo* 3. autem tunc *Concede*, si *Festum* sit Semiduplex. In qualibet quoque illarum dicitur Præfatio Paschalis, & in fine Evangel. S. Joannis. In Secunda dicitur *Gloria* ( sine *Credo* ) & in fine *Ite*. Col. Alb. At verò in ultima nec *Glor.* dic. nec *Credo*, sed in fin. *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. Col. Viol.

In Ecclesijs verò alijs, in quibus cantantur tantum 2. Missæ Conventuales ( una de *Festo*, altera de *Rogat.* ) In Missa de *Festo* dic. *Glor.* 2. Orat. de *Vigil.* 3. de *Simplici*, si quod occurrat, aut, si nullum occurrat, & *Festum* non sit duplex, de B. V. *Concede*, & in fin. *Ite*, ac Evangel. de *Vigil.* In Missa verò de *Rogationib.* ( quæ sine *Glor.* & *Cr.* dic. in *Paramentis* Violac. ) Orat. 2.

*Concede*. 3. *Eccles.* vel pro Pap. ac reliqua, ut paulò antè.

Quòd si *Festum* incidens in hanc *Vigiliam* sit *Semiduplex*, & simul occurrat alicubi *Festum* Simplex ( uti contingit in *Diocesi* hac nostra *Brixinensi*, quando *Vigilia* *Ascensionis*, uti anno 1712. incidit in diem 4. *Maij*, quæ occurrit *Festum* *Semiduplex* S. *Monicæ*, & simul *Festum* Simplex *Diocesani* S. *Floriani* M. ) tunc in *Missis* privatis adhuc dicendæ sunt tantum 4. *Orationes* cum *Glor.* sine *Cred.* sequenti ordine : 1. De *Festo* occurrente *Semiduplici*. 2. de *Vigilia*. 3. de *Simplici*. 4. de *Rogat.* & in fin. Evangel. de *Vigil.*

At verò si hæc, aut aliâ *Feriâ* *Rogationum* occurrat alicubi *Dies* tantum aliqua infra *Octavam*, tunc *Officium* sit quidem die illa infra *Octavam* ( nisi fortè simul cum illa occurrat *Festum* aliquod 9. *Lectio*num, tunc enim de isto fieret *Officium*, de die infra *Octavam* verò solummodo *Commemoratio* ) cum 9. *Lectio*ne, & *Commemoratio*ne de *Vigilia* ut supra; *Missæ* autem ( exceptâ *Missâ* *Litaniarum*, seu illâ, quæ dicitur cum *Paramentis* *Violacei* *Coloris* in *Statione*, seu *Termino* *Processionis* de *Rogationibus* ) in Ecclesijs quoque *Cathedralibus* ac *Collegiatis* dicitur de *Vigilia* *Ascens.* cum *Commemoratio*ne *Octavæ*, & 3. Orat. *Concede*.

atque ad eam perinde, ac Horas, adhibetur Color. Alb. nequaquam autem tunc etiam in ejusmodi Ecclesijs dicenda est insuper alia Missa Conventualis de Octava, quia Rubrica Missal. General. III. id tantum statuit de *Die Octava*, non autem de *Die infra Octavam*, quando Officium fit de Octava, ut Sac. Rit. Congr. declaravit apud Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 3. n. 1. Rationem dat Gavant. in citat. Rubric.

Si denique FERIA IV. ROGATION. seu in Vigiliâ Ascensionis, non occurrat *Festum 9. Lctionum*, nec *Dies infra Octavam* (esto occurrat in ea fortassis *Festum aliquod 3. Lctionum*, sive simplex) tunc *Officium*, & *Missâ* [exceptâ iterum Missâ Litaniarum, sive eâ, quæ in Termino Processionis dicitur de Rogationib. ut paulò antè] dicentur de Vigiliâ; de *Festo autem simplici*, si quod in ea occurrat, fiet tantum *Commemoratio* (sine *Lctione* de eo, etiamsi alioquin propriam habeat) in *Laudibus*, ac *Missâ*. Ad *Matutinum* Officium fit feriale Ritu Paschali, uti *Feria 4. Tempore Paschali*. *Lctiones* Nocturni de *Homilia Vigilæ*, ut in *Propr. de Temp.* *Responsoria* post primam, & secundam *Lctionem*, ut ibidem (nisi locò eorum ponenda sint duo prima *Responsoria* I. Nocturni *Dominicæ IV. post Pascha*, eo quòd nunquam adhuc poni pò-

tuerint) post *Tertiam* verò *Lctionem* dicitur *Hymnus: Te DEUM*. Ad *Laudes* (quæ, uti & cæteræ *Horæ* usque ad *Vesperas*, dicuntur de reliquo sicut in alijs *Tempore Paschali*) *Antiphona* ad *Benedictus: Pater venit Hora*, ut in *Propr. de Tempore: Oratio* *Dominicæ* precedentis, cui subjungitur *Commemoratio* de *S. Cruce*, & ante hanc *Commemoratio* de *Festo simplici*, si quòd occurrat, juxta paulò ante dicta. *Col. Alb.* *Missâ* de *Vigilia* dicitur uti in *Propr. de Tempore*, cum *Glor. sine Credo*. *Oratio* de *Rogationibus. 3. Concede* (ubi occurrat *Festum simplex*; tunc enim 2. erit de *Festo simplici. 3. de Rogationibus*) *Prefat. Pasch. in fine*, & *Evang. S. Joan. Col. Alb.* Ubi autem dicuntur *duæ Missæ Conventuales*, una de *Vigilia*, altera de *Rogationibus*, in utraque est 2. *Oratio Concede. 3. Ecclesie*, vel pro *Pap.* (nisi occurrat *Festum simplex*; cum enim in priore *Oratio* 2. esse de *Sancto. 3. Concede*) *Prior dicitur in Paramentis Violaceis.* *Qui non interfuerint Processioni Rogat: hodie iterum privatim post Laud. cere debent flexis genibus Litaniarum suis Precib. & Orationib. ut supra.*  
Ad *PRIMAM* (sive *Officium* fit de *Festo 9. Lctionum*, sive de *Vigilia*) annuntiat hodie in *Choro à Lectore Martyrologij* primò locò

Feflum Ascenfionis : In Monte Oli-  
veti &c.

Eas Congregationes , Eccle-  
fias, ac Nationes &c. quibus alio-  
quin à Sede Apostolica concessum  
est, ut semel vel pluries infra He-  
bdomadem , aut Mensẽ Diebus  
Feflo duplici, aut semiduplici non  
impeditis facere possint *Officium* &  
*Missam* v. g. de SS. Sacramento ,  
aut certo respectivè Sancto , non  
posse uti hoc suo privilegio seu In-  
dulto in hac, aut quacunque alia Vi-  
gilia ( five annexum habeat Jeju-  
nium, five non habeat ) constar ex  
Decreto S. R. C. suprà Feriâ IV. Ci-  
nerum, & Feriâ II. Rogationum  
&c. allegatò.

VESPERÆ hodiernæ dicuntur de  
*Feflo Ascenf. Domini* sub Ritu dupl.  
1. Classis, uti norantur in Propr. de  
Temp. sine omni Commemoratione,  
nisi de Feflo 1. & 2. Classis, si  
quod hodie alicubi fuerit celebra-  
tum, nec non de *Die Octava*, si ra-

lis cras alicubi occurrat, non au-  
tem de *Die Octava* hodie occurren-  
te, seu celebratâ. In Vesperis so-  
lemnibus Ascenfionis Domini ad  
principium Hymni : *Salutis huma-  
næ Sator &c* debet Celebrans seu Offi-  
ciator jungere, extendere, & ele-  
vare manus, ac caput inclinare ver-  
sus Altare &c, ut ex Cærem. Episc.  
l. 2. monet Bauldry P. 2. c. II. a. 1. n. 25.  
Par ratio est de Laudibus. Hymnus  
*Completorij*, & alij deinceps ejusdem  
Metri ( exceptò Hymnò *Vesperar.*  
ac *Laudum* Officij de Ascenf. & Hy-  
mnò Matutini de plurib. Martyrib.  
nec non Hymnis de S. Cruce, ac  
denique Hymnò propr. S. Venantij  
Mare. si infra hoc Tempus quando-  
que occurrant ) terminantur usque  
ad Pentecosten per Verba : *FESTI  
tibi sit Gloria, Qui Victor in Cælum re-  
dis &c.* Col Alb.

A Cœna hodiernæ diei inclusi-  
vè usque ad Vigiliam Pentecostes  
exclusivè Benedictio Mensæ propria,

TITULUS XXVIII.

De Feflo Ascenfionis Domini, & IX.

Sequentibus Diebus usque ad  
Pentecosten.

FERIÂ V. post Dominicam V. **F**estum 1. Classis, privilegiatum con-  
tra quodcunque aliud Festum, etiam  
post Pascha celebratur A-  
Patroni, & Tituli Ecclesie, vel Vediti  
SCENSIO DOMINI, quod est Fe-

eationis ejusdem in eo occurrens : pestas, reponatur in locum con-  
 Unde si in eo occurrat Festum SS. luerum, & accendatur, usque dum  
 Apostolor. Philippi & Jacobi ( uti illa cesser.  
 occurrerat 1704. ) etiam in propria  
 ipsorum Ecclesia non modò eorum  
 Officium est transferendum, sed nec  
 ulla Missa dici de illis hodie potest  
 per Rubric. Gen. VI. Missal. Ad-  
 mittit tamen in utrisque Vesperis,  
 Laudibus, ac Missa Commemora-  
 tionem de die Octava hoc Festum,  
 si alicubi dies Octava alicuius Fe-  
 sti in illud incidat. *Officium* dicitur  
 ut in Propr. de Temp. cum Anti-  
 phonis ad unumquemque Psalmum  
 in *Matur.* Laudib. ac Vesp. ut ibi. Ad  
*Primam* in Responsor. brevi dic. *Qui*  
*Scandis super sidera &c* usque ad Pentec.  
 Hymni hujus, ac reliquar. Hora-  
 rum clauduntur modò heri dictò.  
 In *Missâ* ( quæ pariter est propria )  
 Oratio unica ( nisi faciendâ sit Com-  
 memoratio diei Octavæ alicubi oc-  
 currentis ) In ead. dic. *Glor. & Cred.*  
*Præf. & Communicantes* Propr. Ad  
 Evangelium Missæ solennis seu Prin-  
 cipalis, dictis his Verbis : *assumptus*  
*est in Cælum*, extinguitur Cereus Pa-  
 schalis ( ad representandum Chri-  
 sti Discessum ab Apostolis ) nec am-  
 pliùs accenditur, nisi in Sabbato  
 Pentecostes ad Benedictionem Fon-  
 tis, eò usque proin tantisper re-  
 movendus, ac tum rursus in locum  
 consuetum reponendus. Alicubi  
 quoque habet consuetudo, ut etiam  
 quoties imminet noxia aliqua Tem-

pestas, reponatur in locum con-  
 luerum, & accendatur, usque dum  
 illa cesser.

In *Vesperis secundis* hujus Festi  
 omnia dicuntur, uti in 1. Vesperis  
 exceptò Versu ( *Dominus in Cælo*  
 qui dicitur sicut in Laudib. & An-  
 tiphonâ propr. ad *Magnificat*, quæ  
 dicitur uti in Propr. de Temp. ad-  
 mittit in 2. Vesperis Commemora-  
 tionem de *Die Octava*, tam occu-  
 rente, quàm subsequente, si quæ a-  
 licubi hodie, vel cras occurrat, ut  
 tem de *Festo sequenti* 9. *Lectionum*, non  
 tamen de Simplici, nec de Die in-  
 fra Octavam.

Infra Octavam Ascensionis us-  
 que ad Pentecosten, Officium in  
 quotidie de Ascensione Ritu semil-  
 nisi occurrat Festum 9. *Lectionum*,  
 nam si tale occurrat, fit de eo cum  
 Commemoratione de Octava in ut-  
 trisque Vesperis, Laudibus, ac Mis-  
 sa, nisi sit Festum 1. aut 2. *Classis*,  
 in his enim de *Die infra hanc Octa-  
 vam* nihil fit, nisi quòd in 2. Vesp-  
 ris Festorum 2. *Classis* fiat Commem-  
 moratio de Die infra Octavam, dum-  
 modo die sequenti dicendum sit Of-  
 ficium de *Die infra Octavam*, aliàs  
 non, uti expressè præscribit Rubrica  
 General. IX. de Commem. n. 6.  
 ante fin. ad quam se refert Rubrica  
 XI. de Concur. esto de hac Limita-  
 tione nulla fiat mentio in *Tabula*  
*Concurrentia*: quia in hac non ex-  
 primuntur omnes Exceptiones, &c  
 spe-

Speciales Dispositiones, quod bene notandum, secus in errorem quandoque ea te inducet, aut mancam existimabis. Porro Officium de Festis infra hanc Octavam usque ad Pentec. occurrentibus fit Ritu Paschali, eodem modo, quò ante Ascensionem, nisi quòd Hymni terminentur ut suprà, & ad Primam in Responsor. brevi etiam in Festis dicatur: *Qui Scandis &c.* In Missis quoque Festivis ac Votivis, quæ infra hanc Octavam dicuntur, dic. Præfatio ( nisi propriam habeant ) & *Communicantes* de Ascensione: si autem propriam habent Præfationem, dicitur in illis solummodo *Communicantes* de Ascensione: uti fit in casu, quò Festum SS. Philippi & Jacobi occurrit infra hanc Octavam: tunc enim Præfatio est de Apostolis, *Communicantes* de Ascensione, esto de hac nulla in Missa ejus Festi, infra Ascensionis Octavam occurrentis, fiat Commemoratio. Idem accidit in Missis *Votivis*, quæ dicuntur infra eandem Octavam, si habeant Præfationem propriam. Ità decrevit S. R. C. 28. Aug. 1626. Nec Præfatio rament, nec *Communicantes* de Ascens. dicitur in Missis de *Requiem*, quæ etiam infra hanc Octavam celebrantur: in his enim semper dicitur Præfar. & *Communicantes* Commun. In Missis denique etiam Festivis per totam Octavam dic. *Gloria & Cred.* Quòd si Fe-

stum infra eam occurrens fit *Semiduplex*. 2. Oratio in Missa erit de Octava. 3. de Simplicibus, si quod occurrit, alioquin *Concede*. Si sit Festum *Duplex*, 2. Oratio erit de Octava. 3. de Simplicibus, si quod occurrat, si nullum occurrat, solius Octavæ fiet Commemoratio in Missa de Festo Dupl.

De *Festis Simplicibus* infra hanc Octavam occurrentibus in *Officio & Missa* fit tantum Commemoratio, cum 9. tamen Lectione de iisdem, si propriam habeant: si duas habeant proprias, ex duabus fit una.

FERIÀ VI. & reliquis post Ascens. Ferijs, si non occurrat Festum 9. Lectionum, *Officium* Ritu *Semiduplex* fit de Octava, dicendo omnia uti in Festo, exceptis tamen Lectionibus, quæ quotidie ex Scriptura assignantur in propr. de Temp. & hodie quidem pro I. Nocturno *Initium Epistolæ secundæ B. Petri Apostoli*: quod si poni hodie non potest, ob occurrens Festum 9. Lectionum habens proprias Lectiones, probabilius ponendum est Sabbato sequenti, si simili Festo non impeditò, juxta Rubric. Gen. XXVI. num. 7. & ea, quæ dicta sunt suprà Tit. 5. Contra Gavantum To. 2. sect. 5. c. 12. n. 12. & sect. 6. c. 17. n. 3. existimantem, cum omnes Epistolæ S. Pauli constituent unum Librum, & binæ Petri & ternæ Joannis Epistolæ pariter habeant rationem unius Libri,

non



non eſſe curandum, ſi ſingularum *Initia* legi non poſſint. Verum id probabilius pro tunc tantum aſſerendum videtur, quando Illa *Initia* abſolute ac ſimpliciter poni non poſſunt intra ſuam Hebdomadem, non autem ſi tantum poni non poſſint propria ſua Feriali, poſſint autem vel alia ſequenti, vel ſequentibus omnibus impediri, ſaltem aliqua antecedente intra illam Hebdomadem: ut conſideranti Rub. Gen. 26. n. 7. & 8. (in quo poſſimum ſe fundat Gav.) patebit: nec me mover, quod Claudius Arnaud (qui Theſaurum *Sac. Rituum Gavanti* in Epitomen, ſeu Compendium, adjectis quibusdam Notulis redegit) Tr. 2. P. 4, Tit. 17. ita ſcribat: *Bina Petri Epiftole, & terna Joannis habent tantum Rationem unius Libri, ut idcirco non ſit curandum, ſi earum Initia legi non poſſint impediri proprijs Feriali, quod in poſtrema Breviarij recognitione ſuit examinatum: Præterquam enim quod Gavantus, agens de Feſto Aſcenſionis To. 2. l. 6. c. 17. n. 3. de ſuo unius examine loqui videatur, in Recognitione illa Breviarij aliud non legitur deſcriptum hac in parte, quam quod extat in Rubricis generalibus recogniti Breviarij Tit. 26. n. 6. 7. & 8. ibi autem non modo non dicitur, quod Epiftole binæ S. Petri & terna S. Joannis Ap. habeant rationem unius libri, & conſequenter earum Initia non ſunt legenda in alia Feria,*

ſi ea in proprijs Feriali legi non poterunt intra eandem Hebdomadem, ſed potiùs oppoſitum cum ſcriptoribus alibi à me allegatis (quos inter etiam Joſeph. Coquer in expoſ. Tab. n. 21) exinde colligo, ſimulque reſponſionem ad ea, quæ in contrarium opponuntur.

*Miſſa* quoque hæc, & ſeqq. infra Octavam Feriali, ſi non occurrat Feſtum 9. Lectionum, dicitur uti in Feſto, cum *Glor. & Cred. Præf. Communicantes* de Aſcenſ. Oratio 2. *Concede. 3. Eccleſia*, vel pro Pap. niſi occurrat Feſtum Simplex, tunc enim Oratio 2. eſt de ſimplici *Concede.*

**VESPERÆ** in Feriali infra Octavam Aſcenſionis occurr. dicuntur de Aſcenſione, uti in Feſto (ſub Ritum tamen Semid.) & Col. Alb. niſi occurrat, aut ſequatur Feſtum aliud 9. Lectionum: tunc enim vel rotæ, vel à Capitulo, vel uſque ad Capitulum, dicuntur de Feſto, pro qualitate ſcil. Feſti vel ſequentis, vel occurrentis.

Quæres: An, ſi in Feſto Aſcenſionis, aut infra ejus Octavam occurrat Feſtum Semiduplex de Præcepto, illud celebrari queat die aliqua infra Octavam, Feſto 9. Lectionum non impedita; an verò tranſferri debeat poſt Octavam? & i. ſi Feſtum Semidupl. de Præcepto cadat in ipſum Feſtum Aſcenſionis, aut in aliud ſimile Feſtum, habens O-

Octavam non privilegiatam ( uti  
anno 1700. cadebat Festum S. Ber-  
nardini Conf. ) & dies proximè se-  
quens non sit impedita Festo du-  
plici, etiam translato, aut alio Fe-  
sto Semiduplici die illo occurrente,  
tunc Festum ejusmodi Semiduplex  
de Præcepto non esse transferen-  
dum post Octavam non privilegia-  
tam: quia dies infra Octavam non  
privilegiatam respectu Semiduplicis  
ad unum tantum diem translati non  
est dies impedita, quando Semidu-  
plex illud cecidit in ipsum Festum  
habens Octavam non privilegia-  
tam. Rubr. Gen. X. n. 5. in fin. Tam-  
erſi enim verba illa: ita, ut Festum  
Semiduplex infra Octavam non trans-  
feratur, nisi in proximè sequentem diem  
videantur solummodo intelligenda  
de casu occurrentiæ Festi Semidu-  
plicis in Dominica infra Octavam,  
juxta ea, quæ habentur in Notan-  
do ad Tabulam occurrentiæ, ubi  
soli occurrentiæ in Dominica sit  
mentio, non autem extendenda ad  
casum, in quo Semiduplex occurrit  
in Festo Ascensionis, aut alium si-  
milem, Gavantus tamen To. 2. f.  
3. c. 8. n. 3. explanans verba illa Ru-  
bric. Gener. VII. de Octavis n. 3.  
Infra Octavas su. de Festis Duplicibus  
& Semiduplicibus occurrentibus, ac e-  
tiam translatis, ut infra in Rubrica de  
translatione Festorum num. 5. expres-  
sè tradit, Festum Semiduplex non  
modo in casu, quò occurrit in Do-

minica infra Octavam non privilegia-  
tam, sed etiam in casu, quò occurrit  
in Festo Ascensionis, aliòve simili  
habente Octavam non privilegia-  
tam, transferendum esse in diem  
proximè sequentem infra Octavam,  
si Festo duplici aut semidupl. non sit  
impedita; & ita observatum est Ro-  
mæ, cum annò prædictò 1700. Festum  
S. Bernardini occurrisset in Festo A-  
scensionis: si quidem in 2. Vesperis A-  
scensionis facta est Commemoratio  
de S. Bernardino, ac postridie de  
ipſo factum Officium, cum Com-  
memoratione de Octava Ascensio-  
nis, uti constat ex Directorio Ro-  
mano ejusdem anni: ita autem fe-  
ri debuisse, & in simili casu ubique  
esse faciendum constabit ex Decre-  
tis Sac. Rit. Congr. infra P. II. ad  
diem 26. Junij, & hic paulò post ex  
Pifarto referendis.

§. 2. si Festum Semiduplex de  
Præcepto occurrat in aliquâ Domi-  
nicâ, infra Octavam non privilegia-  
tam occurrente, tunc faciendum Of-  
ficium de Dominica cum Comme-  
moratione Octavæ; Semiduplex au-  
tem de Præcepto in tali Dominica oc-  
currens transferendū tunc pariter esse  
in diem immediatè sequentem, cum  
Commemoratione Octavæ, si dies il-  
la immediatè subsequens non sit alio  
Festo Duplici aut Semiduplici im-  
pedita: nam si alio hujusmodi Fe-  
sto 9. Lctionum est impedita, tunc  
Festum Semiduplex in Dominica

infra aliquam Octavam etiam non privilegiatam occurrens, transferri debet post Octavam, ita ut Festum Semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens pariter non possit transferri, nisi in proximè sequentem Diem.

§. 3. si Festum Semiduplex incidat in aliam Diem impeditam infra Octavam non privilegiatam alicujus Festi, hoc est in talem, quæ non est Dominica, est tamen Dies impedita ob aliud Festum in ea occurrens Ritus altioris (uti contigit annò 1710. circa Festum SS. Joannis & Pauli, quod in Ecclesia Universalis est Festum tantum Semiduplex, & incidit eò annò in diem Octavam SS. Corporis Christi, quæ est duplex majus, & simul in diem tertiam infra Octavam S. Joannis Baptistæ) tunc Festum Semiduplex in ejusmodi die infra Octavam non privilegiatam occurrens perinde transferendum est in Diem proximè sequentem (si ea non fuerit impedita Festò aliò 9. Lætionum) ac transferendum est, quando juxta Dicta occurrit in Dominica infra ejusmodi Octavam; si autem dies proximè sequens sit impedita Festò aliò 9. Lætionum, tunc pariter transferendum est post Octavam; sicuti transfertur, quando dies proximè sequens post Dominicam infra Octavam est impedita aliò Festo 9. Lætionum. ita P. Tob, Lohner Instruct. Pract.

II. P. 5. Tit. 10. n. 5. lit. X. cujus sententiæ favere non modò videntur Verba illa Rubric. Gener. X. n. 5. ita, ut Festum Semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proximè sequentem Diem, sed etiam Cavantus To. 2. Sect. 3. c. 8. n. 3. ubi ex Rubrica Gener. VII. De Octavis n. 3. (ad Rubricæ Generalis X. numerum 5. se referente) colligit prædicta Rubricæ Generalis X. verba de transferendo Festo Semiduplexi infra Octavam non privilegiatam occurrente in proximè sequentem Diem infra Octavam, Festò 9. Lætionum non impeditam, non tantum accipienda ac intelligenda esse de Festo Semiduplexi in Dominica infra Octavam, sed etiam de Festo Semiduplexi aliqùd aliò Die seu Festo infra Octavam occurrente, si proprio illius die ob alterius, utpote dignioris, occursum celebrari non possit. Uti huic Sententiæ (licet mihi, juxta alibi dicenda, spectando Rationem & extimum Rubricarum corticem Tit. X. n. 5. & in Notand. ad Tit. occurrentis, olim opposita probabilior apparuerit) etiam ego subscribam, non tantum me movere Auctoritas Directorij Romani, quod annò prædictò 1710. Festum Semiduplex SS. Joannis & Pauli M. incidens eò annò in diem Octavam SS. Corporis Christi (quò proin celebrari non poterat) & simul in diem tertiam Octavæ Nativitatis S. Joan-

Joannis Baptistæ tunc pariter occurrentem, transtulit in diem proximè sequentem, nempe in diem quartam infra Octavam S. Joan. Baptistæ, non autem post hujus, ac SS. Petri & Pauli Octavam; sed etiam, ac vel maximè memover Autoritas ipsius Sac. Rit. Congr. allegata ab Henrico Pisart in Direct. suo Canon. Tit. 10. Reflex. 7. ubi ità loquitur: Censuit Sac. Congregatio 30. Septembr. 1629. Festum Semiduplex occurrens in Festo Duplici infra Octavam non privilegiatam, non esse transferendum post Octavam, quando dies immediatè sequens non est à Festo Duplici, vel Semiduplici impedita, sed faciendum de eo ipsomet die immediatè sequenti: Idemque servandum esse, quando semiduplex occurrit ipsomet eo Festo, quod habet Octavam non privilegiatam 30. Septembr. 1679. Idem dic. si semiduplex cadat in diem Octavam, si hæc infra aliam Octavam occurrat. Hæc Pisart, Ratio in oppositum ex Rubricâ de Translat. Festor: nec non ex Notando Tabula occur: perita non urget; quia utraque loquens explicitè solummodo de Casu occurrentiæ Festi Semiduplicis in Dominica non excludit casum, quò idem occurrit die alio infra Octavam non privilegiatam, quò non Dominica, sed vel Festum Duplex, vel Dies Octava alicujus Festi occurrit, uti nec illum, quò id ipsomet illò Festò occurrit, quod habet Octavam non privilegiatam; sed ad hos quoque tres ca-

sus se se saltem implicitè extendere videtur, eosque pariter comprehendere: Dum quod statuit, ac disponit de Festo Semiduplici occurrente infra Octavam uno die impedito, (nempe Dominico) id ipsum quoque statuere, ac disponere videtur de eodem occurrente in alio die similiter impedito: Nam Dominica [inquit Lohnerus P. 5. Tit. 38. in Notis ad Tab: occur: n. 4. lit. T.] Videtur tantùm Exempli locò posita, quando in Notando ad dictam Tabulam occurrentiæ in Breviario Romano explicitè fit mentio solius occurrentiæ Dominicæ, & simul Semiduplicis infra Octavam, non autem prædictorum quoque casuum. Adde, quòd nec Tabula occurrentiæ, nec concurrentiæ unà cum suis Notandis se extendant ad omnes eos casus, qui vel in ipsis Rubricis Generalibus, vel à S. R. C. à communibus alioquin Regula specialiter excipiuntur, aut speciali ab iisdem circa se facta gaudent Dispositione, ut pluribus Instantijs, seu Exemplis est demonstrabile: unde qui Universaliter juxta Tabulas, aut occurrentiæ, aut concurrentiæ unà cum solis suis illis Notandis acceptas se vellent regulare, multoties in errorem induceretur; nec tamen propterea sequitur inutiles esse eas Tabulas, aut immutandas, seu reformandas. Vide P. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr. 5. n. 658. in append: cas: 7. lit. D.

SABBATÒ infra OCTAVAM AS-

X 2

CEN-

CENSIONIS, si nec occurrat, nec sequatur Festum Duplex, à Capitulo fit de Dominica infra Octavam Ascensionis, dicendo Capitulum, Antiphonam ad Magnificat, & Orationem, ut ibi norantur in Propr: de Tempore; at verò Hymnum, & Versum, ut infra Octavam, cum Commemoratione de Ascensione, ut ibi, nec non Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Alb.* Quòd si verò hodie, vel cras occurrat Festum Duplex, tunc Vesperæ hodiernæ erunt de Festo, cum Commemoratione tamen crastinæ Dominicæ, nec non Octavæ Ascensionis, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat, nisi Festum Duplex, de quo sunt Vesperæ, fuerit 1. aut 2. Classis; tunc enim in illis fieret Commemoratio solius Dominicæ in hodiernis Vesperis, non autem Octavæ Ascens: cum non sit privilegiata, nec Festi Simplicis cras unà cum ejusmodi Festo incidentis. *Color Festo Conveniens.*

DOMINICÀ infra Octav: Ascens: si non occurrat Festum Duplex, fit de ea *Officium*, & *Missæ* sub Ritu Semidupl: & in *Officio* quidem dicuntur omnia ut in Festo Ascens. exceptis Lectionib: Nocturnor: Responsorio Octavò: Capitulis ad Laudes, Horas minores, & ad Vesperas, Lectio brevis ad PRIMAM [in qua nec dicitur Psalmus *Confitemini*, nec *ymb: Qui-cunque*] nec non Antiphonis ad *Benedict: & Magnif: quæ omnia cum O-*

ratione propr: dicuntur uti norantur in Propr: de Temp: cum Commemorat: de Ascensione [ut ibi] & Festi Simplicis, si quod occurrat, ejuque 9. Lectio, si propr: habeat. In I. Nocturno hodiernæ Dominicæ ponuntur primò Lectiones de Epistola I. B. Joannis Apost: nisi eæ lectæ fuerint pridie, ob occurrens in Sabbato præcedenti Festum S. Joannis ante Port. Latin. tunc enim hodie leguntur Lectiones pro Crastina Festi II. in Propr: de Temp: assignatæ *Col. Alb.*

*Missæ*, si Festum Dupl. hodie non occurrat, dicitur de Dominica infra Octav: Ascens: prout norantur in Propr: de Temp: cum Commemorat: Dominicæ tantum, h. e. sine Oratione, nisi occurrat Festum Simplicis, aut dies infra Octav: alterius Festi; tunc enim etiam de tali Festo Simplici, aut die infra Octavam facienda foret Commemoratio. *Col. Alb.*

*Vesperæ* hodiernæ, si nec hodie nec cras occurrat Festum Duplex, dicuntur pariter de Dominica [modò paulò antè dictò] cum Commemoratione Octavæ Ascensionis, cui tamen præmittitur Commemoratio Festi Semiduplicis, si quod cras occurrat celebrandum, atque etiam Festi Simplicis, si tale in crastinum occurrat. Si verò hodie, vel cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ erunt de eo, cum Commemoratione Dominicæ, Octavæ Ascens: & Festi Simplicis

plicis, si tale cras occurrat, nisi Festum illud fuerit duplex 1. Classis; nam Festum 1. Classis admittit quidem in Vesperis Comemorationem de Dominica minore subsequente, non tamen de antecedente, uti nec de die infra Octavam non privilegiatam [qualis Octava non privilegiata est etiam Octava Ascensionis] nec de Simplici, bene tamen de Festo Semiduplici, ac duplici subsequente. Quid admittat dupl. 2. Class. dic: P. 3.

Si Festum cras occurrens sit tantum Semiduplex, tunc de eo in hodiernis Vesperis Dominicae fiet tantum Commemoratio, attamen ante Commemorationem de Octava Ascensionis: de eadem Octava Ascensionis fiet in hodiernae Dominicae Vesperis tantum Commemoratio, si cras nullum occurrat Festum, sed tantum dies quinta infra Octavam Ascensionis. Col. Alb.

Quod si Dominica infra Octavam Ascensionis [idem est de alijs Dominicis infra tales Octavas occurrentibus, in quibus sit de Festis in iisdem occurrentibus] occurrat Festum aliquod Semiduplex, transfertur illud in Feriam secundam immediate subsequentem, si ea Festo alio duplici [seu translato, seu non translato] aut Semiduplici in ea occurrente non fuerit impedita, adeoque tunc in hodiernis Vesperis sit de ejusmodi Festo Semiduplici ad unum diem translato Commemoratio, ut supra dictum, &

mox iterum dicetur, ante Commemorationem currentis Octavae.

FERIA II. post DOMINICAM infra OCTAVAM ASCENSIONIS, ac reliquis deinceps Ferijs infra eandem Octavam occurrentibus, sit Officium & Missa eodem proportionaliter modo, quod FERIA VI. proximè præcedente, sive de Octava, sive de Festo aliquo 9. Lectionum infra hoc tempus occurrente faciendum sit Officium: admittit enim hæc Octava [utpote non privilegiata] non solum Festa Duplicita quæcunque, etiam translata, sed etiam Semiduplicita infra eam occurrentia, non tamen Semiduplicita translata, nisi ea, quæ vel in ipso Festo Ascensionis, vel in Dominica infra Octavam occurrunt, hæc enim, si dies proximè subsequens non sit impedita Festo alio duplici, aut Semiduplici, possunt ad eum diem transferri; si autem dies illa proximè subsequens sit impedita Festo alio 9. Lectionum, non possunt Semiduplicita in Festo Ascens. aut Dominica infra ejus Octavam occurrentia in aliam diem infra Octavam transferri, sed debent tunc transferri in diem similiter non impeditam post Octavam, ut supra jam dictum est. Quod si Initium Epistolæ 1. B. Joan: Apost: heri poni non potuit ob Festum Duplex habens proprias Lektionen in I. Noctur: tunc ponendum est hæc, aut alia FERIA proximè simili Festo non impedita, juxta supra,

& alibi dicta. Si infra Octavam Ascens: occurrat Festum Simplex, fit de eo non tantum Commemoratio in Officio, & Missa, sed etiam legitur de eo 9. Lectio, si propriam habeat; nisi ratio Festi Duplicis 1. aut 2. Classis alicubi occurrentis, vel simpliciter, vel ex parte obster.

FERIÀ IV. infra Octav. Ascens: ponitur *Initium* Epistolæ II. B. Joan. Apost. Ad VESPERAS autem Officium fit duplex de die Octava Ascensionis: dicendo omnia ut in 1. Vesperis Festi cum Commemoratio: Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Col. Alb. Si hodie vel cras occurrat alicubi Festum 1. aut 2. Classis, tunc de die Octava Ascens: in hodiernis Vesperis [de tali Festo dicendis] fit tantum Commemoratio: Si verò aliud Festum 9. Lectionum, etiam duplex majus, hodie occurrat, in hodiernis Vesperis, quæ totæ erunt de die Octava, de ejusmodi Festo solummodo fit Commemoratio.

FERIÀ V. post Dominicam infra Octav. Ascens: celebratur sub Ritu dupl: *dies Octava* Ascensionis Domini, quæ solis cedit Duplicibus 1. & 2. Classis: quale proin si hodie occurrat, fiet de eo Officium & Missa Ritu Paschali, cum Commemoratione tamen *dies Octava* Ascens: in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Si verò occurrat hodie Festum aliud 9. Lectionum, quod non fit dupl: 1. aut 2. Classis, [esto sit duplex majus,

v. g. Festum Apparitionis S. Michael Archang: aut S. Joannis ante Portam Latin.] eò translato in diem proxime non impeditam, fiet hodie Officium & Missa de die *Octava Ascensionis* dicendo omnia sicut in die, præter Lectiones matutinales, quæ dicuntur, uti notantur hac die in Proprio de Temp. Col. Alb.

In 2. Vesperis Octavæ Ascensionis [pariter dicendis de die Octavæ Ascens: nisi cras occurrat Festum, aut 2. Classis] non fit Commemoratio Officij sequentis diei, hoc est sequentis *Feria Sextæ* post Octavam Ascensionis; quia [ut ingeniosè hinc notat Gav:] utrumque est Officium de Domino, de quo non convenit celebrare Officium, & Commemorationem; fit tamen in ijs Commemoratio sequentis Festi, si quod die postero occurrat, seu simplex illud sit, seu 9. Lectionum, modò non sit 1. vel 2. Classis; nam si tale foret, totæ Vesperæ de eo forent dicendæ, cum Commemoratione tamen diei Octavæ Ascensionis: juxta Norandum ad Tab: concurr: at sine Commemoratione Festi Simplicis: Si autem tantum fuerit duplex majus, tunc nequidem à Capitulo dicendæ sunt de eo Vesperæ, sed totæ de die Octavæ Ascens: cum sola Commemoratione sequentis Festi Duplicis majoris, & simplicis, si quod simul cras occurrat. Col. Alb. Rubr. Gen. XI. n. 7. & Notandum post Tab. Concurr.

FERIÀ VI. post Octav. Ascens. [si in ea non occurrat Festum 9. Lectionum.] uti & SABBATÒ sequenti usque ad NONAM istius inclusive, Officium fit Ritu semidupl: sicut infra Octavam Ascens: exceptis Lectionibus [quæ in I. Noct: sunt: Incipit Epistola tercia B. Joann: Apost: in II. & III. Nocturn: autem prout notantur in loco] & Responsorio Octavò, Capitulis, Antiphonis ad *Benedict:* & ad *Magnificat*, quæ omnia, uti & Oratio, sunt de Dominica infra Octav: Ascens: sine Commemoratione Paschali de Cruce, & non dicuntur *Preces ad Primam*, & *Completorium*. In illa ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum NONÆ Dominicæ præcedentis. *Missæ* quoque hodie tunc dicitur de Dominica præterita: in ea *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro *Papa*, uti notantur post Dominicam in Alb: nisi occurrat Festum Simplex; tunc enim 2. Oratio est de Simplicis. 3. *Concede*. Præfatio de Ascens: siue illius *Communicantes*. In sine Evangel: S. Joan. *Col. Alb. Vespera*, ut in 2. Vesperis ejusdem Dominicæ infra Octav: Ascens: cum Commemoratur: Simplicis: si quod cras occurrat: non tamen fit Commemoratio [Paschalis] de Cruce. *Col. Alb.*

Si verò FERIÀ VI. post Octav: Ascens: occurrat Festum Duplex, fit de eo etiam translato, cum Commemoratione tamen Feriæ hodiernæ

[nisi Festum illud fuerit 1. aut 2a Classis] in *Laudibus* & *Missæ*, ac 2a *Vesperis* tantum, sine Lectione Homiliæ de ea, utpote cujus Evangelium jam sufficienter est lectum Dominica præcedente: de Festo quoque simplici fit Commemoratio in 1. *Vesperis*, nec non [post Commemorationem tamen de FERIA] in *Laudibus* ac *Missæ*, si quod occurrat, cumque 9. Lectione de illo, si propriam habeat, & faciendo ex duabus unam si duas habeat, uti habet v. g. S. Bonifacius M. incidens quandoque in alterutram ultimarum duarum *Feriarum* hujus Hebdomadæ. Præfatio in *Missæ*, etiam Festiva [nisi hæc propriam habeat] est de Ascensione & *Communicantes* verò *Commune*. In sine *Missæ* dicitur *Evang. S. Joan.*

Lectiones I. Nocturni de *Initio Epist. 3. B. Joan. Apost.* In 2. *Vesperis* Festi pariter fit Commemoratio Feriæ hodiernæ per Antiph: *Verf: & Orat: Dominicæ* præcedent: [ut in 2. hujus *Vesperis*] ac Festi *Simplicis*, si quod cras occurrat. *Col. Festo Conveniens.*

Si eadem Fer. VI. post Octav. Ascens: occurrat Festum Semiduplex, fit pariter de eo, cum Commemoratione Feriæ currentis, ac Festi *Simplicis* si quod simul occurrat, ac 9. de hoc Lectione, ut paulò antè. Non dicuntur *Preces ad Primam*, & *Completorium*: nec fit Commemoratio Paschalis de Cruce ad *Laudes*. In *Missæ* autem [pariter de Festo semid: d:]



dicenda ] tunc 2. Oratio de Feria hodierna, uti in Missa Dominicæ præcedentis. 3. de Festo Simplicis, si quod occurrat, alioqui *Concede*. Præf. de Ascens. *Communicantes* Commune. In fine Evangelium S. Joan. In 2. Vesperis Festi Semiduplicis hodie occurrentis, aut etiam translati, ut mox dicitur, fit Commemoratio Feriæ VI. Hodiernæ ex Dominicæ præcedentis Vesperis 2. & Festi Simplicis [ si quod cras occurrat ] tantum, sine Commemoratione Paschali de Cruce, imò etiam sine Commemoratione Officij de Sabbato sequenti; quia in tali casu est potius occurrentia Festi & Feriæ, quam concurrentia cum Sabbato sequenti, quod neque est *Festum Semiduplex*, neque *dies infra Octavam*, sed *Officium Semid.* repetitæ Dominicæ usque ad Nonam inclusive. *Gay. Tom. 2. S. 6. c. 17. n. 7.* BENEDICTIO Mensæ etiamnum hodie dicitur, ut infra Octavam Ascensionis præcedentem, de Ascensione.

Quæres: An Fer. VI. post Octav. Ascens. non tantum fiat de Festo Semiduplici *occurrente*, sed etiam *translato*? Ad hoc dubium ij, qui Gavantum recentius ediderunt, sic respondent: *De Festo Semiduplici*, etiam *translato*, fit in hac Feria VI. ut alias, restituta Rubricâ de *Translat. Festor. n. 5.* prout legebatur sub *Clem. VIII.* Quamvis non desuerit quidam, bene versatus in Rubricarum Notitia, qui observato Verbo illò [occurrat] tulerit Opinionem, non posse

Fieri de translato, citatque pro se Gavantum Romæ editum, ac Sac. Congreg. Sententiam. Hæc ibi. Cui posteriori Sententiæ etiam adhæret Auctor Decennij *Divinor. Officior.* ad Ann. 1701. 21. Maij. At verò Auctor *DIRECTORII Romani* ad prædictum annum 2. diem, contrariam sequitur, dum S. Bernardinum Senensem, cadentem eò anno in diem Octavam Ascens. transfert in Feriam 6. mox sublequentem, advertens, ut opinor, per Verbum illud: *occurrat*, non exclusi *Festi Semiduplicis*, etiam *translati*, in hac Feria celebrationem, alioquin nec de *Duplici translato* liceret in Feria facere Officium, ut Rubricam Feriæ præfixam expendenti parebit, quod tamen nemo asserit; cum etiam infra ipsam Octavam liceat de talibus facere Officium. Unde & ego amplector Sententiam Auctoris Directorij Romani, quam etiam tradit Bauldry P. 4. c. 13. n. 4.

Opponit quidem Nonnemo quodam Manuscripto: prædicta auctoritate ac ratione non obstante, hoc dubitari posse, an illa Feria VI. facere liceat de semiduplici ad plures dies translato: nam S. Bernardinum tantum ad unum diem anno prædicto translato erat: videretur autem Feria illa VI. imitari naturam diei infra Octavam. At nodum in Scirpo hinc quæri, & Feriam illam VI. nequaquam *Dies infra Octavam* esse æquiparandam loco supra citato in-

indicat Gavantus, ut cum expendenti parebit; nam agens ibi de concurrentia Festi semid: incidentis in Feriâ VI. post diem Octavam Ascens: cum Sabbato subseq: expressè ait: in ejusmodi concursu faciendam quidè esse Comemorationem Officij Feriæ VI. non autem Officij Sabbati sequentis; eò quòd detur in tali casu potius *concurrentia Festi & Feriæ*, quàm *Concurrentia cum Sabbato sequenti*, quòd, inquit, *neque est Festum Semiduplex (NB.) neque dies infra Octavam, sed*, (par ratio est de Feriâ VI. post Octavam Ascensionis) *Officium Semiduplex repetita Dominica usque ad Nonam inclusivè*. Et post pauca interjecta expressè hæc subiungit: *de Feste autem Semiduplexi translato sit in hac Feriâ VI. ut aliis* (quod etiam asserit hîc Bauldryus) *restitutâ Rubricâ de Translat: Feslor: n. 5. prout legitur sub Clem. VIII.* Quæ equidem Rubrica non tantum non obstat, sed omnino favet propugnatae à me Sententiæ, quam tamen ego, uti & cæteras omnes Controversas, S. R. C. Decisionibus submitto. At dubitabis: an Feriâ VI. post Octavam Ascensionis censeatur esse dies impedita respectu Officij, quòd alioqui de Sedis Apostolicæ Licentia Personis ad Assistentiam Germaniæ Soc: JESU pertinentibus quot hebdomadis de S. P. N. Ignatio sub Ritu Semiduplici recitare permissum est die non impedita Feste Duplici, vel Semiduplici extra Quadragesimam & Adven-

tum, nec non extra Quascunque alias Ferias Majores, ac Vigiliis, aliòsque nonnullos dies in Decreto S. R. C. de anno 1706. 20. Mart. expressos? Re meò Judiciò (Salvo meliori) esse diem impeditam; quia sicuti, ex allegato S. R. C. Decreto ac Declaratione, Indultum Personis Regularibus concedens, ut extra Quadragesimam, & Adventum quavis Hebdomade die aliqua Feste Duplici vel Semiduplici non impedita possint sub Ritu Semiduplici dicere Officium & Missam de S. Fundatore sui Ordinis, non se extendit ad Ferias 4. Temporum, nec ad ullas Vigiliis, nec ad Feriam II. Rogationum, nec ad aliam Feriam, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ, nec etiam per ejusdem Sac. Congregationis Responsa ad *dies Octavarum*, hoc est, *infra quamcunque Octavam* occurrentes, nec denique ad dies, in quibus ponendum est Officium de Feste Duplici vel semiduplici *Translato*, non obstante, quòd in Concessione seu Indulto non fiat Specialis mentio seu exceptio modò Dictarum Dierum ac Feriarum (quia nempe excipiendo Festa Duplicia & Semiduplicia, nec non Ferias Adventus & Quadragesimæ ob rationis paritatem etiam eos dies excipere censendum est, pro quibus eadem militat ratio; juxta vulgatam illam Regulam Juris, quòd ubi militat Ratio Legis

Y

ibi-

ibidem quoque militare debeat ejusdem legis Dispositio) ita etiam non se extendere videtur Indultum supra dictum Pontificium ad Feriam VI. post diem Octavam Ascensionis occurrentem, quantumvis in eo non fiat Specialis ac explicita illius mentio tanquam diei impedita: tum quia de similibus idem iudicium est habendum per Text: *Cap. 2. de Transl. Episc.* & quod in uno Articulo pronuntiatum est extendendum ad similem per *L. 12. & 27. ff. de leg. cum quia Taciti & expressi arg L. cum quid. ff. Si certum petetur. eadem est ratio*; Sicut ergo Indultum permittens recitatioem Officij sub Ritu Semiduplici in qualibet extra Adventum & Quadragesimam Hebdomade de s. P. N. die aliqua *Festo Duplici*, vel *Semiduplici* non impedita, non extendit se ad diem infra Octavam, multo minus ad diem Dominicam, esto nec hujus, nec illius fiat in eo Specialis mentio aut exceptio, ex altera autem parte Beneficium Principis latissime sit interpretandum *L. Beneficium, ff. de Const. Princip.* ita se nec extendit ad Feriam illam VI. post Octavam Ascens: non obstante, quod in Indulto Pontificio non fiat Specialis mentio seu exceptio illius Feriae VI. Cum enim ex Declaratione & Responsis Sac. Rit. Congr. omnes alij dies, in quibus sit Officium 9. Lektionum, etiam si sint non Festivi, habendi sunt pro impeditis, quantum-

vis in Indulto Specialiter non exprimantur, non est ratio cur etiam FERIA illa VI. habenda sit pro die impedita; cum etiam in illa sit Officium 9. Lektionum, & quidem Officium repetitae Dominicae, quae juxta omnes est impedita; taceo alia quae in Confirmatione adduci possent.

A Vesperis hujus diei usque ad Festum SS. Trinitatis suspenduntur ac abrumpuntur *Octava omnes particulares* (h. e. in Calendario Brevi Rom: non descriptae) v. g. *Patru. Titularis, Dedications*, ita, ut si per aliquot dies de Octava dictum sit Officium, abrumpi debeat à Vesperis hujus diei ob advenientem crastinam Vigiliam Pentecostes juxta dicta superius Fer. II. ante Cineres.

SABBATÒ post Octavam Ascensionis celebratur *Vigilia Pentecostes cum Jejunio*, quae, quia cum subsequente Octava Pentecostes est privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lektionum in ea occurrens, id est si tale infra hoc Tempus occurrat, transferendum id erit (seclusò speciali Privilegiò &c.) post Festum SS. Trinitatis. *Rubr. hic.*

Officium in Vigil. Pentecostes usque ad NONAM inclusive sit Semiduplex, dicendo omnia ut infra Octav: Ascens: exceptis Lektionibus proprijs (quae in I. Noct: sunt: Incipit Epistola Catholica B. Judae Apost.) & Octavo Responsoriò, nec non Capitulis, & Antiphon: ad *Bened:* quae

uti & Oratio, fumuntur ex Domini-  
ca præcedente, cum nona ut heri  
Lectioe ( fi propriam habeat ) &  
Commemoratioe de Feflo Simpli-  
ci, fi quod tale in hac Vigilia occur-  
rat, fed tantum in *Officio* ( h. e. he-  
fternis Vesperis, & hodiernis Audi-  
bus ) non autem in *Missæ*. Post non-  
nam Lectioem, etiamfi Feflum Sim-  
plex non occurrat, dicitur *Te Deum*  
*Laudamus*. In i. Vesp: & Laudibus  
non fit Commemoratio de Cruce.

Ad *Primam* non dicuntur Pre-  
ces in *Officio*, in quò Hymni usque  
ad NONAM terminantur, etiamnum  
ut infra Octav: Ascenf: & in Respon-  
for: brev: ad *Primam* adhuc dicitur:  
*Qui fecandis super &c.* & in Martyrolo-  
gio annuntiat in Choro ab Ana-  
gnofte feu Lectore post Calendas pri-  
mò locò Feflum Pentecofte. In ead:  
ad Abfolutionem Capituli dic: Capi-  
tulum NONÆ præcedentis Dominicæ.  
Ad *Officium* hodie usque ad NONAM in-  
clufivè *Col. Alb.* Postmodum ad Pro-  
phetias, Benedictionem Fontis Ba-  
ptifmal: & Liranas usque ad *Missam*  
exclufivè *Col. Viol.* Deinceps verò ad-  
hibetur Rubeus, qui & in privatis  
*Missis* hujus diei, quoad Vestes ce-  
lebrantium est adhibendus, licet ce-  
lebrant ante NONAM. Pro *Missæ* so-  
lenni autem, cum colorum post NO-  
NAM Mutatio feu Diversitas fit etiam  
quoad Pallia, feu Antependia Alta-  
ris majoris facienda, ideo Ante-  
pendium illius Violaceum ità erit

Y 2

Ep-

accommodandum, ut præcedens fa-  
cilè removeri, eique aliud, nempe  
Rubrum, in Tempore substitui pos-  
fit. *Missæ Conventualis*, feu *Solemnis*  
hujus Vigiliæ dicitur ( ut in proprio  
loco ) post Nonam, eaque etiam in  
ijs Ecclesijs, quæ non habent Fon-  
tem baptifmalem, incipit à Prophe-  
tijs, ac hisce subjunctis Litanijs,  
omiffo Introitu: quæ porrò circa *Mis-  
sam solennem* sint observanda, Vide  
apud Gerlac. P. 6. Tit. 23. Bauldry  
P. 4. c. 14. ac in *Missali*. Adhiben-  
tur ad illam Dalmat: cum Tunic. &  
ad *Gloria in excelsis* pullantur Campa-  
næ respectivè ut Sabb: Sanct: *Col.  
Rubr.* Benedictio quoque Fontis ba-  
ptifmalis, ubi fit, peragitur de tè-  
liquo pariter ut Sabbatò Sanctò.

*Missæ private* ( omiflis Prophetijs,  
earumque Orationibus, ac Litanijs )  
dictò pro more *Pfalmodi Judica*, ac facta  
Confessione &c, abfolutè incipiun-  
tur à *Missæ* hodiernæ Introitu ( *Cum  
Sanctificatus fuero &c.* ) qui exstat in  
Fine hodiernæ *Missæ*: dicitur in ea  
*Gloria*, sine *Credo*. Oratio Unica ( di-  
verfa ab Oratione *Officij* ) ut ibi, si-  
ne Commemoratioe Fefli Simpli-  
cis, fi quod hodie occurrat, tam in  
*Missis Privatis*, quàm etiam Solemni,  
esto ejus facta fit Commemoratio in  
Laudibus, & Vesperis hefternis, at-  
que etiam dicta de eo fit 9. Lectio in  
*Officio. Rubr. Gen. Missal. Tit. VII. n. 1.*  
Nequit etiam dici in *Missis* hujus  
Vigiliæ Oratio indicta alioquin ab

Epifc: &c. Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur* propria ab hoc Sabbatho incluſivè, uſque ad Sabbathum ſequens incluſivè. In fine *Ite*, & *Evang: S. Joan. Col. Rubr.* Non poſſunt ab hac die uſque ad Sabbathum ſequens incluſivè dici Miſſæ votivæ privatae, etiam de *Requiem*. **BENEDICTIO** Menſæ propria hodie, & deinceps uſque ad Sabbathum ſequens excluſivè, uti ad calcem Breviarij.

*Vesperæ* dicuntur de Dominica Pentecoſtes ſub Rit: dupl. 1. *Classis omnia* dicendo uti notantur in Proprio de Temp: ſine ulla Commemoratione. *Col. Rub.*

Notandum hîc, quòd in *Vesperis*, quæ Solenniter cantantur de Feflo Pentecoſtes, Officiator ad Intonationem Hymni: *Veni Creator &c.* juxta Cærem. Epifc. l. 2. debeat Stans jungere, extendere, & elevare manus, ac caput inclinare verſus Altare; Hymno autem intonato mox ſe ſupra proximum Altaris gradum in genua demittere, ibique flexis genibus manere, donec prima Stropha abſolvatur. *Lohner Inſtruct. Pract. II. P. 3. T. 3. §. I. Bauldry P. II. c. 11. a. 1. n. 25. & 26.* Cum Officiatore ſupra primum Altaris gradum ad Intonationem prædiſti Hymni pariter genuſlectunt ambo ejus Aſſiſtentes, unus quidem à dextris, alter verò à ſiniſtris, uſque ad abſolutionem primæ Strophae: *Ceroferarij* autem remanent ſtantes,

prout erant: Abſolutâ primâ Hymni Stropha Officiator, factâ Altari reverentiâ, ad ſuam revertitur Sedem; idipſum, exhibitis Officiatori, & Altari debitis reverentijs, faciunt ejus Aſſiſtentes, ac Miniſtri omnes. Quæ porrò ſint obſervanda in his, & alijs *Vesperis* ſolennibus, nominatim ijs, quæ cantantur de B. V. & in quibus principium Hymni inchoatur per invocationem DEI, vel Chriſti (uti Hymni: *Salutis humanae Sator &c: DEUS tuorum militum &c: JESU Redemptor omnium &c*) vide apud paulò ante cit. Scriptores, nec non apud Gav: To. S. 10. c. 1. & 2. &c. à. n. 8.

Hymni Completorij & Hærum deinceps uſque ad 1. *Vesperæ* SS. Trinitatis excluſivè terminantur per Verba: *DEO Patri ſit Gloria, & Filio, qui à mortuis ſurrexit, ac Paracleti, in ſæculorum ſæcula.* *Col. Rub. De Feſto Simplicibus*, ſi quæ in Dominica Pentecoſtes, aut Feriâ II. vel. III. Pentecoſtes occurrant, nihil omnino præ Rubr. propr. ſit in *Officio*, vel *Miſſa*: reliquis verò infra Octavam diebus nempe à Fer. IV. incluſivè, ſit de illis tantum Commemoratio in *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa* currentiæ Octavæ, attamen ſine ult: de ijs Lectione (etiamſi propriam, aut proprias aliqua illorum alioquin haberent) reſpectivè ut infra Octavam Paſchæ.

## TITULUS XXIX.

### De Dominica ac Festo Pentecostes, nec non cæteris diebus infra ejus Octavam occurrentibus.

**D**OMINICA PENTECOSTES ( hoc est *Diei Quinquagesime* post Pascha, de qua vid. erudita apud Gavant: Tom. 1. P. 4. Tit. 11. à. n. 22.) est *Dominica major* 1. *Classis*, adeoque *Privilegiata* contra quodcunque Festum aliud in ea occurrens, ita quidem, ut in ea, uti & in duobus sequentibus diebus, ne quidem Missa Votiva solennis ( seculo Speciali Privilegio ) de alio Festo possit decantari, uti manifestè constar ex Rubr. Gen. VI. Missal. Reliquis verò infra Octavam diebus in Ecclesijs, ubi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus Populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt quidem cantari duæ Missæ, una de die, alia de Festo ( & quidem utraque post NONAM, ob specialem pro hoc casu rationem, ita tamen, ut prius decantetur illa, quæ est de *Die*, & cum Officio concordat, postea verò ea, quæ est de *Festo*, ad cuius Missam populus eò libentiùs, quò tardius convenire solet, ut notat Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 6. ante fin.) aut saltem Comemoratio fieri de Festo, uti etiam decantari pro re gravi Missa Votiva solennis ( non item dici Missæ Vo-

tivæ privatæ, etiam de *Requiem* ) tamen in Missis etiam hujusmodi Votivis solennibus dicenda est Præfatio ( nisi votiva propriam habeat ) de Pentecoste, nec non cum ejusdem *Communicantes & Hanc igitur*, etiam in casu, quò Missa Votiva solennis propriam habet Præfationem: Quæ tamen non dicuntur in Missis etiam solennibus de *Requiem*, quæ post 1. Pentecostes Triduum dicuntur præsentente Funere: In his enim etiam solennibus, semper dicitur Præfatio Communis, uti & *Communicantes*, & *Hanc igitur* Comune, infra quamcunque Octavam decantentur. Quæ omnia constant ex ijs, quæ Communiter traduntur à Rubricistis Tit. de Præfat. Tit. de Miss. Votiv. & Tit. de Miss. Defunctor.

In Officio DOMINICÆ seu FESTE PENTECOSTES ( quò ad modum Officij Paschalis, habet in *Matutino* tantum 3. Psalmos, adeoque unicum Nocturnum, cum totidem Antiphonis, & Lectionibus ) omnia dicuntur sub Ritu duplici 1. *Classis*, uti notantur in Proprio de Tempore, sine ulla Comemoratione. Ad *Primam* in Responsor: brev: dic: *Qui Sedes ad*  
Y 3 de.

dexteram Patris Alleluja, alleluja. Ad Tertiam ab hac die usque ad Sabbatum sequens inclusivè Hymnus: *Veni Creator Spiritus &c* locò Hymni: *Nunc Sancte nobis &c*; quia convenit (ut notat Gavantus) ut S. Spiritum, qui hora tertia super Apostolos descendit, hoc die Hymno longiori, ac proprio Festi invocemus, & ad nos invitemus: porro ad primam Hymni hujus intonationem eadem sunt observanda ad Tertiam, quæ supra ad *Vesperas*, uti hic monet Bauldry, additque: *Videri sibi HORAM TERTIAM* hoc Tempore Pentecostes solemnius decantandam, accensis omnibus cereis Altaris: ad eam etiam (inquit idem) omnes Clerici de Ecclesia adsint. Alia in Choro, tam hodie & per Octavam, quam etiam pridie Pentecostes observanda vide apud eundem P. 4. c. 14. Manual: ubi inter alia notat, *Missas solennes* hujus Octavæ dicendas post NONAM, facèsque reportari in Sacristiam post Elevationem Sacramenti utramque. *Col. Rub.* usque ad *Vesperas* seq: *Sabbati exclusivè.*

Missæ hodie, & per totam Octavam quotidie Propria, cum *Glor.* sequentiâ, ac *Credo*, & in ea Oratio hodie, & sequenti biduo unica, sine Commemoratione *Festi Simplicis* occurrentis, Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, ut heri. In fine Evangel. S. Joan. *Col. Rub.*

*Ad Vesperas Antiphona: Cum*

complerentur &c, cum reliquis de Laudib. Psalmus *Dixit Dominus*, cum cæteris de Dominica, qui, uti & Antiphonæ, quotidie dicuntur per Octavam, Capitulum, & Hymnus (*Veni Creator*) ut in 1. *Vesperis*. Versus: (*Loquebantur*) & Antiphona *Magnificat* cum Oratione, ut in Proprio de Tempore *Col. Rub.*

FERIA II. & III. PENTECOSTES. Officium fit rursus Ritu duplici i. Clau ac sine omni Commemoratione, tiam simplicis occurrentis, sicut in die, exceptis respectivè Versibus Nocturni; Lectionibus; Responsorio; Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac Orationibus, quæ omnia pro singulis per Octavam diebus propria assignantur in Proprio de Tempore.

Missæ quoque cuilibet per Octavam Feriæ sua peculiaris assignatur in Proprio de Tempore: à Missali Romano, & in ea dicitur *Gloria*, sequentiâ, & *Credo*, nec non Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, uti in Festo. Oratio Feriæ II. & III. dicitur unica (sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod forte in alterutra, aut utraque occurrat) in reliquis vero deinceps Ferijs duæ, ut paulo post dicitur. *Col. Rub.*

*Vesperæ* FER. II. & III. dicuntur eodem modo ac Ritu, quò in Festo, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione, quæ quotidie per Octavam juxta dicta sunt propria; nec fit aliqua in his *Vesperis* de Festo Sim-

Simplici occurrente, aut etiam subsequente Commemoratio. Col. Rub.

FERIA IV. Pentecostes (quæ est Feria IV. 4. Tempor. in æstate) est *Jejunium de Præcepto*, ad Imitationem Apostolorum, qui, absente jam Sponso Christo, *Jejunio* se dederunt, & Spiritus Sancti Adventu Carnis delicias ablegaverunt. Isidor. L. 1. c. 37. & Amalar. L. 2. c. 1. Officium hodie, ac reliquis deinceps diebus usque ad Sabbatum sequens inclusivè fit *Semiduplex*, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod in illis occurrat, at tamen sine ultima de eo Lectione, etiamsi propriam habeat. Versus ad Nocturn: Lectiones, Responsoria, Antiphonæ ad *Bened.* & *Magnif.* ac Oratio quotidie sunt propria: reliqua dicuntur (sed Ritu semidupl.) uti in Festo.

*Missæ* hæc, & sequentibus Ferijs dicitur uti pro quavis respectivè Feria notatur in Propr. de Temp. cum *Glor.* Sequentiâ, *Credo*, ac reliquis, uti præcedentibus diebus: hodie tamen (sine *Flectamus genua*, ratione scil. Temporis adhuc Paschalis) dicuntur 2. Lectiones, & Sabbato sequenti sex, ratione 4. Temporum, ut ibi. Dicuntur quoque hæc, & seqq. Ferijs in *Missæ* 2. Orationes, una de die, altera *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi occurrat *Festum Simplex*; tunc enim de eo fit Commemoratio etiam in *Missæ*, nec tamen propterea tunc dicitur tertia Oratio, adeoque

omittitur tunc Oratio tam contra *Persecutores Ecclesiæ*, quam pro *Papa*. In fine autem dic: *Ite*, & Evangel: *S. Joan.* In *Vesperis* (quæ Ritu tamen Semidupl: de reliquo verò uti diebus præcedentibus cum Antiphona propr: ad *Magnificat*, & Oratione propria dicuntur) fit Commemoratio Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Col. Rub. Quod si infra hanc Octavam post primum ejus Triduum dicenda sit *Missæ Votiva solemnis* pro re gravi, & dicatur de S. Spiritu, dicenda est ea, quæ competit diei occurrenti, & non alia. *Arnaud Epit. Tr. I. P. 1. Tit. 4. in fin.* Idem ibid. P. 4. Tit. 16. n. 2. monet: Si hæc, aut aliâ infra hanc Octavam die (post primum ejus triduum) cantanda sit *Missæ de Festo transferendo* ob *Concursum populi*, vel *ratione Titularis Ecclesiæ* (ut in Rubric: Gener: VI. Missal.) aut *Missæ Votiva solemnis* pro re gravi, dicendam illam esse ut Tempore Paschali; eò quod hoc primum terminetur Sabbatò ante Trinitatem.

Fer. V. post Pentec: *Officium*, & *Missæ* dicuntur Ritu ac Modò heri declaratò.

Feria VI. Quatuor Temporum Pentecostes (in qua *Jejunium de Præcepto*) pariter *Officium* ac *Missæ* dicuntur Modò ac Ritu Fer. IV. præcedente declaratò. Quod si dicatur hodie ex mandato Superioris in *Missæ* ultimò locò Oratio: *DEUS Refugium*, Correspondens huic *Postcommuniò*



munio mutanda est cum Postcommunionem Orationis proximè sequentis pro *Quacunq[ue] Tribulatione*, nè coincidat cum Postcommunionem hodiernæ Missæ.

SABBATÔ 4. TEMPOR. PENTECOSTES (in qua rursus *Jejunium Ecclesiasticum de Præcepto, & Collatio SS. Ordinum* in Ecclesijs Cathedralibus) *Officium* fit semidupl: de Octava Pentecostes, ut heri, exceptis ijs, quæ sunt propria; & ad *Primam* in Martyrologio annuntiatur primò locò *Festum SS. Trinitatis*. *MISSA* propria, in qua 6. Lectiones, sed sine *Flectamus genua* ad prævias Oraciones, propter etiamnum adhuc currens *Tempus Paschale*. Oratio 2. ut *Feria IV.* præcedente. 3. non dicitur. In eadem *Gloria, Credo, Sequentia*, aliæque respectivè ut ibi, & præcedentibus diebus, nisi quòd in fine *Sequentiæ* non dicitur *Alleluja* in hac *Missâ*, uti in propria notatur *Rubrica*: addendum tamen adhuc est *Alleluja* ad *Antiphonam Cantici 3. Puerorum* post finem *Missæ* recitari soliti: Quia *Tempus Paschale* finitur primùm *Celebratâ* post *Nonam Missâ*, Cujus (Ritu *Paschali* etiamnum celebratæ) ultimum *Complementum* cum sit *Canticum 3. Puerorum* cum sua *Antiphonâ*, ideo huic quoque etiamnum addendum erit *Alleluja* *Tempore Paschali* toto addi solitum. Notat *Gavantus*: *Missam* hujus *Sabbati* esse *Plenissimam*; quia *Omnia* (ut

quit) *Quæ dici possunt in Missâ*, in ea una continentur, scilicet *Hymnus Angelicus, Prophetia, Sequentia, Symbolum, Præfatio, Communicantes, Hanc igitur*. Hodie post *NONAM Celebratâ* *Missâ* terminatur *Tempus Paschale*. Unde si fiat *Translatio* alicujus *Festum* *Tempore Paschali* ad non *Paschale*, dicuntur de eo *Officium & Missâ* prout *Tempore non Paschali*.

Ad *Mensam* ab hodierna die inclusivè usque ad diem *Natalis Domini* exclusivè *BENEDICTIO Mensæ Communis*, quæ in diebus *Jejuniorum* ad *Comestionem meridiam* est: *Edent pauperes &c.*

*Vesperæ* sunt de *Festo SS. Trinitatis*, dicendo omnia, sub *Ritu duplici* 2. *Classis* in *Ecclesiâ universali* uti notantur in *PROPR: de Temp.* In ijs fit *Commemoratio de Dominica I.* post *Pentec:* per *Antiphon: Lapsa Domine*, & *Verf: Vespertina Oratio*, cum *Oratione propr:* ut ibi. Si *cras* occurrat *Festum Simplex*, non fit de eo in hodiern: *Vesperis* *Commemoratio*. *Completorium* dicitur deinceps rursus ut in *Psalterio* per annum; & à primis *Vesperis Festi SS. Trinitatis* usque ad *Adventum* *Officium* terminatur per *Antiphonam Salve Regina &c.* *Verf: Ora pro nobis &c.* & *Orat: Omnipotens sempiternæ DEUS &c.* quæ *Antiphona* cum suo *Verfu*, & *Oratione stando* dicitur à *Vesperis* cujuslibet *Sabbati* usque ad finem sequentis diei *Dominicæ*; alijs ve.ò diebus dicitur

flexi

*flexis genibus. Col. Alb. Si Completorium separatim dicatur à Vesperis solemnibus, convenit, ut Antiph: Salve Regina, quæ hodie incipit, in choro decantetur post Vesperas, non verò primùm post Completorium, ut Antiphona prædicta, sicut aliæ similes, inchoentur per Cantum Semper. Bauldry P. 4. c. 15. n. 2.*

Hodie, uti & alijs Sabbatis, in quæ incidit *Jejunium de Præcepto* extra

Quadragesimâ ac Tempus Paschale, non esse standum ad signum Angelicæ Salutationis, quod datur in Meridie (ob nondum scilicet dictas Vesperas &c.) sed primùm Vesperis, dictum est supra.

Ubi Festum SS. Trinitatis est *Titulus Templi*, Vesperæ hodiernæ dicendæ sunt Ritu duplici 1. Classicum Commemoratione tamen Dominicæ 1. post Pentec: sed solius.

## TITULUS XXX.

### De Festo SS. Trinitatis, & Dominica I. post Pentecosten.

**D**OMINICÂ I. post PENTEC: à plurimis jam Sæculis celebratur in Ecclesia Universali sub Ritu dupl. 2. Class. *Festum SS. Trinitatis*; Unde hæc Dominica annumeratur *Dominicis Majoribus* 1. *Classis*, hoc est, contra quodcunque aliud Festum ita privilegiatis, ut quodcunque aliud Festum, in hac Dominica alicubi occurrens, cedere, huic Festo, & in diem alium proxime non impeditum transferri debeat, etiam si sit 1. *Classis* v. g. *Patronus*, aut *Titularis*, ut notat Gavant. Tom. 2. Sect. 6. c. 19. n. 2. & cum eo Bauldry, constatque ex Rubr. Gen. X. Breviar. n. 1. Itaque

OFFICIUM ac MISSA in hac Dominica sunt de Festo SS. Trinitatis,

dicendo omnia, prout norantur in *PROPRIO de Tempore.*

In OFFICIO dicitur 9. Lectio de Homilia in Evang. Dominicæ I. post Pentec: cum Commemoratione ejusdem Dominicæ in Laudibus. Quòd si occurrat Festum Simplex, fit etiam de illo Commemoratio in Laudibus ibi, ubi SS. Trinitas non est Titulus Templi, sine 9. de eo Lectione, etiam si propriam alioquin habeat; quia 9. Lectio dicitur de Dominica occurrente. In tertiâ Antiphona ad Laudes Vox *omnium* Conjungenda est Voci *ore* (non autem cum Voce *Patri*) ita, ut Sensus sit: *in Ore omnium.* Gav. loc. cit. n. 3.

Ad PRIMAM (quæ de reliquo dicitur ut in alijs Festis duplicibus per

2

an-

annum) dicitur Symbolum S. Athanasij *Quicumque &c.* & ad absolutio- nem Capituli Capitulum NONÆ.

In Missa hujus Festi *Gloria & Credo* : Oratio 2. de Dominica I. post Pentec. 3. de Festo Simplicis ( sed in Missis privatis tantum ) si quod occur- rat. Præfatio propr. Ultimum Evang. de Dominica I. post Pentec. *Col. Alb.* P. Didacus de Avendanno apud P. Gob. Tr. 3. n. 731. in append: lit. E. censet, in Missa SS. Trinitatis tories inclinandum esse caput, quo- ties nominatur SS. TRINITAS, ob ra- tiones ibi allatas.

*Vespera secunda* ( nisi cras occur- rat alicubi Festum 1. Classis ) sunt pariter de Festo SS. Trinitatis : An- tiphona eadem, quæ in *Laudibus* : Psalmi omnes de Dominica. Capi- tulum, Hymnus, & Oratio ut in I. Vesperis : Versus verò, & Antipho- na ad *Magnificat* propr: uti norantur in *Loco. Col. Alb.* Quod si Feriâ 2. subsequente celebretur alicubi Fe- stum 1. Classis, ( v. g. *Festum Patroni*, aut *Dedicationis Ecclesie*, etiam trans- larum ) tunc *Vesperæ hodiernæ* totæ erunt de Festo illo 1. Classis, de Festo autem SS. Trinitatis fiet ibi tantum Commemoratio, & quidem de eo solo, id est, sine Commemora- tione Dominicæ hodiernæ, ac etiam sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Si autem cras celebreretur alicubi Festum so- lummodo 2. Classis, tunc per Rubric:

Gener: XI. de *Concurr. Feslor: n. 2.* & Gav: *hic hodiernæ Vesperæ totæ e- runt de Festo SS. Trinitatis*, cum Commemoratione sequentis Festi 2. Classis, at tamen sine Commemora- tione hodiernæ Dominicæ, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat : de hoc enim tunc fiet Comemoratio in solis *Laudibus*, ac Missis privatis cras- tini Festi 2. Classis. Si denique cras nec Festum 1. nec 2. Classis oc- currat, occurrat autem Duplex mi- nus, vel etiam majus, tunc in 2. Ve- speris Festi SS. Trinitatis fiet Com- memoratio de illo, postea Dominicæ hodiernæ, ac demum Festi Simplicis, si tale cras occurrat. Quod cras occurrat Festum Semiduplex, tunc in 2. Vesperis hodiernæ Festi SS. Trinitatis post Commemorationem de Dominica fiet etiam de illo Com- memoratio, post hanc verò Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Quod si crastina Feria II. sit prima dies Mensis non impedira, quæ de- cendum sit *Officium*, ac Missa Con- ventualis pro Defunctis, tunc hodie post *Vesperas* diei dicuntur *Vesperæ Defunctorum* modò alibi declarant. Exceptionem facit Bauldry P. 4. c. 15. n. 3. quoad Festum hodiernum Titulare.

Ubi SS. TRINITAS est Titulus Ec- clesie, ibi Festum SS. Trinitatis ce- lebrandum est *Ritu duplici* 1. Classis & cum *Obava*, quam pro ejusmodi Ecclesijs ei decrevit Sac. Rit. Congre- gatio

gatio hic apud Gavant: declaravit- que Octavam SS. Trinitatis in propria Ecclesia esse digniorem, quam Octavam Corporis Christi, adeoque diebus infra Octavam, quibus utraque simul occurrit, tam quoad Officium, quam quoad Missam, priorem Octavam praeferendam esse posteriori. Fit autem Officium ibi, ubi SS. Trinitas est Titulus Templi, sequentem in modum: 1. Vesperae dicuntur de Feste SS. Trinitatis, cum Commemoratione solius Dominicae I. post Pentec: (sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod aut hodie, aut cras occurrat) uti & reliquum Officium de eodem Feste, prout notatur in PROPRIO de Tempore, cum 9. Lectione de Homilia Dominicae I. post Pentecosten, ejusque Commemoratione in Laudibus & Missa, sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod simul occurrat, tam in Officio (in quo ad PRIMAM dicitur Symbolum S. Athanas: Quicumque vult &c.) quam etiam in Missa, in qua dicitur Glor: Cred: Praefatio propria, Communicantes Commune, & in fine Evangelium Dominicae I. post Pentec. Secundae quoque Vesperae integrae ibi dicuntur de SS. Trinitate cum Commemoratione Dominicae occurrentis, cui praemittitur Commemoratio Festi Duplicis subsequenter, postponitur autem Commemoratio Festi Semiduplicis, si tale cras sequatur; de Feste autem Simplicis etiam in II. Vesperis nulla

fit ibi Commemoratio, ubi SS. Trinitatis est Festum Titulare, si aliquod cras occurrat: nulla quoque fiet Dominicae hodie occurrentis Commemoratio in II. hodiernis Vesperis tunc, quando Festum Cras subsequens esset 1. aut 2. Classis, juxta Rubric. superius allegatam. Col. Alb. Diebus autem infra Octavam SS. Trinitatis (ubi ea cum Octava ratione Tituli Ecclesiae particularis celebratur) Officium fit Ritu Semiduplici, uti in Feste, exceptis Lectionibus, quae in I. Nocturno sumuntur de Scriptura occurrente. Pro II. autem, ac III. Nocturno per totam Octavam habentur propriae, à Sac. Rit. Congr. approbatae, quae extant in OCTAVARIO Romano statim in principio, nec non in Proprijs Ecclesiarum particularium OCTAVARIIS: de ordinanda autem MISSA infra hanc Octavam post dicitur.

Quia verò Octava SS. Trinitatis non est Privilegiata, sed infra illam celebrari etiam possunt Festa alia 9. Lectionum, non modò Duplicia (tam translata, quam non translata) sed etiam Semiduplicia infra eam occurrentia, uti etiam Semiduplex, occurrens in ipsa Dominica, translatum in proximè sequentem diem, non tamen Semiduplicia ultra unum diem translata, ideo, si Feria II. aut III. aut IV. respectivè infra Octavam SS. Trinitatis occurrat ejusmodi Festum, Officium & Missa dicitur

tur de Festo, cum Commemoratione Octavæ, in Laudibus, Missa, ac Vesperis, nisi Festum illud sit 1. aut 2. Classis; nam Festa 1. Classis nec in Officio, nec in Missa admittunt Commemorationem *Diei infra Octavam* (nisi Octava illa sit privilegiata, uti est Octava *Nativitatis Domini*, *Epiphania*, & *Corporis Christi*) Festa autem 2. Classis Commemorationem diei infra Octavam non privilegiatam admittunt solummodo in 2. Vesperis, si tamen postero die de eusmodi die infra Octavam fiat Officium, aliàs non. *Rubr. Gen. IX. n. 6.*

FERIÂ VI. ac SABBATÒ post Festum Corporis Christi, nisi occurrat Festum Duplex, Officium & Missa dicenda sunt de *Octava SS. Trinitatis*, ubi est Titulus Ecclesiæ, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi, & Festi Simplicis (si quod occurrat) ut postea dicitur. Si infra Octavam SS. Trinitatis occurrat Festum Simplex, sit de eo non tantum Commemoratio in Officio & Missa de Octava Trinitatis, sed etiam legitur de eo 9. Lectio in Matutino, si propriam habeat, idque non tantum ante, sed probabilius (juxta inferius dicenda) etiam post Festum S. Corporis Christi, prout infra dicitur, si Festum Duplex infra Octavam SS. Corporis Christi occurrat; cum nulla Rubrica id veter; & par sit ratio, quoad hoc, *Diei infra Octavam SS. Trinitatis cum Duplex occurrere*; Tamen enim

*Dies infra Octavam SS. Trinitatis* [non privilegiatam] non sit Festum Duplex, Decretum autem S.R.C. seu Rubrica nova de non omittenda 9. Lectio eo die infra Octavam SS. Corporis Christi, quò sit de Festo Duplex [dummodo hoc non sit 1. Classis] loquatur tantum de Die, quò occurrat Festum Duplex, non autem de Die, quò occurrat fieri Officium de Die infra Octavam alterius Festi; spectando tamen rationem, quam intendit ea Rubrica seu Decretum [ne scilicet *Lectio* de Octava Corporis Christi impediatur] æquè hic cessat, ut consideranti patebit, ac cessat in Casu, quò infra Octavam Corporis Christi occurrat fieri de Festo Duplex. De quo, & alijs huc pertinentibus plura dicentur in Decursu, nominatim de Casu, quò *Vigilia S. Joan. Baptista* occurrat infra OCTAVAS SS. Trinitatis, & Corporis Christi simul, ac exinde non leve oritur dubium, an die illi infra utramque eam Octavam occurrente Missa dicenda sit de *Vigilia S. Joannis*, an verò de alterutra Octava? *Missæ diebus infra Octavam SS. Trinitatis*, in quibus de currente Octava SS. Trinitatis sit Officium, dicitur sicut in Festo, cum *Glor. & Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa [uti notantur post Dominicam in Albis] si Festum Simplex, aut Dies infra Octavam SS. Corporis Christi non occurrat: nam post

post Festum SS. Corporis Christi in Missa de Octava SS. Trinitatis Oratio 2. est de Octava Corporis Christi, 3. autem *Concede*, nisi hæc quoque per Commemorationem; tertio Locò de Festo Simplici simul occurrente faciendam; extrudatur: nam occurrente simul Festo Simplici post Festum Corporis Christi, tertia Oratio erit de illo. Præfatio per totam Octavam SS. Trinitatis non tantum in Missa de Octav. SS. Trinit., sed etiã in alijs Missis, quæ infra Octavam tam ante, quam post Festum SS. Corporis Christi dicuntur, est de SS. Trinitate, nisi propriam habeant; uti habet *Missa*, quæ dicitur in Festo SS. Corporis Christi. Post quod etiam illis diebus, in quibus Officium fit de Octava SS. Trinitatis, terminandi sunt Hymni HORARUM per illa Verba: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Superest resolvenda hæc Quæstio satis controversa: An nempe ibi, ubi Festum SS. Trinitatis est Festum Titulare, seu Titulus Templi [uti est Oeniponti apud PP. Soc. JESU, ac multis alijs in Locis] adeoque celebratur cum Octava, dicendum ad PRIMAM sit Symbolum S. Athanasij, etiam Diebus infra Octavam? Aliqui cum Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 20. n. 4. existimant, illud Soli Dominica Convenire, adeoque non nisi in Dominica, quæ Festum SS. Trinitatis celebratur, ac Die ejus Octavã [quæ eandem cum Festo Ritum, licet non

eandem Classẽ habere debet] esse dicendum. Alij cum P. Tob. Lohner Instruct. pract. 2. P. 2. Tit. 3. §. 5. in solo Festo dicendum autumant; eò quod ipsi duntaxat Festo ratione *Mysterij* [Trinitatis] Concessum Videatur; quemadmodum in Festo Epiphaniæ ratione *Mysterij* Invitatorium cum Psalmo *Venite* in I. Nocturno omittitur tantum in ipso Festo Epiphaniæ non autem infra ejus Octavam. Denique eruditiss. Theophilus Raynaudus Tomo 15. [qui *Heteroclitia Spirituali* inscribitur] fol. 16. Columnæ 2. & alij cum ipso sustinent: dicendum id esse etiam infra Octavam, illis saltem, ut quidam limitant, diebus, in quibus Officium fit de Octava SS. Trinitatis, non tamen illis alijs, in quibus Officium fit de alio Festo simul occurrente, v.g. de S. Norberto, aut de Solennitate SS. Corporis CHRISTI. Rationem pro hac sua sententia dant; quod Officium Festi habentis Octavam celebrandum sit [variato solo Ritu] per se loquendo per totam Octavam, uti in Festo, quando Officium fit de Octava: atque ita Lugduni [ubi pariter Templum SS. Trinitati dedicatum habet Societas JESU] practitarum suò ævò fuisse ibidem tradit Raynaudus, Indigenæ utique Veteranus illius Domicilij. Cui ultimæ Sententiæ & ego [usque dum aliud Sac. Rit. Cong. decerneretur, aut ab eadem decretum esse innovaretur] ob eam accedo Rationem; quia

quia omnium maximè conformis Rubricis Breviarij Romani viderur. Nam juxta Rubricas illius Generales Tit. VII. de Octavis, n. 4. & 5. *Diebus infra Octavam, & in Die Octava,* nullò Festò Duplici aut Semiduplici impeditis, dicuntur omnia, exceptis Lectionibus, sicut in *Die Festi,* nisi aliter in proprijs locis notetur, mutato solo *Ritu,* aut ejus *Classe,* quatenus *Diebus infra Octavam* fit Officiù *Ritu Semiduplici,* & in *Die Octava* *Ritu Duplici* (respectivè *minore,* aut *majorè*) eùm in Festo sit factum *Ritu Duplici* 1. aut 2. *Classis:* atqui in Festo SS. Trinitatis dicitur Symbolum, & aliud in proprio loco non notatur: ergo eùm tota Octava sit Continuatio Festi, dicitur id etiam quotiescunque de illa fiet Officium. Quòd si neges suppositum majoris, ac dicas, Symbolum in Festo SS. Trinitatis non dici ratione Festi, sed ratione *Dominicæ* 1. post Pentecosten, tunc manifestè falsitatis convincitur hæc Responsio ex Rubrica particulari ipsi Symbolo præfixa, quæ sic habet: *Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Officium de Dominicæ ut in Psalterio, & in Festo SS. Trinitatis:* atqui in Festo SS. Trinitatis Officium non fit de *Dominicæ ut in Psalterio,* ergo falsum est, quòd tunc dicatur ratione *Dominicæ:* Cùm juxta modò citatam Rubricam nulla *Dominicæ* illud exigat, nisi illa, in qua fit Officium *ut in Psalterio:* & verò cum non de illa,

sed de Festo fiat Officium, & non illud, sed ipsum Festi Officium in Rubricis Generali citatà, tum in Rubrica propria hujus Festi attribuatur hoc Symbolum, sine ullo planè fundamentò asseritur, ratione ipsius *Dominicæ* dici seu in Festo, seu in *Die Octava* Festi. Unde jure miratur Raynaldus, Gavantum locò citatò eximè mare, id *Dominicæ,* & non *Festò* assignatum; eùm ipsemet Gavantum paulò antè præmittat: ideo in *Dominicæ* seu Festo SS. Trinitatis dicitur hoc Symbolum, quia *Doctrinam à Trinitate* continet, quòdque non ratione *Dominicæ,* sed ratione Festi hoc dicatur, satis superque indicat Rubricæ à me citatæ. Atque e his solvitur Fundamentum Gavanti Ad Fundam: P. Lohneri quòd antinet, negatur consequentia, & paritas: quia, quòd omittendum sit *Invitatorium, & Hymnus,* nec non *Cantuum Venite* in Festo *Epiphaniæ,* nec autem *infra Octavam,* nec in ipsa *Die Octava* illius Festi, habetur ex Speciali ea super re Dispositione ac Rubricâ Breviarij, ut ipsemet notat Lohnerus in *Instruct. & Practica* citatò P. 5. in Notis ad Rubricas Breviarij Tit. VII. de Octavis num. 4. Licet eùm ergo, uti iterum ipsemet tradit P. 5. citatà post Initium, *Littera B. Rubricæ* particulares derogent Generalibus in ijs, in quibus aliquid istis contrarium statuitur, mirum non est, quòd aliqua in Festo non

dicantur, quæ dicuntur per Octavam: similis autem Dispositio seu Rubrica particularis non habetur de dicendo Symbolo Athanasiano in solo Festo, non autem per hujus Octavam, si alicubi cum Octava celebretur, & de ista fiat Officium: ergo non tantum respectu aliorum Festorum, sed etiam respectu hujus Festi in Possessione manet Rubrica Generalis de Octavis, quæ universaliter disponit, ut mutato solo Ritu ac Classe idem Officium dicatur per Octavam, & in Octava, quod dicitur in Festo, variatis solum Lectionibus unius, aut plurium Nocturnorum &c: ergo à l. ad ultimum, sicuti Symbolum Athanasianum dicitur in Festo, ita etiam dicendum est per Octavam, quando sit de ista Officium, & simul in ipsa Die Octava: id quod ex ipso-mer Principio P. Lohneri, in ipsum-mer retorto, sic confirmo: Ratio dicendi hoc Symbolum in Festo SS. Trinitatis, ut ipse contra Gavantum docet, non est Dominica (alias concedere deberet, quod etiam dicendum esset in Octava) sed ipsum duntaxat Festum, cui ratione *Mysterij*, & ob hujus altitudinem concessum dicitur loco supra citato: Sed hæc ratio etiam pugnat pro Octava: cum juxta ipsum-mer hæc sit continuatio, seu prorogatio Festi, ac proinde idem requirens Officium, licet non sub eodem Ritu, aut Classe; & *Mysterium Trinitatis* non minus honoretur &

recolatur Officiò illò, quod dicitur per Octavam (cum sit idem, non tantum specie, sed quoad pleraque etiam in individuo) quàm illò, quod dicitur in Festo: ergo sicuti Officium Festi ob altitudinem *Mysterij*, seu *ratione Mysterij* exigit dici Symbolum, continens *sublimem ac expressam de ea Doctrinam*, ita etiam illud requiret Octava, quando de ea fit Officium. Dico: Quando de ea fit Officium: nam si die aliqua infra Octavam fiat Officium de aliquo alio Festo, v. g. *Corporis Christi*, non esse dicendum Symbolum in PRIMA ipsemet Concedo: quia cum non sit pars Officij, quod die illo dicitur, sed tantum Officij de Trinitate, jam cessat ratio illud dicendi, ex Rubricis allata pro alijs diebus: ergo sicuti quando infra Octavam SS. Corporis Christi celebratur Missa non de Octava Corporis Christi, sed de alio Festo Duplici occurrente, non dicitur *Sequentia: Lauda Spon Salvatorem*, quia hæc est tantum Pars Missæ SS. Corporis Christi; ita etiam, quando infra Octavam SS. Trinitatis celebratur Festum aliud, non dicitur ad *Primam* Symbolum S. Athanasij; eò quod non sit Pars illius Officij, sed Officij SS. Trinitatis. Neque obstat, quod etiam in Festis infra Octavam SS. Trinitatis occurrentibus dicatur in *Missæ Præfatio* de S. Trinitate & in occurrentibus infra Octavâ Corporis Christi Hymni etiam Festorum aliorum ter-  
mi.



minentur per *JESU tibi fit Gloria*, non minus, quam cum *Officium* dicitur de Octava: Disparitas est: quia Variatio illa Præfationis, & finis seu Terminatio diverfa Hymnorum est tantum accidentalis, Præfatio autem quoad Substantiam fpectata, & Hymni, itidem quoad Substantiam fpectati, funt pars faltem integralis cujuscunque Miffæ, & Officij, etiam Fefivi, non autem Symbolum S. Athanafij, fed determinatè tantum Officij SS. Trinitatis, & certarum Dominicarum, illarum fcilicet, in quibus fit Officium, ut in *Psalterio*: ergo in his tantum, non autem in illis habet locum.

Refolutioni hafcenus datæ non video quid opponi poffit, nifi forè illud, quod habetur in Rubricis Generalibus Breviarij Titulo 33. n. 2. ubi inter alia dicitur: Symbolum S. Athanafij dici ad PRIMAM in Dominicis ibi expreffis, & in Dominica Trinitatis, *alias nunquã*: Verum quemadmodum Leges in fpeciem contrariæ funt invicem conciliandæ c. cum expediat, ita etiam Rubricæ in fpeciem contrariæ funt invicem concordandæ; certè Rubricam, modò in Contrarium adductam pro Lohnero, non habere fensum exclusivum Symboli Athanafij ab omni alio die habente idem Officium, quod habet Dominica Trinitatis, agnovit ipfe Gavantus, dum non obftantibus dictis particulis illud faltem con-

ceffit etiam diei Octavæ SS. Trinitatis, ubi celebratur cum Octava quamvis ex alio capite ad folam hanc non factis fundatè videatur id extendiffe. Dico igitur, cum Rubrica illius finis ibidem fit docere, in quibus Dominicis non dicatur (cum de his tantum regulariter, & abftrahendo à particularibus locis poffit effe dubium) Sensem illorum Verborum: *alias nunquam* folummodo effe: quod in Dominicis folummodo ibi expreffis (nempe in ijs, in quibus fit de Dominica, ut in *Psalterio*, & in Dominica SS. Trinitatis) illud Symbolum dicatur, non verem, quòd non dicendum fit diebus illis, in quibus dicitur idem Officium, quod dicitur in Dominica Trinitatis, uti dicitur in hujus die Octava, & infra Octavam nullo alio Feflo impeditam: nam in his non minus, quam in ipfo Feflo dicendum effe, eruitur ex Rubricis tum Generalibus, tum fpecialibus fuprà adductis, quarum una inter Partes Officij ipfius Fefli Trinitatis diftinctè collocat ac numerat hoc Symbolum, reliquæ autem Universaliter ac fine exceptione præfcribunt, ut per Octavam, & in Octava dicatur idem Officium, quòd dicitur in ipfo Feflo, nifi aliter in proprijs Locis noceatur, Variatò folummodo Ritu, & Claffe, ac Lectionibus. Aio igitur: Rubricam in contrarium allatam ibi (ut illam ritè expendenti parebit)

disponere solummodo de Dominicis, & determinare, in quibus regulariter, & abstrahendo à particularibus casibus, juxta alias Rubricas regulandis, Symbolum Athanasij sit dicendum, & in quibus Dominicis non sit dicendum; non autem, an, & in quonam Festo, ejusve Octava id sit dicendum [ Cùm hoc ex alijs Rubricis Specialibus ac Generalibus jam satis supérque constare supponatur ] ac propterea signanter dicit: & in Dominica Trinitatis, non autem in Festo Trinitatis, quâ tamen voce utitur in alijs locis, in quibus Symbolû huic Festo assignat primò & per se, Dominicæ autem illi, in qua celebratur, tantùm per accidens, ratione scilicet Festi id requirentis; cùm alioqui Dominica, in qua Festum Duplex celebratur, non tantùm per se illud non requirat, sed omnino positivè excludat. Soliditas hujus Responsionis confirmatur ex ipso quodam loco Gavanti, exstante P. 2. Sect. 6. c. 19. n. 1. ubi ait: Ne mireris, quòd Festum Trinitatis nunc dicatur Festum, nunc Dominica: nam utrumque verum est; & ratione Dominica, in qua semper occurrit, habet, quòd nunquam omittitur Officium Trinitatis, licet eo die occurrat alicubi 1. Classis Festum; ratione Festi verò habet ea tantùm, quæ sunt propria Festorum 2. Classis, puta Comem: de Simplicis in Laud. &c.

Quòd si quærant Patroni Sen-

tentia Lohneriana, cur in Festo Epiphaniæ initiò Marutini non dicatur Invitatorium, Psalmus Venite, & Hymnus, dicantur autem Infra & in Octava? Respondeo, ideo id fieri; quia Ecclesia partialiter saltem aliud Mysterium in Festo, & aliud per Octavam ea Variatione proponere intendit, ac recolere: In Festo Marutini ideo incipitur ex abrupto ab Antiphona & Psalmo; quia Visâ Stellâ, inquit Durandus. L. 6. c. 16. statim venerunt Magi, mutò Nuntiò, non loquente: omittitur etiam Invitatorium, ad detestandam, ut Alcuinus observat, fraudulentam Herodis Invitationem ad Christum adorandum: Non canitur etiam Hymnus primo diè, quia perfectorum est cantare Hymnos, Conversio autem Gentium in solis Magis consistens perfecta non erat, uti ibid. mysticè exponit Durandus: Psalmus denique Venite initiò Marutini die illo omittitur, quia dicitur in 3. Nocturno itidem non sine Mysterio: infra Octavam verò dicitur Invitatorium nomine Magorum, alios Invitantium ad adorandum Christum, uti iterum Gavantis loco cit. observat, apud quem plura de his possunt videri: at verò in nostro casu idem totaliter Mysterium, quòd recolitur in Festo, recolitur & recolendum proponitur etiam per Octavam: ergo lata est disparitas. His jam pro typo elucubratis, ac descri-

A a

ptisi,

pris, reperio celebrem, ac sæpius agitaram hanc controversiam etiam proponi à P. Georg. Gobat Operum ejus moralium Editionis recentioris (quâ antea carebam) Tom. I. P. I. Tr. V. n. 623. Append. 1. & 2. ac ibidem non tantum ab ipso, sed etiam à duobus alijs egregiè doctis (ut ipse appellat) Theologiæ, & respectivè SS. Canonum Magistris ad eundem omnino modum, quò paulò antè à me, ex iisdem omnino Principijs resoluti. Horum alter (ibi tacitò Nominè relatus) est P. Joann. Stoz,

primus SS. Canonum in hac Universitate Oenipontana Professor, cujus Discursus, quò suam ac meam Sententiam probat, adèd solidus eidem P. Gobato videbatur, ut dignum existimaret, quem ibi de Verbo ad Verbum referret, unà cum perinde solidis Responis ad Argumenta, quibus triplicis generis Adversarij tum suam propugnant, tum nostram oppugnant Sententiam: dignum proin quoque erit, quem ibi legere benevolus Lector.

## TITULUS XXXI.

### De Ferijs infra Hebdomadam I. post Octavam Pentecostes occurrentibus, uti & de Festo SS. Corporis Christi.

**F**ERIÀ II. post Festum SS. Trinitatis, nisi faciendum sit de aliquo Festo (seu *Translato*, seu *non Translato*) Officium fit de ea, dicendo MATUTINUM & LAUDES, uti notantur Ferià II. in Psalterio cum Oratione Dominicæ præcedentis. Invitatorium est: *Venite exultemus Domino*. Post ejus primam consuetam Repetitionem statim subjunguntur in Psalmo *Venite hæc Verba: Jubilemus DEO salutari nostro &c.* omisiss primis Verbis Psalmi. Lectiones Nocturni cum suis Responsoijs dicuntur uti notantur in Proprio de

Tempore Ferià II. infra Hebd. I. post Octav. Pentec. ubi extat sequens Rubrica: *Hac Nocte ponuntur Lectiones Regum, de quibus legitur usque ad Dominicam 1. Augusti: Si quid verò de his Libris superstit adveniente dicta Dominica, id, quod superesset legendum de his Libris, eò anno omittitur.* Cùm verò hesternà Dominicà ob Festum SS. Trinitatis in ea occurrens, non poterit legi (ut notat, ac loquitur Gobat: Tom. 2. Sect. 6. c. 19. n. 4.) Initium Libri primi Regum, ideo per Rubr. Gener. XXVI. n. 6. si hodiernà Ferià II. non occurrat Festum 9. Lectionis.

tionum, proprias in I. Nocturno habens Lectiones, *Initium illud Libri I. Regum* hodie ponitur, sive dein Officium fiat de *Feria*, sive de aliquo *Festo* ( seu *occurrente*, seu *translato* ) 9. Lectionum; atque de Libro illo I. Regum legitur usque ad Dominicam V. post Pentec: tam in Officio *feriali*, quam *Festivo*, nisi Officium illud proprias habeat vel ex parte, vel ex toto Lectiones. Quod si *Initium* Libri I. Regum ob Festum proprias habens in I. Nocturno *Lectiones*, in Feriam II. hodiernam incidens, hac Die poni non possit, tunc *Initium* illud Lectionis de Scriptura alioquin hodie occurrente, transfereendum est in sequentem Diem similiter non impeditam, Lectiones autem illi Diei de eadem Scriptura assignatæ vel cum superioribus Lectionibus legantur, vel omittantur ( prout scilicet placuerit ) ita, ut non oporteat amplius in alio sequenti Die eas resumere, sed deinceps illæ semper legantur, quæ sua quaque Die occurrunt, aut ( si ita lubear ) omissæ seu nondum lectæ Lectionibus currentis Diei jungantur: id quod semper juxta Rubr: Gen: XXVI. n. 6. est observandum, quando Lectiones, occurrentes de Scriptura, aliquo die præcedente ( ob occurrentem v. g. *Vigiliam*, aut *Festum habens proprias in I. Noct. Lectiones* ) omitti debuerunt.

Ab hac Die usque ad Adven-

tum resumuntur, & post Orationem Diei ( quæ in Feriali Officio per omnes Horas dicitur ut in Dominica præcedente ) in fine *Laudum* ac *Vesperarum* dicuntur *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum*, quæ habentur in *Psalterio* post *Vesperas Sabbati*, quoties Officium fit vel de *Dominica*, vel de *Feria*, vel de aliquo *Festo* ( nisi Officium fit *Duplex*, vel in *fra Octavas*, etiamsi de *Dominica*, vel *Semiduplici* infra eas fiat ) illisque adjungitur *Commemoratio de Patrono Principali Diæcesis*, aut *Ordinis*, juxta inferius P. II. die 14. *Januariæ* dicenda, nec non de *Patrono* vel *Titulo Ecclesiæ*, ante vel post *Commemorationem* de *S. Maria*, & de *Apostolis*, pro *Dignitate* illius, ita tamen, ut semper ultimò loco ponatur *Commemoratio de Pace*: Ante omnes autem prædictas *Commemorationes* ( in omni ac solo tamen *Officio Feriali* ) fit hoc Tempore usque ad *Adventum* *Commemoratio* de *S. Cruce*, quæ habetur in *Psalterio* post *Laudes Feriæ II.* Quod si in *Officio*, in quo dicuntur *Commemorationes Communes*, seu *suffragia Sanctorum*, faciendæ sit *Commemoratio* alicujus *Festi* occurrentis, etiam *Simplicis*, ea semper fit ante ipsa *suffragia* consueta, etiam ante *Commemorationem* de *Cruce*, si *Officium* sit *Feriale*, occurrente v. g. in *Vigilia* al cuius *Sancti Festi* aliquò *Simplici*. De *S. Maria* non fit *Commemoratio* & nsue-

A a 2

ta

ta ( nisi in propria Ecclesia, tanquam de Titulari ex Decreto Sac. Rit. Congr. 10. Januarij 1604. ) tunc ; quando dicitur ejusdem *Officium parvum* in Choro ; nec, quodocunque *Officium* de Die currente fit de ipsa B. V. uti contingit, cum fit de illa *Officium Sabbatum* per Rubr. Gen. XXXV. n. 4. & Special. extantem post *Vesperas Sabbati* ante Compl. eò quòd non debeat de eodem fieri *Officium*, & *Commemoratio* simul. Quòd si tamen quis privatim tantum recitet *Officium B. V. parvum*, debet in *Officio* de Die nihilominus facere de ea *Commemorationem* perinde, ac si illud non recitaret, nisi recitet *ratione Chori*. Nihil autem refert, si dividatur *Officium B. V.* ab *Officio Diei*; puta, quia illud *Vesperis*, hoc manè recitatur in Choro : quia ibidem utrumque dicitur, & Unum in Ordine ad aliud. Plura de *Qualitate*, *Modo*, *Ordine*, ac *Obligatione* faciendarum his *Temporibus Commemorationum* communium in *Officio*; Vide infra P. III. Tit. De regulandis *Commemorationibus*, & P. II. die 14. Jan.

Si hodierna *Feria* fit *prima Dies Mensis* post *Tempus Paschale*, non impedita *Officiò* aut *Festò* 9. *Lectionum*, tunc hodie post *Laudes Diei* dicuntur in Choro I. *Nocturnum*, & *Laudes Defunctorum*; alioquin alia sequenti Die similiter non impedita dicitur *Nocturnum* ( *Feriae illi cor-*

respondens ) cum *Laudibus Defunctorum*, ut supra Tit. V. & P. III. Tit. XI. Si hodie ( idem est de alijs *Ferijs* post *Pentecosten* usque ad *Adventum* ) eò quòd non occurrat aliud *Festum*, fiat de *Feria*, dicatur *PRIMA Ferialis*, recitando omnia cum *Precibus consuetis* ( non tamen *Ferialibus* ) prout norantur in *Psalterio post PRIMAM Dominicalem*. *HORÆ* quæ *PARVÆ* dicuntur cum *Antiphonis*, *Capitulis*, & *Responsorijs* brevibus *ferialibus*, ut ibi, attamen cum *Oratione* ex *Dominica* præcedente, nisi occurrat *Vigilia*, aut *Feria* aliqua *Temporum*, in his enim dicitur *Oratio* propria suò locò assignata, cum *Precibus ferialibus*, ut in *Psalterio*. Ad *Missam* quòd attinet, in hodierna, ac reliquis deinceps *Ferijs* post *Pentecosten* usque ad *Adventum* ( in quibus non fit de aliquo *Festo*, aut de *B. V.* in *Sabbato*, aut de *Dominica* aliqua anticipata, nec legitur *Missà* *Votiva*, vel de *Requiem*, nec occurrat aliqua *Vigilia*, aut *Feria* aliqua 4. *Temporum* ) resumitur semper *Missà* præcedentis respectivè *Dominicæ*, adeoque hæc *Hebdomadæ* *Missà* *Dominicæ* I. post *Pentec.* attamen sine *Gloria* & *Credo*. *Oratio* 2. *A Cunctis*. 3. ad *Libitum* *Sacerdotis*. Quæ ultimæ duæ *Orationes* non tantum dicuntur in *Missis* de *Tempore*, sed etiam in *Missis* de *Sanctis* usque ad *Adventum*, nisi sit *Duplex*, vel *infra Octavam*, aut *nial*

in Festo Semiduplici facienda sit  
Commemoratio Festi Simplicis oc-  
currentis, tunc enim Oratio 2. est  
de Simplici, & 3. à cunctis in Festis Se-  
miduplicibus. Quòd si à Dominica  
I. post Pentec. usque ad Advent. oc-  
currat aliqua Octava, & infra illam  
fiat de Festo Semiduplici, in Missa  
de tali Festo Oratio 2. est de Octava.  
3. autem ( nisi simul occurrat Fe-  
stum Simplex ) est *Concede*, non verò  
à cunctis : Si autem à Dominica I.  
post Pentec. occurrat Festum Semi-  
duplex in *Vigilia* extra Octavam &  
Tempus Adventuale, Oratio 2. est  
de *Vigilia*. 3. à cunctis, uti videre est in  
Missal. ad diem 19. Sept. in Rubr. ex-  
tante ad fin. Missæ, & suo locò dicitur.  
Feria quoque quavis II. & I. die Mensis  
non impedita Officiò 9. Lectio-  
num, dicitur locò penultimò Ora-  
tio *Fidelium*, in Missis, quæ de *Die*  
*currente*, & non de *Requiem* dicuntur,  
de quo mox plura : In iisdè die. Præfa-  
tio Commun. & post Graduale *Alleluja*  
cum Versu subsequente, perinde ac  
in Dominica. In fine : *Benedicamus*.  
In *Dominicis* ac *Ferijs* post *Dominicam*  
*Trinitatis* usque ad *Adventum*, in  
quibus de ipsis dicitur *Officium* ac  
*Missæ*, Ornamenta Altaris, ac Para-  
menta celebrantium sunt *Viridis Co-*  
*loris*, exceptis *Dominicis* infra ali-  
quam *Octavam* occurrentibus : nam  
tunc *Color* tam *Altaris*, quam *Para-*  
*mentorum* Celebrantis erit *Conformis*  
*Sancto*, cuius *Octava* celebratur, quan-

tumvis *Missæ* cum *Officiò* dicatur de  
*Dominica* : exceptis quoque *Vigilijs*,  
quæ jejunantur, & *quatuor Temporibus*,  
in quibus adhibetur *Color Violaceus*,  
ut suo locò. Plura Vide infra post  
*Dominicam* III. post *Pentec.* & su-  
prà *Tit. V. & VIII.* nec non *P. III.*  
*Tit. VI.*

Quia verò juxta Rubr. Gener.  
Missal. *Tit. V. n. 1.* Prima die cujus-  
que Mensis ( extra *Adventum*, *Qua-*  
*dragesimam*, & *Tempus Paschale* ) non  
impedita Officiò Duplici vel Semi-  
duplici, dicitur *Missæ* principalis  
generaliter pro *Defunctis* *Sacerdo-*  
*tibus*, *Benefactoribus*, & alijs ; & si  
in ea occurrat Festum Simplex, vel  
*Feria* propriam habens *Missam*, aut  
resumenda sit *Missæ* *Dominicæ* præ-  
cedentis, quæ fuit impedita, nec in-  
fra *Hebdomadam* occurrat alia dies,  
in qua resumì possit, in *Ecclesijs* *Cath-*  
*edralibus* & *Collegiatis* dicendæ tunc  
sunt duæ *Missæ* ( una pro *Defunctis*,  
alia de *Festo Simplici*, vel *Feria prædicta* )  
in *Ecclesijs* verò non *Cathedralibus*  
nec *Collegiatis* dicenda quidem est  
*Missæ* de *Die*, attamen cum *Comme-*  
*moratione* generaliter pro *Defunctis*  
per *Orationem Fidelium* &c, penulti-  
mò semper locò in *Missis* *Vivorum*  
dicendam, ideo, si in hodiernam,  
aut aliam subsequente *Feriam* in-  
cidat *Prima* dies *Mensis*, dictò modò  
non impedita Officiò 9. *Lectionum*,  
executioni mandanda erunt *Præ-*  
*scripta* à *Missali Romano* hò. Locò  
in

in Rubricis, ut supra sub Titulo V. De Ferijs post Dominicam II. post Epiph. occurrentibus &c. fufius à me est declaratum.

Præterea juxta eandem Missalis Rubricam V. n. 2. Quavis Feriâ II. (extra Tempus Quadragesimale, & Paschale) in qua non fit de Festo Duplici, vel Semiduplici, sed de Feriâ, Missa principalis dici potest pro Defunctis ( ea nempe, quæ intitulatur *Quotidiana pro Defunctis* ) nisi Feriâ illa propriam habeat Missam, aut in ea fiat de Festo Simplici, vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis ( eò quòd fuerit impedita ) nec occurrat alia dies infra Hebdom. quâ resumî possit; tunc enim in Missa principali (de die currente dicenda) fit tantum Comemoratio generaliter pro Defunctis, uti & in Missis privatis ( nisi placeat dicere Missam totam de requiem ) dicendo locò penultimò Orationem *Fidelium*. Plura huc pertinentia Vide supra Tit. V. paulò antè allegatò ac seqq. nec non infra Tit. De Dominica III. post Pentec. & Ferijs subsequq.

Si hodie factum est de *Feria*, & cras iterum fiet de *Feria* currente, tunc *Vespera* hodiernæ totæ dicuntur de *hodierna Feria* currente, uti notantur Feriâ II. in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præcedentis: cui subjungitur Comemoratio de S. Cruce, & post hanc aliæ Comemorationes Communes, seu Suf-

fragia Sanctorum, Modò, ac Ordine P: II. Die 14. Januar. declarandò. *Completorium* pariter dicitur, ut in Psalterio per annum cum precibus consuetis. *Col. Virid.* Similimodo dicuntur hodie *Vesperæ* feriales integræ de *Feria hodierna* currente, si hodie fuit celebratum *Festum Simplex* ( utpote cujus Officium jam fuit terminatum ad *Nonam* ) cras autem faciendum sit de *Feria*. Si verò in crastinum incidat *Festum Simplex*, hodie autem factum fuerit vel de *Feria*, vel de *Festo* aliquo duraxat *Simplici*, tunc *Vesperæ* quidem hodiernæ erunt usque ad Capitulum de *Feria hodierna* currente, ut in Psalterio; at verò à Capitulo dicentur de crastino illo Festo Simplici, sine Comemoratione *Feriæ*, aut simplicis præcedentis. Si denique hodie factum est de Festo 9. Lectionum, cras autem fiat de *Feria*, tunc hodiernis *Vesperis* nihil fiet de *Feria* cras subsequente, uti neque aliquid de *Feria* hodierna in hodiernis *Vesperis*, si hodie factum fuerit de *Feria*, cras autem occurrat *Festum* 9. Lectionum, sed de hoc integræ dicentur *Vesperæ*, sine Comemoratione *Feriæ*, aut *Simplicis Festi* præcedentis, cum Comemoratione tamen *Festi simplicis* subsequentis, si tale cras simul occurrat, nisi *Festum* illud 9. Lectionum fuerit duplex 1. aut 2. Classis.

FERIÂ III. infra Hebdomadem I. post

post Octav. Pentec. si non occurrat Festum, dicuntur MATUTINUM, & LAUDES de Feria currente ut in Psalterio. Lectiones, & Responsorialia de Scriptura occurrente, prout notantur in Proprio de Tempore. Quod si tamen *Initium Libri I. Regum* ( ob Festum 9. Lectionum, Proprias habens in I. Nocturno Lectiones, Feria præcedente occurrens ) heri poni non potuit, tunc illud *hodie* est ponendum Modò tum Die proximè præcedente, tum alibi declarato. Idem est da *Responsorijs* post Lectiones hesternas : nam si *Responsorialia* Feriæ II. præcedentis ob heri occurrunt Festum primò poni non poterunt, ponenda illa sunt in hodierno Officio feriali, omisis ijs, quæ hodiernæ Feriæ alioqui assignantur in Breviario. *Rubr. Gen. Tit. XXVII. n. 7.* Quod si ob Festum aliquod hodierna die occurrens, nec hodie poni possint, ponenda sunt alia die similiter non impedita, ut pluribus declaratum supra Tit. V. *De Ferijs post Dominicam II. post Epiph. occurrentibus.* Horæ Minores, cum Missa, Vesperis, ac Completorio dicuntur ut *Feria II.* præcedente, exceptis ijs, quæ ei *quæ tali* sunt propria. Vide paulò antè cit. Tit. V. Dicta. Quod si hodierna Feria sit r. dies Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, tunc heri dicendæ fuerunt Vesperæ Defunctorum, hodie autem post *Laudes diei* dicendum est II. Noctur-

num, ac Laudes Defunctor. Circæ *Missas* autem tam *Conventuales*, quam privatas observanda sunt heri à me annotata, cum ijs, quæ paulò antè citatò Titulo sunt dicta. Quod si in crastinam Feriam IV. incidat *Vigilia S. Joann. Baptistæ*, & simul alicubi cras occurrat *Festum Simplex*, tunc hodiernæ Vesperæ feriales non tantùm usque ad Capitulum, sed totæ erunt de hodierna Feria currente ( dicendo Orationem Dominicæ præcedentis ) de *simplici* autem *Festo* in crastina *Vigilia* occurrente in hodiernis Vesperis fiet tantùm *Commemoratio*, cui ( sine *Commemoratio* Vigiliæ ) *Commemoratio* de S. Cruce, & post hanc reliquæ *Commemorationes Communes* pro more subjunguntur. *Rubric. Gen. Tit. XI. n. 10.*

FERIÀ IV. infra Hebd. I. post Octav. Pentec. si Festum non occurrat, dicuntur Matutinum, & Laudes de Feria currente ut in Psalterio. Lectiones Nocturni, & Responsorialia sumendo de Script. occurrente, prout notantur in Proprio de Temp. Quod si *Initium Libri Regum*, aut *Responsorialia Feria II. præcedentis* in neutra præcedentium *Feriarum* poni potuerunt, tunc circa illa primò ponenda procedendum est modò in hesternâ *Feriâ* à me annotatò.

HORÆ quoque PARVÆ, ac *Missa* cum alijs usque ad *Vesperas diei*

gunt



dicuntur, ac fiunt ut heri, nisi quòd ad Primam in Martyrologio primò locò annuntietur Festum Solenne SS. Corporis Christi ( & hoc etiam in casu, quo hodie non fit de *Feria*, sed de *Festo* hodie occurrente ) Col. *Virid.*

Quòd si in hodiernam Feriam IV. in idat *Vigilia S. Joann. Baptista*, Officium, & Missa dicuntur de *Vigilia*, ut ibi, ac infra P. II. die 23. Junij. Quòd si ipsum Festum SS. Corporis Christi incidat in *Vigiliam S. Joannis Baptista* ( uti factum 1639. & 1707. ) tunc *Jejunium Vigiliae* ex Decreto Leonis X. ( allegato ex Navarri Man: c. 21. n. 11. à Barthol. Gavanto Tom. 2. Sect. 3. c. 7. n. 3. ) ac Urbani VIII. anticipandum est ad hodiernam Feriam IV. Dixi: *Jejunium Vigiliae*: nam *Officium & Missa Vigiliae* non perinde in eo casu anticipantur: Si quidem tunc de ipsa *Vigilia* nihil eò annò faciendum est aut hodie, aut cras tam in Officio, quam in Missa per *Rubr. Gen. Brev. Tit. IX. n. 4. & Missal. Tit. III. n. 2. ac Tit. VII. n. 2.* Plura vid. P. II. cit: ubi de casu, quòd *Vigilia S. Joan. Baptista* incidit in Feriam VI. infra Octav: SS. Trinitatis, & Corporis Christi.

V. SPERÆ hodiernæ ( hoc est *primæ* crastinae Solennitatis ) dicuntur de *Festo SS. Corporis Christi* prout notantur in Proprio de Tempore, si ne ulla Commemoratione Festi, sive hodie, sive in crastinum occurrentis,

nisi hodie occurrens sit 1. vel 2. Clausis. Hymnus *Completorij*, & reliquæ deinceps Hymni ejusdem Metri per totam Octavam ( etiam illis diebus quibus alicubi concurrens cum Octava SS. Trinitatis ) terminantur hinc Clausulâ: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine &c.* nisi Festum dup. propriam habens Clausulam in fra. casu occurrat. Eadem primæ Vesperæ in Choro celebrantur *Solemmiter*, non tamen in eis ( nisi aliud forsan alicubi, uti in pluribus nostræ Germaniæ locis, consuetudine sit introductum ) exponitur SS. Sacramentum, sed primùm sub finem crastinae Missæ Solennis, ante Processionem celebrandæ, uti habet Cærem: *Episc. L. 2. c. 33.* & ideo ad illa Verba Hymni: *Tantum ergo Sacramentum* non genuflectitur: per Octavam vero, quâ *Tabernaculum* ( ostensorium, vulgò *Monstrantia* ) cum SS. Sacramentis discooperto, dum *Vesperæ & Officia* dicuntur, ponitur super Altare, uti ibidem dicitur, ad dictum Versum: *Tantum ergo &c.* in Choro ab omnibus genuflectitur, sicut etiam ad Vespum: *O salutaris Hostia &c.* alias autem non. Col. Alb.

FERIÂ V. post Festum SS. Trinitatis occurrit FESTUM SOLENNE SS. CORPORIS CHRISTI cum OCTAVA, institutum ab Urbano IV. 1262. & ab Eugenio IV. 1433. Confirmatum, ob eam Rationem, quam reddit Th. Thomas in Officio ejusdem Festi, ab ipso

comer Angelico Doctore compo-  
 19, juxta Riturum illorum Temporum,  
 uti videre est in ejusdem *Opusculo*  
 57. Est Festum 1. Classis, & Privile-  
 giatum contra quodcumque aliud Fe-  
 stum, ita, ut ne Missa quidem Vo-  
 tiya solennis in eo possit decantari,  
 ut constat ex Rubr. Gen. Tit. 6. Mis-  
 sal. Unde si occurrat hac die Fe-  
 stum aliud Duplex, vel Semiduplex,  
 transferri illud debet, & quidem  
 juxta Rubric: tum propriam ( præ-  
 fixam 1. Vesperis hujus Festi) tum e-  
 tiam General. Tit. X. n. 1. & 5. post  
 Octavam SS. Corporis Christi, excep-  
 to Festo Nativitatis S. Joann. Ba-  
 ptistæ (aut alio simili 1. Classis juxta  
 mihi probabiliorem, &, ut quidam  
 ajunt, declaratam à S. R. C. 1680. 7.  
 Decemb.) quod, si venerit in die SS.  
 Corporis Christi, transfertur in pro-  
 xime sequentem diem, faciendo de  
 illo in 2. Vesperis Corporis Christi  
 Commemorationem, Feriâ autem  
 VI. subsequente de eo Officium, cum  
 Commemoratione Octavæ Corporis  
 Christi in Laudibus, & Missa (in quâ  
 tunc *Credo* propter Octavam Corpo-  
 ris Christi) ac 2. Vesperis; reliquis  
 autem infra Octavam Corporis Chri-  
 sti diebus dicendo Officium de ea-  
 dem Octava Corporis Christi, cum  
 Commemoratione Octavæ, S. Joann:  
 nis. Dies autem Octava S. Joann:  
 tunc veniens in Octava SS. Corporis  
 Christi, non transfertur, sed de illa  
 80. annò fit tantum Commemoratio

in utriusque Vesperis, Laudibus, ac  
 Missa diei Octavæ SS. Corporis Chri-  
 sti. Cæterum quia hoc Festum quàm  
 sollemnissimè, quoad fieri potest, à  
 Locorù Superioribus solet celebrari,  
 ideo Altaris quoque ac Templi Or-  
 natus sollemnis esse debet, pariter-  
 que Celebrantis & Ministrorum Pa-  
 ramenta pretiosa, ac albi Coloris.  
*Gerlac. hic.*

In OFFICIO ad MATUTINUM &  
 LAUDES omnia sunt propria, dicun-  
 turque, uti notantur in Loco in Pro-  
 prio de Tempore, sine Commemo-  
 ratione Festi Simplicis, si quod ho-  
 die occurrat, imò etiam Octavæ SS.  
 Trinitatis, si ejus Festum alicubi ce-  
 lebretur cum Octava.

Ad PRIMAM hodie, & per totam  
 Octavam (etiam quando Officium  
 non fit de Octava Corporis Christi)  
 in Responsorio brevi dic: Vers. *Qui*  
*natus es de Maria Virgine*: & in Fi-  
 ne Hymni *Jam Lucis orto Sidere* (par  
 ratio est de alijs ejusdem metri)  
*JESU tibi sit Gloria &c.* Versiculis *Pri-*  
*ma*, & *Completorij* non additur *Alle-*  
*luja*, etiam in Responsorio brevi,  
 bene tamen in alijs Horis, ut ibi.  
*Col. Alb.*

MISSA hodie, & per totam  
 Octavam (quando, & ubi fit de il-  
 la) dicitur uti notatur hoc die in  
 Missali in Proprio de Temp. cum  
*Gloria*, *Sequentia*, & *Credo*. Oratio  
 hodie Unica. Censet autem P. Didacus  
 de Avendanno apud P. Gob. 7. n.

n. 731. Lit. e. in Collecta de Venerabili inclinandum esse caput ad Nomen SACRAMENTI, ob rationem ibi adductam. Præfatio de Nativitate Domini ( sine ejusd. Communicantes ) per totam Octavam, nisi infra hanc dicatur Missa habens Præfationem propriam, v. g. ab eo, qui celebrat Festum SS. Trinitatis cum Octava; nam à tali dicenda est infra Octavam utramque hanc simul occurrentem Præfat. de SS. Trinitate, sive celebret de SS. Trinitate ( uti debet, nisi occurrat Festum Duplex ) sive de Festo alio Duplici infra utramque hanc Octavam occurrente, & tunc in Missa Festi faciendæ est Commemoratio de Octava SS. Trinitatis ante Commemorationem de Octava Corporis Christi, nisi Festum illud sit 1. vel 2. Classis: tunc enim faciendæ est Commemoratio solius Octavæ Corporis Christi juxta Rubric. de Octavis, & Commemorationib. Col. Alb.

Si hodie occurrat Festum Simplex, aut alicubi celebretur Festum SS. Trinitatis vel aliud cum Octava, tunc nec de illo, nec de ista hodie fit Commemoratio, etiam in Missa. Quando per hanc Octavam, atque etiam alias per annum SS. Sacramentum exponitur in Altari, non debere in hoc poni Imaginem Crucifixi, etiam Tempore Missæ, antehac plurimum erat Rubricistarum Sententia pluribus locis etiam in praxi recepta:

at modo intelligo eam Sententiam ac praxin subin à Sac. Rit. Cong. fuisse reprobata: Magistris enim Ceremoniarijs Metropolitana Ecclesia S. nensis Sac. Ritu Congregationi demum supplicanti bus declarare: An supra Altare, in quo SS. Sacramentum exponitur, Crux de more collocari debeat Eadem Sac. Rit. Congregatio respondit: Nunquam omittendam Crucis cum Imagine Crucifixi appositam Collocationem. Ita declaravit, & servari mandavit die 14. Maij 1707. prout testantur Litteræ hac super re ex Urbe datæ: Quoniam post Missam Principalem hodie hoc die solet ac debet Solemnis Processio cum Venerabili Sacramento in Paramentis Albis, ideo ut cum Solemnitate ac Reverentia tanto Sacramento debita ea instituantur, observanda sunt ea, quæ Barth. Gavanti Tom. 1. P. 4. Tit. 12. à n. 3. accoratur, ut sequitur, annotavit: In Cathedralibus, inquit, Ecclesijs serventur ea, quæ in Cæremon. Episc. L. 2. c. 33. ( ubi pleraque quæ spectant ad Solemnitatem hujus Festi & Octavæ ) habentur; in Minoribus autem Ecclesijs ea item quæ, in Rituali Rom. Pauli V. Tit. de Processione in Festo Sancti Corporis Christi. In Missa vero celebranda ne omittantur Genuflexiones præscriptæ Festi V. in Coena Domini. Finita Missa deponuntur Manipuli, inducit celebrans Pluviam

le extra Cornu Epistolæ, imponit  
stans incensum sine benedictione,  
& genuflexus ter incensat Sacra-  
mentum in Tabernaculo ostensio-  
rio ( id est Monstrantiâ ) posurum,  
ea ratione prorsus, quâ diximus  
in Feria quinta in Cœna Domini.  
Potest cantari interim, dum incen-  
satur, O *Sacrum Convivium*, vel *Tan-  
tum ergo Sacramentum*, ut in Instru-  
ctione Romæ edita pro Oratione  
quadraginta horarum dicitur.

Non deferatur Tabernaculum  
Sanctissimæ Eucharistiæ Sacerdo-  
rum humeris, sed manibus tan-  
tum Celebrantis, non obstante qua-  
vis contraria consuetudine, quam  
abusum esse declaravit Sacra Ri-  
tuum Congregatio die 2. Junij 1618.  
Imago verò, quæ est in Hostia, de-  
bet terga vertere Celebranti, ut de  
Imaginis Crucifixi aliàs docuimus;  
& ita accidit, dum ab Altari Dia-  
conus Tabernaculû ( id est, Mon-  
strantiâ ) accipit, & stans genufle-  
xo Celebranti immediatè tradit.

In Processione Clerus imme-  
diatè præcedat Celebrantem cum  
Cereis accensis, Cæteri, sive Con-  
fratres, sive Regulares, ante Cle-  
rum procedant, cereosque omnes  
ea manu, quæ extrema cuique est,  
alterâ pectori admodâ teneant: Hy-  
mni decantentur alternatim, qui à  
Celebrante cum Ministris dici po-  
terunt submissa Voce: Is, qui Cru-  
cem defert, congruit, ut Veste

Subdiaconali sic indutus, & pro-  
cedat medius inter Acolythos cum  
Candelabris, & Cereis accensis, ut  
aliàs dictum est, in honorem Cru-  
cis, & Crucifixi, sicuti fit in Al-  
tari.

De Baldachino, & Hastarum  
ejus Distributione diximus in Fe-  
ria quinta in Cœna Domini; De  
Circulo, & Via procedendi, stan-  
dum erit locorum consuetudini:  
rectius à Latere Evangelij procedi-  
tur ad Latus Epistolæ.

In Fine Processionis Subdiaco-  
nus deponit Crucem in loco de-  
centi, Ceroferarij Candelabra in  
Credentia, & cum Clero genu-  
flectunt. Deposito Sacramento su-  
per Altari cum ministerio Diaconi,  
ut in Cœna Domini, imponi-  
tur à stante Celebrante sine Be-  
nedictione incensum in Thuribu-  
lo, fit incensatio trina de more,  
cantante interim Clero ( genufle-  
xo ante, & circum Altare ) ulti-  
mos duodecim Versus Hymni *Pan-  
ge lingua gloriosi*, nempe *Tantum ergo  
&c.* Quibus dictis cantatur à duo-  
bus Clericis Vers. *Panem de Cælo,  
&c.* [ addito in fine *Alleluja* ] & à  
Celebrante stante, Ministrisque  
genuflexis, & Librum sustinenti-  
bus hinc inde, dicitur *Dominus Vo-  
biscum*, cum Oratione: *DEUS qui  
nobis &c.* nihilque aliud addens  
ascendit ad Altare, genuflectit, &  
ipsemet nullò Diaconi Ministerio

accipit velatis manibus, ut prius,  
 Tabernaculum, benedicit cum eo  
 Populum, facie Hostiæ ad eundem  
 versa, in modum Crucis semel [ id  
 est unam tantum faciens Crucem,  
 nisi sit Episcopus ] nihilque dicens,  
 & gyrum perficiens reverenter re-  
 ponit. Hæc ferè omnia ex Rit.  
 Rom. Gavantus, subdens deinde:  
 Tum Genuflexione facta de-  
 scendit ad Gradus, ut prius, & a-  
 motò Velò à Subdiacono, Diaco-  
 nus ascendit, genuflectit, & repo-  
 nit vel in locum altiore, ut eo  
 die colatur à Populo, pro loco-  
 rum consuetudine, vel contextum  
 Velo in locum suum. Corpora-  
 le, seu Palla Tabernaculo semper  
 sit substrata; & Velum longum  
 eidem Tabernaculo [ quod hinc  
 inde aprè cadat Versus Altaris La-  
 tera, & à posteriori Parte Taber-  
 naculi ] seu Umbellula superad-  
 datur: emineat quoque Locus  
 Tabernaculi supra locum Reli-  
 quiarum, quod aliàs monuimus.  
 Scripsere Quidam, at gratis, quòd  
 præter Corporale supponi debet  
 Tabernaculo Ara lapidea cum tri-  
 bus Mappis; sed hæc necessaria  
 sunt ad Conficiendam Eucharis-  
 tiam, non autem ad eam Collo-  
 candam, seu reponendam: alioquin  
 & in Turri lignea [ seu Taberna-  
 culo, in quo S. Eucharistia constan-  
 ter asservatur ] & cum ad ægrotos  
 deferretur, eadem forent adhibenda.

Parietes Viarum, per quas  
 transeundum, ornari debent  
 prædicto Rituali carpetibus & sa-  
 læis, & sacris Imaginibus, non  
 profanis; Actus autem Scenici, ve-  
 ludicri, vel indecori prohibentur  
 in Cærem. Episc. loco cit.  
 Ardebunt Candelæ usque  
 datam Benedictionem inclusivè  
 & Diaconus nihil osculabitur co-  
 ram Sacramento. Ita cit. Aucto-  
 Plura si requiras, vide Mich. Baul-  
 dry in Manual. Sacri. Cærem. P. 4.  
 c. 16. ubi art. 3. & 4. & c observanda  
 tam in Missa, quam in Processione  
 jus Festi ab Ecclesijs tam majoribus,  
 quam minoribus acerrimè excep-  
 tur, uti & Gerlacus Vinit. hic. Idem  
 Bauldry c. 16. cit art. 10. eradicanda  
 servanda in Processione solenni  
 Sacramenti in quibusdam Ecclesijs  
 infra Octavam Corp. Christi instituta  
 solitis, toto verò citi. cap. 16. ex  
 quæ universim in hoc Festo, & per  
 totam ejus Octavam sunt observa-  
 da, uti & Decreta S. R. C. & c. quo-  
 rum meminit P. La Croix Tom. 1.  
 7. l. 6. n. marg. 2055: à fine fol. 131.  
 usque ad initium folij 1310. inclu-  
 ve, saltem ea, de quorum emanatione  
 Legitimè facta authenticè  
 constat, juxta ea, quæ ipse monet  
 Conclusionem illius Tomuli post  
 dicem, nec non l. 6. ejusd. Tom. 1.  
 n. 2056. & seqq.  
 IN II. VESPERTIS omnia dicuntur  
 uti in primis, excepta Antiphona

na ad Magnificus 2<sup>o</sup> O. Sacrum Convi-  
vium etc. In iisdem Vesperis II.  
hodierni Festi fit commemoratio de  
Festo duplici sequente, non tamen  
de die infra Octavam [ v. g. SS. Trini-  
tatis ] etiam si cras fiat de ea Offi-  
cium; nec de Festo Simpliciter sequen-  
te. Si cantantur Vesperæ coram SS.  
Sacramento in Altari expositio in  
die hac, & per Octavam, conveni-  
ret, ut omnes starent aperto Capite  
[ inquit Gavantus loc. mox. cit. ]  
ac nunquam sederent: quod si se-  
deant, Caput tamen non regant:  
quod etiam observandum erit in Di-  
cessu, si scilicet intra Cancellos co-  
operatur Caput.

Indulgentiæ ijs à summis Pon-  
tificibus concessæ, qui interfunt Ho-  
ris Canonici in hoc Festo, & per  
ejus Octavam, obtineri etiam pos-  
sunt illis diebus, quibus Officium  
non fit de SS. Corpore Christi, sed  
de Sanctis infra hanc Octavam oc-  
currentibus ex Decreto Papæ Joann.  
XXII. apud Gav.

Haber hoc Festum Octavam pri-  
vilegiatam, quæ nulli cedit, nisi O-  
ctavæ SS. Trinitatis, ubi ea est Titu-  
lus Ecclesiæ, adeoque & illius Fe-  
stum ex Decreto S. R. C. celebra-  
tur cum Octava: ibi enim FERIA  
VI. & SABBATŌ infra Octavam Cor-  
poris Christi fit de Octava Festi Trini-  
tatis, commemoratio verò tantum  
de Octava Corporis Christi; eò quod  
ex Declaratione ejusdem S. R. C.

apud Gav. To. 2. S. 6. c. 19. n. 2.  
Octava SS. Trinitatis in propria Ec-  
clesia fit dignior, quàm Octava Cor-  
poris Christi, & patet ex Octavario  
Romano, ubi assignantur Lectiões  
pro II. & III. Nocturno per totam  
SS. Trinitatis Octavam; diciturque  
expressè: FERIA VI. & SABBATŌ  
infra Octavam Corporis Christi fie-  
ri Officium de SS. Trinitate, si ea  
fit Titulus Ecclesiæ, cum Commemora-  
tione Octavæ Corporis Christi; quod ta-  
men intelligendum est, nisi FERIA  
illà VI. aut SABBATŌ occurrat Fe-  
stum Duplex: nam si tale occur-  
rat, fit de illo cum Commemora-  
tione primò de Octava SS. Trinita-  
tis, ac postmodum de Octava SS.  
Corporis Christi in Laudibus, Mis-  
sa, [ in qua Præfatio de SS. Trini-  
tate, nisi propriam habeat id Festum ]  
ac 2. Vesperis illius Duplicis, nisi  
fit Duplex 1. aut 2. Classis: quia, si  
fit 1. Classis, non admittit Com-  
memorationem de Octava Trinitatis,  
sed tantum de Octava SS. Corporis  
Christi [ cum hæc sit privilegiata, non  
item illa ] si verò sit 2. Classis, Com-  
memoratione de Octava Ss. Trinit. admittit  
solummodo in Vesperis secundis, &  
quidem tunc tantum, quando Sab-  
bato sequenti fit Officium de SS.  
Trinitate, alias non. Excipit quo-  
que Bauldry P. 4. c. 15. n. 5. casum,  
quò Vigilia S. Joann. Baptistæ in  
Ecclesia, in qua Festum SS. Trini-  
tatis tanquam Titulare celebratur

cum Octava, incidit in Feriam VI infra Octavam SS. Trinitatis & Corporis Christi simul: tunc enim censet in ejusmodi Ecclesijs Missam Ferie VI. [idem dicit de Missa Sabbati, si in Sabbatum infra utramque illam Octavam occurrens incidat ea Vigilia, uti incidet 1715.] non esse dicendam de Octava SS. Trinitatis, nec de Vigilia S. Joannis, sed de Octava SS. Corporis Christi, ut ut caeteroquin cedente Octavae SS. Trinitatis: faciendam tamen esse ait in ea Commemorationem de Octava SS. Trinitatis, & post hanc etiam Vigilia [attamen ante Commemorationem Festi Simplicis, si quod simul occurrat] ac denique, in fine ejusdem Missae [in qua eo in casu praefatio pariter de Octava Corporis Christi] dicendum esse Evangelium de Vigilia, ac ita ordinandam esse Missam in hujusmodi casu in ejusmodi Ecclesijs colligi vult Bauldryus ex Rubr. Gen. III. recogniti Missalis n. 2. In Ecclesijs tamen Cathedr. et Collegiatis videntur ei tunc dicendae duae Missae Conventuales, una scilicet de Octava SS. Corp. Christi, cum Commemorat. Octavae SS. Trinitatis, ac Festi Simplicis, si quod occurrat, post Tertiam; altera post Nonam, sine Commemoratione Octavarum, ac Festi, si quod occurrat, Simplicis, sed cum Oratione 2. Concede de B. V. & 3. Ecclesiae, vel pro Papa. Quia vero ipse Bauldryus in fine illius Numeri agno-

scit, ibi à se asserta non caret difficultate, & tandem Superioribus definiendum relinquit, quomodo ordinandae sint Missae tam privatae quam etiam Conventuales, seu parochiales, in ejusmodi casu, ac loco, deo non desunt, qui, usque ad aliud Romae decernatur, non acquiescant hac in re hujus Auctoris Sententiae, quam ex allegata Rubrica recogniti Missalis haudquaquam sufficienter existimant probari, ut constabit ex infra dicendis P. II. die 23 Junij, quae Vide.

Octava Corporis Christi adnotat quidem Festa Duplicitate infra cum concurrentia, non tamen Simpliciter [nisi forte contendas, Privilegium hoc hujus Octavae alicubi communi per Octavam non privilegiam SS. Trinitatis concurrentem, de quo non est meum, sed altioris Subsellij discernere] uti nec Duplicitate translata, nisi sint 1. Classis: unde fit de Feste Nativitatis S. Joannis Bapt. etiam translato, si id v. g. occurrat in Feste SS. Corp. Christi, tunc enim transfertur in Feriam VI proximam, nisi haec sit impedita Feste alio duplici in ea concurrente; tunc enim transfertur in Sabbatum, nisi & hoc similiter sit impeditum. Id ipsum quidam antehac cum Gerlac Vinit. extendebant etiam ad Duplicitate translata 2. Classis; at fertur extare modo Decretum Sac. Rit. Congr. de anno 1664

12. Jul. quò declaretur: *Infra Octavam Ss. Corporis Christi non esse agendum de Officijs translatis Ritu duplici*  
 1. *Classis non decoratis; ideoque, si Festum S. Antonij Patavini, quòd apud Franciscanos celebratur Ritu Duplici 2. Classis, incidit in prædictum Festum de Ss. Corpore Christi, transferatur.* De Festo Simpliciter sit infra Octav. Ss. Corporis Christi tantum Commemoratio, absque nona [quæ olim legabatur] de eo Lectione, nisi quando fit *Officium Duplex* de alio Festo infra eandem Octavam; tunc enim non tantum fit Commemoratio, sed etiam legitur nona Lectio de Festo Simpliciter occurrente, si propriam habeat, dummodò Festum illud, de quo fit Officium, non sit *Duplex* 1. *Classis*, in his enim nihil omnino fit de Festo Simpliciter, ne quidem Commemoratio, per Rubricas Missalis iuxta, ac Breviarij. Niti fertur modò dicta circa Festa Simpliciter infra hanc Octavam occurrentia facta Dispositio Decretò Sac. Rit. Congr. de anno 1669. diè 8. Junij; Constatque ex Directorio Romano, quod solemnitati Ss. Corporis Christi, ejusque Octavæ sequentem adscribere solet Rubricam: *Infra hanc Octavam non possunt dici Misse Votive private, neque Defunctor. neque dici 9. Lectio de Festo Simpliciter, nisi quando fit Officium Duplex de alio Sancto.* Ratio autem decernendi, quòd possit dici 9. Lectio infra hanc Octavam de

*Festo Simpliciter* tunc, quando Officium fit de Festo Duplici, quòd non est 1. *Classis*, videtur esse hæc: quòd in ejusmodi casu cesset ratio omissionis, quæ alia non videtur esse quàm major solemnitas Festi Corporis Christi, ex eo illi obyeniens, quòd minùs habeat de Officio alieno; quò enim *Festum est nobilius, et magis etiam habet de Officio, et minus de aliorum Commemoratione*, inquit Gayantus S. 3. c. 11. n. 25. Putabat equidem aliquando hic Auctor [ut videtur est To. 2. S. 6. c. 20. n. 4. Editionis antiquæ de anno 1638] etiam tunc infra hanc Octavam dicendam esse 9. Lectionem de Festo Simpliciter occurrente, si propriam habeat, quando Festum Duplex non occurrit, adeoque etiam in casu, quò Officium fit de Octava. Verum in Recentioribus Editionibus fertur, in casu, quò Officium fit de *Die infra Octavam* de Mandato S. R. C. debere de Festo Simpliciter occurrente fieri solummodo Commemorationem sine 9. Lectione. Non tamen omittitur 9. Lectio de *Vigilia* [etiam in Officio de Octava] si quæ infra hanc Octavam occurrat. *Pisart. c. 8. propr. de Temp. n. 7. Qui Tit. 3. Reflex. 4.* censet pariter non esse omittendam 9. de Simpliciter Lectionem, quando id occurrit in Ferijs V. per annum, quibus ex privilegio fit sub *Ritu Semiduplici* de Ss. SACRAMENTO. At Quomodo ordinandum



dum sit non modò *Officium* sed & *Missæ*, si infra Octavam Corp. Christi occurrat Vigilia Nativitatis Joann. Bapt. aut Vigilia Ss. Apost. Petri & Pauli, dicitur infra P. II. Die 23. & 28. Junij, occasione utriusque Festi utramque illarum respectivè subsequens.

*Infra eandem hanc Octavam non possunt dici Missæ votivæ private, neque Defunctorum ex Decr. Clem. X. Die 21. Jun. 1670.*

Quia per totam hanc Octavam exponi solet Ss. Sacramentum super Altare, dum Vesperæ, aliæque Officia Divina celebrantur, Altare decenter ornatum esse debet velis, floribus, & alijs Ornamentis. Ex Declaratione quoque S. R. C. de die 14. Maij 1707. superius allegata etiam tunc, quando expositum est Venerabile, poni debet Crux in eo Altari, & in ea Crucifixus. Porro Expositio Ss. Sacramenti per totam hanc Octavam fiet sequentem in modum, ubi alia non est Consuetudo: Sacerdos paratus in Sacristia Amictu, Albâ, & Cingulo, aut superpelliceo, Stola & Pluviali Albi Coloris, præcedentibus Thuriferario cum Thuribulo, & Ceroferarijs cum facibus ardentibus, procedit ad Altare, ante quod omnes simul flectunt: interim unus aliquis in Sacris constitutus aperit Ostium Tabernaculi: deinde celebrans imposito [attamen sine Benedictione]

in Thuribulum thure, triplici ductu incensat Ss. Sacramentum genuflexus, mox surgens ascendit ad Altare, accipit Ss. Sacramentum, & vertens se ad Populum cantat Versum: *Tantum ergo &c.* semelque Populum benedicens [absque aliqua Pronuntiatione] Collocat Mostreantiam cum Ss. Sacramento in loco eminenti Altaris, factaque genuflexione, in superiori Altaris Gradu genuflexus, rursus Ss. Sacramentum triplici ductu Thurificat, facti ante & post profunda Capitis inclinatione; postremo omnibus præcæctis surgit, & facta in plano genuflexione recedit in Chorum, vel Sacristiam. Atque eadem hæc Ceremoniæ observantur etiam in Expositione Ss. Sacramenti.

FERIÆ VI. infra Octav. Ss. Corporis Christi si occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi simul currat *Octava Ss. Trinitatis*, Officium, ac *Missæ* dicuntur de *Festo*, aut de *Octava Trinitatis*, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi in *Laudibus*, *Missæ*, ac *Vesperis*, ante Commemorationem *Simplicis*, si quoque simul occurrat, aut concurrat, mox superius declarato; si verò nec *Festum Duplex*, nec *Dies infra Octav. Ss. Trinitatis* incidat in *Feriam* hanc VI. Officium, & *Missæ* fient de *Octava Ss. Corporis Christi*, dicendo omnia [exceptis *Lectionibus proprijs*] uti in *Festo*, sub *Ritu Ss.*

miduplici, & tunc in Missa 2. Oratio erit *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro Papa (prout notantur post Dominicam in Albis) nisi facienda sit Comemoratio Festi Simplicis occurrentis; nam tunc 2. Oratio erit de Simplici. 3. *Concede*, hęcque de eodem etiam Commemoratio suis locis in Officio. Atque hęc omnia etiam observabuntur sequentibus infra Octavam diebus in Officio & Missa, excepta Dominicā infra Octavam, de quā paulo post.

SABBATO infra Octav. Corpor. Christi usque ad Vesperas omnia sunt, ut dictum Feriā VI. præcedente. *Vesperæ* autem (nisi cras occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi *Dies Octavae SS. Trinitatis*) à Capitulo sunt

hodie de Dominica infra Octavam *Ss. Corporis Christi* (quæ est 2. post Pentecosten) Ritu Semiduplici, dicendo omnia, uti notantur in *Loco* in *Propr. de Temp.* cum Commemoratione *Octavae SS. Corp. Christi*, ut ibi, nec non Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Alb.* Quod si cras occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi incidat *dies Octavae SS. Trinitatis*, *Vesperæ* hodiernæ erunt de Festo, aut die illa Octava, cum Commemoratione primò de Dominica, ex 1. ejus *Vesperis*, deinde de Octava *Ss. Corporis Christi* ex 2. *Vesperis Festi*, ac denique etiam *Festi Simplicis*, si tale cras occurrat, & *Festum* crastinum non sit *Duplex 1.* vel 2. *Class.* *Col.* Festo conveniens.

## TITULUS XXXII.

### De Dominica infra Octavam SS. Corporis Christi, sive secunda post Pentecosten, & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMICINĀ infra Octavam *SS. Corporis Christi* (quæ est II. post Pentecosten) si non occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi *Dies Octavae SS. Trinitatis*, in Officio omnia dicuntur de Festo *Ss. Corporis Christi*, ut infra ejus Octavam, præter *Lectiones*, *Octavum Responsorium*, *Capitula*, *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnifi-*

*cat*, atque *Orationem*, quæ omnia sibi propria habet hæc Dominica, dicunturque cum Versu ad *Laudes*, & *Vesperas* uti notantur hic in *Proprio de Tempore*, cum Commemoratur. Octavæ in *Laudibus*, *Missâ*, ac *Utisque Vesperis* ut ibi. *Col. Alb.*

In iisdem *Laudibus*, ac *Missâ* *Dominicæ* post Commemorationem *Octavæ* fit etiam Commemoratio *Fest*

si *Simplicis*, si quod occurrat, attamen sine 9. de eo Lectione, uti constat ex Directorio Romano anni 1710. in quo de S. Paulino Episc. Conf. in Dominica infra Octavam Ss. Corporis Christi occurrente, jubetur fieri solummodo Commemoratio sine Lectione: tamen enim eadem ratio, ob quam S. R. C. (in Decreto, ut ajunt, 1669. 8. Jun. emanante) permittit dici 9. Lectionem de Festo Simplicis, si quidem propriam habeat, die infra Octavam Ss. Corporis Christi tunc, quando in ea extra Dominicam occurrit fieri Officium Duplex de alio Sancto, dummodo non sit Duplex 1. Classis, videatur æquè procedere ac pugnare in casu, quò infra Octavam Ss. Corporis Christi fit Officium de *Dominica infra Octavam Corporis Christi*, non autem de ipsa currente *Octava Corporis Christi*, & Decretum vetans dici nonam de Simplicis Lectionem intra illam Octavam extra casum occurrentis *Festi Duplicis*, mentionem tantum faciat de *Die infra Octavam*, non autem de *Dominica infra Octavam* videtur tamen prohibitio illa etiam ad *Dominicam infra Octavam* se extendere; eò quòd ex una parte etiam hæc fit *Dies aliqua infra Octavam*; ex altera autem parte non eadem omnino sit ratio, quæ in casu, quò *infra Octavam Corporis Christi* fit Officium Duplex, aut aliud *enim diversum ab Officio Octave Cor-*

*poris Christi*; quandoquidem Officium hujus *Dominicæ* vix est diversum ab Officio infra Octavam dicendò, Evangelium *Dominicæ* agit fere eodem argumento Ss. Corporis Christi, per Parabolam Cœnæ magne designato. Cæterum per Decretum Sac. Rit. Congr. supra allegatum, præter Com. nonam de *Simplicis Festo* Lectionem dici permittens in *Festis duplicibus* quæ non sunt 1. Classis infra hanc Octavam (si tamen propriam habeat, vel unam, vel duplicem) id tantum permittit tunc, quando Officium fit de *Festo Duplici* infra hanc Octavam extra *Dominicam* occurrente: quòd si tamen de Duplici in ipsa *Dominica* occurrente fiat Officium, 9. Lectio in Rubr. General. non de *Simplicis*, sed de *Homilia Dominica currentis* est dicenda.

Ad PRIMAM hodiernæ *Dominicæ* non dicitur *Confitemini*, ne *Quicumque*. Ad Absolutionem Capituli verò dicitur Capitulum Nonam.

MISSA (si hodie fiat de *Dominica* dicitur uti noratur in *Lectione* in Proprio de Tempore, cum *Gloria & Cred.* Orat. 2. de Octava Ss. Corporis Christi 3. non dicitur (nisi occurrat Festum Simplex) uti nec *Sequentia*. Præfatio dic. de Octava, ac in *ne Ite*, & *Evang. S. Joann. Col. 1.*

Quòd si hæc *Dominica* occurrat Festum Duplex, aut alicubi *Octava Ss. Trinitatis*, Officium & *Missæ*

sa dicuntur de Festo, aut die illa Octava, cum nona Lectione de Dominica, ejusdemque, & Octavae Corporis Christi Commemoratione in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa: in qua Praefatio de SS. Trinitate, si fiat de hujus die Octava, si autem de alio Festo Duplici, non habente propriam Praefationem, Praefatio erit uti in Festo Corporis Christi, ac in fine Missae (sive de Festo dicatur, sive de die Octava SS. Trinitatis) dicitur Evangelium de Dominica currente. Quod si in tali Festo Duplici simul occurrat Festum Simplex, fiet etiam de illo in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio (sive 9. de eo Lectione, etiam si propriam alioqui habeat) nisi Festum illud sit 1. vel 2. Classis; nam Festum 1. Classis nullam usquam admittit Festi Simplicis Commemorationem, Duplex vero 2. Classis non nisi in Laudibus ac Missis privatis, si eodem die occurrat, bene autem in suis 2. Vesperis, si in ijs cum sequenti Simplici concurrat.

VESPERAE, si nec hodie, nec cras occurrat Festum, aut Officium Duplex, hodie erunt ac Dominica infra Octavam Corporis Christi, dicendo Antiphonas, Psalmos, & reliqua, uti notantur in loc: in Prop: de Temp: cum Commemoratione Octavae Corporis Christi, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Col. Alb.

Quod si cras occurrat Festum Du-

plex, non item hodie, Vespera erunt de illo, cum Commemoratione Dominicae (nisi Festum cras occurrat sit 1. vel 2. Classis) nec non Octava Corporis Christi, etiam quocumque adveniente duplici, ac tandem Festi quoque Simplicis, si quod cras occurrat, modo Festum crastinum, de quo hodie sunt 1. Vesperae, non sit 1. vel 2. Classis. Col. Festo Conveniens. Si hodie & cras occurrat Festum Duplex, dividunt Vesperas, si sint ejusdem rationis ac dignitatis, secus, si non sint. Hinc dies Octava SS. Trinitatis alicubi hodie occurrens de crastino Duplici per annum, meo equidem iudicio (salvo meliori) tantum admittit hujus Commemorationem, non autem dividit Vesperas cum ipso, ea ratione, qua DIRECTORIUM Roman: 1710. in die Octav: Assumpt: B. V. de sequenti Festo Duplici facere iussit tantum Commemorationem conformiter novissimis Rubricis Tit. XI. de concurr: Offic: n. 7. Si enim dies Octava B. V. Assumptae (quae juxta DIRECTORIUM Romanum, ac alibi dicenda est tantum Duplex minus, uti & Dies Octava aliarum Festivitatum B. V. M.) est privilegiata, & in concursu cum Duplici minore integras exigit Vesperas juxta Rubric: XI. paulo ante allegatam, a fortiori erit ita privilegiata Dies Octava Festi SS. Trinitatis, quod ubi est Titulus Ecclesiae adeoque 1. Classis, non modo Festa B. V. sed ipsum quoque Festum Ss. Corporis

nis Christi excedit dignitate, uti colligitur ex eo, quod S. R. C. apud Gav: Tom. 2. S. 6. c. 19. n. 3. decreverit: Octavam SS. Trinitatis digniorem esse in propria Ecclesia, quam Octavam Corporis Christi. Unde ulterius sic meam confirmo sententiam: *Dies Octava* Festorum Christi, habentium Ritum duplicem 1. Classis, non obstante, quod ipsæ non ponantur à Breviario aut Directorio Romano inter *Duplicia majora*, præferuntur in concursu Duplicibus minoribus, exiguntque tunc integras Vesperas: ergo & *Dies Octava* Festi SS. Trinitatis, ubi ista tanquam *Titulus Templi* est Festum 1. Classis, habetque Octavam, in concursu cum sequenti duplici per annum huic præferetur, exigetque integras Vesperas; cum etiam Festum SS. Trinitatis non modò sit Festum Christi, sed totius simul SS. Trinitatis, & quidem ibi, ubi est *Titulus Templi*, habens *Ritum duplicem* 1. Classis, & Octavam, multòque proin *Dies* quoque ejus Octava sit dignior *Diebus Octavis* Festorum B. V. v. g. natæ, aut in caelos assumptæ &c. Nec obstat, quòd in Rubric: nova de concurrentia Offic: n. 7. à dividendis cum sequenti *Duplici minore* Vesperis excipiantur explicite solummodo *Dies Octava* Festorum B. M. V. nec non *Dies Octava* Festorum Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, non autem etiam *Dies Octava SS. Trinitatis*; quia illas explicite ex-

ciendo hoc ipso etiam implicite, & quidem à fortiori, excipere quæque videtur *Diem Octavam SS. Trinitatis*, ubi hæc est Duplex 1. Classis, celebratur cum Octava. Quòd si tamen alicui his omnibus non obstantibus aliter videatur, sentiat per me, quod vulè, usque dum S. R. C. certè aliquid super hoc in alterutram partem statuendo, hanc litem diremitur.

FERIÀ II. III. & IV. infra Octavam Corporis Christi usque ad Vesperas Feriæ IV. exclusive, *Officium* & *Missæ* sunt modò superius *Feria VII.* præcedentis Hebdomadæ descripta. Quòd si in *Die Octava* Corporis Christi occurrat *Festum Nativit: S. Jo: Bapt:* aut *SS. Apost: Petri & Pauli*, *Feria IV.* præcedente *Officium* & *Missæ* sunt de die 7. infra Octav. Corp: Christi cum 9. Lèctione, & Comemoracione de *Vigilia in Laudibus*, ac *Missis*, nec non ultimo de eadem *Vigilia in Missis* priv: *Evang: in Col. Alb.* At in *Ecclesijs Cathedr. & Colleg.* duæ cantantur *Missæ*, ut P. II. 23. & 28. Jun.

VESPERÆ FERIÀ IV. infra Octavam SS. Corporis Christi dicuntur de *Die Octava Festi Corporis Christi*, recitanda omnia uti in 1. Vesperis Festi de *Duplici* autem *Festo*, si quod hodie occurrat, faciendò duntaxat Comemoracionem juxta *Norandum Tabula CONCURRENTIÆ* subscriptum, nisi Festum illud hodiernum fuerit unum ex *Solennioribus* (hoc est, *Prima*, vel *Secunda Classis*, ut Gav: in Octavario ad

ad Rubr. Gen. XI. exponit : aur nisi cras occurrat vel *Festum Nativitatis S. Joan. Baptista*, vel *Festum SS. Apostolor. Petri & Pauli* : nam si hodie occurrat *Festum* 1. aur 2. *Classis*, hodiernæ *Vesperæ* secundæ *Festi* hodie occurrentis integræ erunt de illo, de *Die* autem *Octava Corporis Christi* (& quidem de ea sola) fiet in tali occurrentia duntaxat *Commemoratio*, sumendo *Antiphonam* & *Versum* pro ea ex 1. *Vesperis Festi*. Quod si verò cras occurrat *Festum Nativitatis S. Joan. Bapt.* vel *Festum SS. Petri & Pauli Apost.* tunc non modò hodiernæ *Vesperæ*, sed etiam crastinum *Officium* totum una cum *Missâ* dicetur de S. Joanne Baptista, vel SS. Petro & Paulo, cum *Commemoratione* diei *Octavæ SS. Corporis Christi* in *Utrisque Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missâ* : Quod *Privilegium* licet P. Lohner *Instr.* 2. P. 5. *Tit.* 10. n. 1. *Lit. K.* & *Pisart Tit.* 7. n. 5. (nisi *Rubricâ X. Gen.* n. 1. mentionem faciente solius *Festi S. Joan. Baptista*, & SS. *Petri*, & *Pauli*) solis his duobus *Festis* *Comperere* existiment, *Gavanus* tamen *Tom.* 2. S. 3. C. 8. n. 24. & *Arnaud Tr.* 2. P. 1. *Tit.* 7. n. 8. id etiam alijs *Festis* 1. *Classis* (qualia sunt *Patronus loci*, *Titulus Ecclesie*, *hujus Dedicatio* &c) *concedunt*, non tamen *Festis Duplicibus* 2. *Classis*. Itaque de quocunque alio *Duplici Festo*, etiam *majori* hodie occurrente, nisi sit 1. vel 2. *Classis*, *juxta omnes* sit tantum *Commemo-*

ratio ; Cras verò occurrens, etiam si sit 1. *Classis*, in *sententia Lohneri* *cedere* debet *Diei Octavæ Corporis Christi*, adeòque *transferri* in *proximam* diem non *impeditam*, exceptò, ut dixi, *Solo Festo Nativitatis S. Joan. Bapt. & Festo SS. Petri & Pauli*; in *Sententia* verò *Gavanti* *exceptis* quoque alijs *Festis* 1. *Classis*. Quod si *diei Octavæ Nativitatis S. Joan. Baptista* *veniat* in *die Octavæ Corporis Christi* (uti contingit, quando *Festum Nativitatis S. Joan. Bapt.* incidit in *Festum SS. Corporis Christi*) tunc, quia *Diei Octavæ* non *perinde* *transferatur*, ac *ipsum Festum*, debet *de die Octavæ S. Joannis* in *Officio* de *Die Octavæ Corporis Christi* fieri *formalimodo* *Commemoratio* in *utrisque Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missâ* diei *Octavæ Corporis Christi*. Si cras occurrat *Festum Simplex*, in *hodiernis Vesperis* (si quidem illæ sint de *Die Octavæ Corporis Christi*, aut certe non de aliquo *Festo* 1. vel 2. *Classis*) de illo quoque *facienda* est *Commemoratio*, uti & *ante simplex de die infra Octavam S. Joan. Baptista ac SS. Petri & Pauli*, si *utraq;* aut *alterutra* harum *Octavarum* *concurrat* seu *miscetur* cum *Octava Corporis Christi*, id quod quoad *priorem* *congit* *annò 1710*. Quoad *utramque* verò *annò 1707*. Quæ *omnia* *constant* ex *Rubr. Gen. Tit.* IX. X. ac XI.

FERIÀ V. hujus Hebdomadæ celebratur sub Ritu duplici Dies  
C c 3 OCTA-

OCTAVA SS. CORPORIS CHRISTI, soli cedens Festo Nativitatis S. Joan. Bapt. ac Ss. Petri & Pauli in superius relata Lohneri sententia ( eò quod Rubrica General. X. n. 1. hoc privilegium Exceptionis solis duobus his Festis ob suam in Ecclesia universali solemnitate specialiter concessisse videatur ) at verò in sententia Gavanti cedens etiam alijs duplicibus 1. Classis officium, & Missam, si in illam incidant: cui equidem sententia ( ut in Tit. 7. de Octav. n. 5. fateatur Pisartus ) videtur favere 1. Rubrica immediatè posita sub Tabella OCCURRENTIÆ, in qua Octava Corporis Christi non ponitur inter excludentes Festa Duplicia 1. Classis. 2. d. etiam ipsa Rubrica Gen. X. de Transl. seu occurr. Feslor. n. 2. ubi in numero Dierum Octavarum, excludentium Festa omnia majora in ijs occurrentia, ponitur solummodo Dies Octava Nativitatis Domini, & Dies Octava Epiphaniae, per Festa autem majora ( uti locò cit. n. 2. Lit. M. fateatur ipsemet Lohnerus ) intelliguntur ibi Festa prima & secunda Classis, qua alibi solemnia vocantur: Dies verò Octava SS. Corporis Christi per Rubr. Gen. X. n. 1. Festa majora 1. Classis non excludit, sed tantum ijs inferiora, etiam ea, quæ sunt 2. Classis. Gav.

Quòd si igitur aliquod ejusmodi F. storum 1. Classis incidat in Diem Octavam SS. Corporis Christi, totum officium unà cum Missa fiet de eo, de

Die autem Octava Ss. Corporis Christi fiet tantum Commemoratio, in utrisque tamen Vesperis, Laudibus, ac Missa, in qua, si fiat de Nativitate S. Joan: Præfatio quoque erit de Festo SS. Corporis Christi, & ratiò Octavæ dicitur etiam Credo, si autem fiat de SS. Petro & Paulo, Præfatio erit de Apostolis.

Quòd si verò nec Festum Nativitatis S. Joan: Bapt: nec Festum SS. Petri & Pauli nec aliud ( in superius ultimò relatà Sententià ) 1. Classis Festum occurrat in Die Octava Corporis Christi, tunc ( translato quocunque aliò Festò in ea occurrente ) Officium & Missa fiunt de die Octava SS. Corporis Christi, dicendo omnia ( sub Ritu duplici ) etiam Lectiones I. Nocturni, uti in Festo, exceptis tamen Lectionibus II. & III. Nocturni, quorum utriusque propriæ assignantur in Prop: de Temp. Ceterum tam in OFFICIO, quam in MISSA Octavæ Corporis Christi fit Commemoratio etiam de Octava Nat: S. Joan: Baptistæ, si dies infra Octavam, aut ipsa dies Octava Nativitatis S. Joan. Bapt. in die Octava Corporis Christi occurrat, uti & diei infra Octavam SS. Apostolor: Petri & Pauli, quando etiam dies infra horum Octavam incidit in Octavam Corporis Christi, ac tandem etiam Festi Simplicis in eadem die Octava Corporis Christi occurrentis. Si in diem Octavam Corp. Christi incidat

Vigilia Nativ. S. Joan. Bapt: aut Ss. Apostolor: Petri & Pauli ( quarum utraque jejunatur ) tunc in Officio Corp. Christi legitur de ea 9. Lectio, & in Laudibus ( sumendo Antiphonam & Versum de Psalterio ex Feriâ V. ad *Benedictus* ) ac Missis privatis fit de eadem Comemoratio post Commemorationem de die infra Octavam, si talis occurrat, sed ante Commemorationem Festi Simplicis, si etiam tale occurrat, legiturque de eadem etiam ult: Evangelium. Oratio propr: ex Propr: Sanctor. In Ecclesijs autem Cathedralibus & Collegiatis tunc cantantur 2. Missæ Conventuales, una de *Die Octava* post TERTIAM, & alia de *Vigilia*, post NONAM. In Missa de Octava non fit Commemoratio Vigiliæ, bene tamen de Octava Nativit. S. Joan. quando dies infra ejus Octavam simul incidit in Vigiliam Ss. Petri & Pauli. In fine Evang. S. Joan. Col. Alb.

In Missa *Vigilia* ( quæ dicitur sine *Glor. & Cred.* etiam in Ecclesia, in qua S. Joan. Bapt. est Patronus ) Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesia*, vel pro Pap: pro ut norantur post Dominicam in Alb. Praef. Communis. In fine *Benedicimus*, & Col. Viol.

VESPERÆ hodiernæ, nisi cras occurrat Festum 1. vel 2. Classis ( esto cras occurrat aliud Duplex, etiam majus, vel dies Octava S. Joan. Baptistæ ) integræ dicuntur de *Die Octava Ss. Corporis Christi*, cum Comem-

moratione sequentis diei Octavæ ( si sequitur ) aut alterius Festi 9. vel trium Lctionum, modò Festum sequens non sit unum ex Solenniioribus, h. e. 1. vel 2. Classis; nam si cum tali, etiam translato, dies Octava Corporis Christi in suis Vesperis secundis concurrat, totæ Vesperæ erunt de illo, cum Commemoratione diei Octavæ Corp. Christi tantum. Rubr. Gen. Tir. XI. n. 7.

Quid observandum sit circa PROCESSIONEM, quæ in die OCTAVA CORPORIS CHRISTI alicubi manet, alicubi verò post Vesperas ( idque Conformiter Cæremoniali Episcopor. L. 2. c. 33. circa fin. ) ad reponendum Ss. Sacramentum institui solet, non quidem tam solenniter, & per tam longam viam, uti in ipso Festo, sed per Ecclesiam duntaxat, aut circa eam adornanda, pluribus exequitur Gerlacus Vinitor Compend: Sac. Rit. P. 6. Tit. 25. inter alia monens fieri eam debere cum Decantatione Hymnorum *Pange Lingua &c: Sacris Solemnij &c: Verbum Supernum &c.* ( habita scil. Consideratione longioris vel brevioris Viæ ) reponendumque Ss. Sacramentum cum Cæremonijs ac Cantu in Rituali Romano de Processione Ven: Sacramenti præscriptis; postridie autem manet curandum, ut Is, qui Templo præest, aliisve Sacerdos in Missa, sumpto S. Sanguine, S. Hostiam, quæ in *Monstrantia* proponebatur adoranda, ante

Pu-



Purificationem sumat; Lunulam postmodum diligenter purificet, atque etiam, si videatur, Vinò lotam purificatorio extergat, & denique Monstrantiam cum alijs Vasis Sacris secure deponat, ac reservet. Vide etiam Bauldryum P. 4. c. 16. supra cit. a. 14.

**FERIA VI.** infra Hebdomadam II. post Octavam Pentecostes, si Festum nec trium, nec novem Lectionum (seu translatum, seu non translatum) nec aliqua Vigilia, aut Dies infra Octavam occurrat, OFFICIUM totum usque ad Vesperas exclusivè sit de ea, dicendo MATUTINUM & LAUDES de FERIA VI. ut in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præcedentis: Lectiones Nocturni cum suis Responsorijs dicuntur de Scriptura occurrente, prout notantur in Propr: de Tempore FERIA VI. infra Hebd. secundam post Octav. Pentec. nisi occurrat aliqua Vigilia. Quòd si tamen Responsoria FERIA II. post Dominicam I. post Pentecosten, ob incidentia hætenus Festa, & Octav. Corp. Christi primò poni forsan nondum potuerint, ponuntur hodie juxta dicta superius FERIA III. post Dominicam I. post Pentecosten. Orationi diei (quæ per omnes horas sumitur juxta dicta ex Dominica præcedente, nisi occurrat Vigilia) iungitur Commemoratio de Cruce, & huic Commemorationes Communes, ut ibid.

Si hodierna FERIA sit prima dies

Mensis post Tempus Paschale non impedita Officiò aut Festo 9. Lectionum, tunc hodie post Laudes dicuntur in Choro II. Nocturnum & Laudes Defunctorum.

PRIMA dicitur ut in Psalterio in Feriali Officiò per annum, post Psalmum, *DEUS in nomine tuo* locò Psalmi *Confitemini* dicendo Psalmum FERIA VI. *DEUS, DEUS meus &c.*, ac reliqua ut ibi cum Precibus consuetis (tamen ferialibus) nisi occurrat aliqua Vigilia.

HORÆ quoque ceteræ MINORUM dicuntur cum Antiphonis, Capitulis, & Responsorijs brevibus, ut in Feriali Officiò per annum, ut in Psalterio in Psalterio annotatur. Ad Missam quod attinet, si hodie fiat de FERIA, sumitur Missa Dominicæ præcedentis, attamen sine *Gloria & Credo*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad Libit. nisi ratione Mensis 2. locò dicendum sit *Psalmium*, & 3. *A cunctis*. In fine *Benedicamus Col. Vir.* Quòd si hæc FERIA sit 1. dies Mensis, non impedita Festo 9. Lectionum, observanda circa Missam Principalem erunt ea, quæ supra FERIA II. post Dominicam I. post Pentecosten sunt annotata, & à Rubr: Gen: Tit: V. præscribuntur.

VESPERÆ, si nec hodie, nec cras occurrat Festum 9. Lectionum, nec etiam aliqua in crastinum Vigilia, dicuntur usque ad Capitulum de FERIA VI. currente, ut in Psalterio, à Capitulo autem fiet de S. Maria in Sab-

bato, dicendo omnia, prout notantur in Officio B. Mariæ in Sabbato, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod eras occurrat; cui Commemorationi, vel, (si nullum ejusmodi Festum Simplex in crastinum occurrat) Orationi Diei, quæ est *Concede nos famulos tuos &c.* subjunguntur Commemorationes Consuetæ, seu Suffragia Sanctorum, non tamen ea, quæ est de Cruce, nec illa, quæ est de B. Virginali dictum: *Col. Alb. Quod si hodie occurrat Festum 9. Lectionum, eras autem faciendum sit de S. Maria in Sabbato, in hodiernis Vesperis (ut pote dicendis de Festo) de S. Maria fiet tantum Commemoratio, cum Antiphona, Versiculo, & Oratione, ut in Officio B. Mariæ in Sabb: nisi Festum illud 9. Lection: hodie occurrat sit Festum alicujus S. Virginis, aut Mulieris; tunc enim, ne Versus: *Diffusa est gratia &c.* jam semel dictus in hodiernis Vesperis secundis debeat repeti, seu bis dici in iisdem, dicendus est pro Commemoratione de S. Maria in Sabbato Versus: *Benedicta tu in &c.* ex Laudibus ejusdem: id quod per Rubr: Gen: IX. n. 8. semper in hujusmodi casibus est observandum.*

COMPLETORIUM ut in Pfalterio per annum, nisi quod in fine Hymni: *Te lucis ante Terminum &c.* dicendum sit: *JESU ubi sit gloria &c.* etiam in Vesperis facta sit tantum Commemoratio de B. Maria. Si eras oc-

currat *Vigilia, aut Festum 9. Lectionum*, tunc ordinandæ erunt hodie: *Vesperæ, & crastinum Officium*, modo suis locis declarato. De Fest. Cordis JESU Vid. P. III. Tit. ult. Lit. C.

SABBATÒ infra Hebd. II. post Octav. Pentec. nisi occurrat Officium 9. Lection: vel *Vigilia, fir Officium de B. Maria in Sabbato*, dicendo omnia, ut notantur ibi in Propri. Loco. Ad Matut: Invitatorium, & Hymnus de B. M. Antiphonæ & Psalmi FERIALES: duæ Lectiones de Scriptura occurrente, tertia de Menſe corrente. Versus, Absolutio, Benedictiones, & Responsoria duo propria huic Officio: Post 3. Lectionem dic, *Te DEUM Laudamus &c.* Ad Laudes, & Horas Antiph: *Dum esset Rex*, & reliqua, ut ibi. Si occurrat Festum Simplex fit de illo Commemoratio in Laudibus, sine aliqua de eo Lectione, etiam si (utnam vel duplicè) alioquin habeat. Commemorationi de Festo Simplicis, vel (si nullum occurrat Simplex) ipsi Orationi diei, quæ est, *Concede nos famulos tuos &c.* subjunguntur in Laudibus Commemorationes communes, non tamen de Cruce, nec de S. Maria; non illa, quia non est Officium feriale, non ista, quia ipsum Officium est de S. Maria.

MISSA ex Votivis de S. Maria in Sabbato à Pentecoste ad Adventum, cum Gloria, sine Credo; Oratio 2. de S. Spiritu. 3. Ecclesia, vel pro Papa (ut ibi in fine Missæ) nisi faciendâ

D d

fit

fit. Commemoratio Festi *Simplicis* in tali Sabbato occurrentis, aut ratione Mensis dicenda sit Oratio *Fidelium*; tunc enim alterutra harum Orationum dicitur 2. locò, 3. autem locò tunc dicitur Oratio de S. Spiritu. Quòd si ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*, & simul facienda Commemoratio Festi *Simplicis* occurrentis, tunc (nisi placeat plures, quàm tres, numero ramen impari, dicere Orationes) Oratio 2. erit *Fidelium*, 3. autem erit de Festo *Simplici*: id quod diligenter observatur à Directorio Romano: & Ratio est; quia Oratio *Fidelium* in Missis Vivorum semper obtinere debet penultimum locum: Unde si plures, quàm 3. dicantur Orationes in aliqua Missa non funebri, in qua etiam facienda Commemoratio alicujus Festi, v. g. *Simplicis* occurrentis, Oratio 2. erit de *Simplici*, tertia illa, quæ alioquin esset secunda; penultimò autem locò (id est quartò, si dicantur 5. Orationes, uti interdum dici omnino 5. debent, v. g. in casu, quo 2. Festa *Simplicia* incidunt in eandem diem, quæ fit de S. Maria in Sabbato, uti quandoque contingit 1. Septembr. & 7. Octobr.) dici debet *Fidelium*: id quod rursus diligenter observat Directorium Romanum, & requirunt celebres Rubricistæ, nominatim Arnaudus Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 7. Bauldry P. 3. c. 7. ad Tit. 9. n. 12. Pisart Sac. Evang. P. 1. Tit. 9. n. 8. Lohner Inst:

Praet. 1. P. 2. Tit. 11. n. 7. Praetatio de B. V. Et se in Veneratione &c. In fine Ite, & Evang. S. Joan. Col. 11.

Si in hodiernum Sabbatum incidat Vigilia, Responsoria Ferialia pro 3. Lectionibus Nocturni sumuntur ex Sabbato currente, Lectiones autem de Homilia Vigil: cum propr. Ora:

Si hodie fuit factum de S. Maria in Sabbato (aut de Vigilia aliqua antepata) & cras non occurrat Festum Duplex, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum dicentur de Feria currente, uti notantur in Psalterio Sabbato ad Vesperas; à Capitulo autem de Dominica III. post Pentec: in eod. Psalterio, & Propr. de Temp. Capitulum: O Altitudo Divitiarum: Hyminus: Jam Sol recedit igneus. Vespus: Vespertina Oratio &c, uti notantur ibid: in Psalterio. Antiphona Magnificat (Cognoverunt omnes) & Oratio propria, prout habentur in Propr. de Temp: ante Dominica III. post Pentec: &c, cum Commemoratione *Simplicis*, si quod cras occurrat.

Quòd si hodie occurrat Festum *Semiduplex*, aut *Dies infra Octavam*, Vesperæ usque ad Capitulum erunt de illo, à Capitulo autem de Dominica modò prædictò, cum Commemoratione præcedentis, & Festi *Simplicis*, si quod cras occurrat. Col. 11. *vid: nisi sit Dominica infra Octavam* alicujus Festi; quia tunc color debet esse conformis Sancto, cujus Octava celebratur.

Si verò hodie, aut cras occur-  
rat *Festum Duplex*, vel *Dies Octava* ali-  
cujus Festi, totæ Vesperæ erunt de  
*Festo*, vel *Die Octava*; de Dominica  
autem fiet *Commemoratio*, uti & de  
*Die infra Octavam*, ac *Festo Simplici*, si  
talis, vel tale in crastinum occurat,  
nisi *Duplex* illud sit *Festum* 1. vel 2.  
Classis; quia tunc in 1. illius hodi-  
ernis Vesperis fieret quidem *Comme-*  
*moratio* Dominicæ, item *Diei Octava*

alicujus Festi, si talis in crastinam  
Dominicam incidere, non tamen  
fieret *Commemoratio* *Diei infra Octa-*  
*vam*, nec *Festi Simplicis*, in ejusmodi  
*Festo* cras occurrentium. *Col. Festo*  
*Conveniens*. *Completorium*, ut in  
Psalter: per annum cum *Precibus*  
(Dominicalibus) consueteris, nisi  
*Officium* Vesperarum fuerit duplex,  
aut currat *Octava* alicujus Festi.

## TITULUS XXXIII.

### De Dominica III. post Pentec: ac Ferijs infra Hebdomada III. post Octav: Pentecostes occurrentibus.

**D**OMINICA III. post Pentec: ac  
reliquæ deinceps usque ad  
Adventum sunt ex Numero  
illarum Dominicarum, quæ *Dominica*  
*minores* sive *per annum* ac *Communes* di-  
cuntur: quia licet præferantur alijs  
*Semiduplicibus* in occurso, cedunt  
tamen *Festis Duplicibus*. Unde

Si hæc, aut aliquâ ex sequenti-  
bus Dominicis post Pentec: usque ad  
Adventum (quarum eò usque post  
Pentec: ad summum possunt esse *Viginti*  
*Octo*, non autem pauciores  
quàm *Viginti tres*) occurrat extra  
*Octavam Festum Semiduplex*, transfer-  
tur in primam diem *Festo Duplici*, vel  
*Semiduplici* non impeditam: si autem  
occurrat in Dominica infra aliquam

*Octavam*, in qua sit de *Festis* occur-  
rentibus, tunc in sequentem *Feriam*  
II. cum *Commemoratione* *Octavæ*  
(omissis ad *Primam* & *Completorium*  
*Precibus*, nec non *Suffragijs* ad *Lau-*  
*des*, & *Vesperas*) transfertur: quæ *Fer-*  
*ia* II. si fuerit alio *Festo Duplici*, vel  
*Semiduplici* impedita, prædictum  
*Festum Semiduplex* veniens in tali  
Dominica, transferatur post *Octa-*  
*vam* (ita ut *Festum Semiduplex* in-  
fra *Octavam* transferatur non nisi in  
proximè sequentem diem) & si una  
*Octava* concurrat cum alia, aut unam  
*Octavam* immediatè excipiat alia, id  
transferatur post omnes *Octavas*.  
*Rubr. Gen. Tit. X. n. 5. & Gav. ibid.*

Quòd si hæc, aut aliquâ sequen-  
tium

D d z

gium

nium Dominicarum usque ad Adventum occurrit Festum Duplex, aut Dies Octava alicujus Festi, tunc Officium & Missa erunt de Festo, aut die Octava, cum Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, atque etiam in 2. Vesperis, si eæ sint de eodem Festo Duplici, vel Die Octava hodie occurrente, nec non cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Dominicæ in Officio, & ultimo Evangelio de eadem in Missa.

Quod si denique nec Festum Duplex, nec Dies Octava in hac, aut alijs subsequentibus Dominicis usque ad Adventum occurrit, Officium & Missa sunt de ipsa Dominica currente Ritu Semiduplici, ac sub Colore Viridi, exceptis tamen quoad hoc illis Dominicis, quæ infra aliquam Octavam occurrunt: in his enim licet Officium, & Missa dicantur de Dominica, tamen Color Ornamentorum Altaris, ac Paramentorum Celebrantis conformari debet Conditioni Sancti, cujus Octava celebratur, ita quidem, ut ex Decreto Sac. Rit. Congreg. de anno 1701. die 11. Junij, Sacerdotes Exteri confluentes ad aliquam Ecclesiam particularem (Ordinis v. g. alicujus Religiosi) in qua celebratur Octava alicujus Festi, celebrantes in Dominica infra Octavam de ipsa Dominica, possint uti Coloribus Paramentorum, quibus utuntur Sacerdotes illius Ecclesie ratione Octava, & vicissim Religiosi illi celebrantes in tali Dominica in

alienis Ecclesijs, possint ibi uti Coloribus juxta Ritu eorundem: possunt quoque juxta idem Decretum tam Exteri celebrantes in Ecclesijs v. g. Religiosorum, quam Religiosi celebrantes in Ecclesijs alienis apponere Commemorationem Octavae occurrentis, servatâ Rubricâ de duplici tantum Oratione habenda in Dominicis infra Octavam, intellige, nisi occurrat insuper Festum Simplex, aut alia insuper dies infra Octavam, aut nisi dicenda sit insuper Oratio Tempus pro publicis Necessitatibus Superiore Ecclesiastico inuncta, ut inungi quandoque solet Oratio de *refugium &c.* In eodem Decreto mandatum sub Injunctis statutum: Non esse mittendum Exteris Sacerdotibus ad Ecclesiam Regularium confluentibus, ut in Dominicis aut alijs diebus, in quibus in horum Ecclesijs celebratur Missa de Sanctis Ordinis sub Ritu duplici, ipsi in iisdem celebrarent de Dominica, vel alio Festo, vel etiam de Requiem, tunc, quando Festum illud Ordinis Regulares celebrant cum solemnitate, & concursu Populi; additque: Sacerdotes Exteri ejusmodi diebus ad Ecclesias Regularium confluentes, & de Sanctis Ordinis ipsorum celebrantes posse servatis servandis Missis se uniformare cum Regularibus, quoad Credo, & quoad Numerum Orationum more Duplicium. Quod si vicissim Regulares illis diebus, quibus ipsi propria Officia celebrant sub Ritu duplici, celebra-

in alienis Ecclesijs, non possunt illi in his celebrantes dicere Missas cum dictis suis Officijs Concordantes; sed debent se conformare Ritui earundem Ecclesiarum. Quod ultimum tamen solummodo intelligendum videtur de Festis Duplicibus, non autem ijs, in quibus etiam in Ecclesia aliena possunt Missæ Motiva, aut de Requiem etiam ab illi Adscriptis dici. De reliquo

Ad Modum dicendi OFFICIUM & MISSAM de hac, & alijs deinceps usque ad Adventum Dominicis, quod continet, Officium Horarum Canonizarum dicitur in illis sequentem in Modum: Ad MATUTINUM dicitur Invitatorium: *Adoremus Dominum, qui fecit nos: Psalmus: Venite. Hymnus: Nocte surgentes &c.* hic ratiem non nisi ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam I. Octobris, deinceps vero usque ad Adventum: *Primo die, quò Trinitas &c.* Jur in Psalterio: postea Antiphonæ, Psalmi, & Versiculi, ut in eodem Psalterio per annum. Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente, uti notantur in Proprio de Temp: cum Responsorijs ut ibi. Lectiones II. Nocturni propriæ, itidem cum suis Responsorijs in Loco. Lectiones III. Nocturni de Homilia Dominicæ currentis, quæ pariter extant in Proprio de Tempore circa ejus finem, sive post Hebd. V. Novembr. sub Titulo: *Homilia & Orationes in Dominicis* [una cum Antiphonis ad *Bened. & Magnificat.*]

per Ordinem disposita à Dominica Tertia post Pentec. usque ad Adventum. Quòd si hac, aut alià Dominicâ usque ad Adventum occurrat Festum Simplex habens propriam Lectionem, dicitur de eo 9. Lectio in Officio Dominicæ, & si habeat duas, ex 2. fit una. Responsorium VII. est: *Peccavi super numerum. VIII. Duo Seraphin &c.* quorum Prius dicitur in Dominicis usque ad Dominicam I. Augusti; Posterior vero usque ad Adventum exclusivè. Ad LAUDES ab hac Dominica usque ad Adventum dicuntur omnia in *Officio Dominicali*, uti notantur Dominicâ ad Laudes in Psalterio per annum. Hymnus: *Ecce jam noctis*, à Dominica III. post Pentec. usque ad Dominicam I. Octobr. postea usque ad Adventum: *Eterne rerum &c.* Antiphonâ ad *Benedictus*, & Oratio est propria, extans utraque in allegato Proprio de Tempore: Post eam, si occurrat dies infra Octavam, aut aliquod Festum Simplex, fit etiam de istis Commemoratio; postremò [nisi sit Dominica infra Octavam] fiunt Commemorationes Comunes seu Suffragia Sanctorum de S. Maria, de Apostolis, & de Titulo, aut Patrono Ecclesiæ &c. in ordine aliarum Commemorationum secundum illius dignitatem, ac ultimò locò de Pace, modò superius Tit. 31. *De Ferijs infra Hebd. I. post Octav. Pentec. occurrentibus declarato*, nec non inferius P. II. die 14. Jan. & P. III. Tit. 6.

cum Variorum utrobique Dubiorum Resolutione declarandò.

PRIMA dicitur ut in Psalterio in Dominicis per annum: in ea post primum Psalmum dicitur Psal: *Confitemini*, & post ult: Symbolum S. Athanasij: *Quicumque &c.*, quotiescunq; Officium fit de Dominica, ut in Psalterio: In eadem dictò Responsorio brevi dicuntur Preces (nisi sit infra Octavam) & post absolutionem Capituli Lectio brevis: *Dominus autem dirigat &c.* ut ibi.

Ad HORAS reliquas MINORES ab hac Dominica usque ad Adventum, dicuntur omnia (etiam *Capitula*, & *Responsoria brevia*) ut in Psalterio in Dominicis per annum, excepta Oratione propriâ cuius Dominicæ per annum.

MISSA, ut notatur in Ordinario, seu Proprio Missalis de Tempore, cum *Gloria & Credo*. Oratio 2. *A cunctis* (quæ in *Missis* tam de Tempore, quam de *Sanctis* dicitur usque ad Adventum, nisi sit *Duplex*, vel infra Octavam) 3. ad Libit. Sacerdotis, nisi faciendâ sit *Commemoratio de Festo Simplicis*; tunc enim 2. Oratio erit de isto. 3. autem *a cunctis*; aut nisi sit Dominica infra aliquam Octavam, tunc enim 2. Oratio est de Octava. 3. autem non dicitur, nisi simul occurrat Festum *Simplex*, aut nisi de Mandato Superioris Ecclesiastici dicenda sit in super Oratione: *Deus refugium nostrum &c.* vel alia similis. Quando Oratio *a cunctis*

(in qua juxta Rubric: Missal: Nomina Ss. Michaelis, & Joannis Baptistæ ibi, ubi sunt Patroni, præponenda sunt Nominibus Apostolorum) est ultima ex illis, quæ dicuntur, tunc cum Correspondente *Post-Communione* concludenda est per Verba: *Per eundem Dominum &c.* Prefatio Communis, nisi Missa de Dominica dicatur infra Octavam cuius Festi habentis propriam Prefat. In fine *Ite*, & *Evang.* S. Joannis *Col. Mirid.* Plura huc pertinentia (nominatim de *Orationibus*). Vide supra Tit. 4. De Dominica IV. post Epiph. *Vespera*, nisi postero die occurrat *Festum Duplex*, dicuntur de Dominica currente: *Antiphonæ* & *Psalmi* *Dixit Dominus* cum reliquis *Antiphonæ* ac *Psalmis* de Dominica, ut in Psalterio: *Capitulum* quoque, *Hymnus* & *Versus* dicuntur ut ibi: *Antiphona* verò ad *Magnificat* cum Oratione dicitur ut in Proprio de Tempore. Si cras occurrat *Festum Semiduplex*, aut *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplex* sit de eo *Commemoratio* in *Vespere* Dominicæ, quas sibi hæc integritate tunc vindicat. Quòd si ea omnia simul occurrant in crastinum, fit de singulis *Commemoratio* sequenti Oratione. 1. de Festo *Semiduplex*. 2. de *Dies infra Octavam*. 3. de *Simplici*. *Col. Mirid.* extra *Octav.* Quòd si crastina *Feria* sit I. dies *Menfis* non impeditur Officiò aut Festò 9. *Lectionum*, quæ juxta Rubric: *Breviarj*, ac *Missalis* dicendum

fit Officium & Missa Convent: pro Defunctis, tunc hodie post Vesperas diei dicuntur etiam Vesperae Defunctorum. Quod si verò cras occurrat Festum Duplex, aut Dies Octava alicujus Festi, Vesperae dicuntur de sequenti, cum Commemoratione Dominicae praecedentis, nec non diei infra Octavam, aut Festi Simplicis, si cras talis, vel tale simul cum ejusmodi Festo, aut die occurrat, nisi Duplex illud, de quo hodiernae sunt Vesperae; sit Festum 1. aut 2. Classis: tunc enim nec Dominica hujusmodi per annum, nec Diei infra Octavam, nec Festi Simplicis est facienda Commemoratio juxta Rubric: & Tab. Concurr. Col. Festo Conveniens.

FERIÀ II. infra Hebd. III. post Octav. Pentecostes (par ratio est de alijs FERIIS II. usque ad Adventum) nisi faciendum sit de aliquo Festo (seu translato, seu non translato) Officium fit de ea, dicendo MATUTINUM & LAUDES, uti notantur FERIÀ II. in Psalterio, cum Oratione Dominicae praecedentis. Invitatorium: *Venite exultemus Domino*: post cujus primam consuetam repetitionem statim subjunguntur in Psalmo *Venite &c.* haec Verba: *Jubilemus DEO salutaris nostro &c.*, omis- sis primis Verbis Psalmi. Lectiones Nocturni cum suis Responsorijs dicuntur, uti notantur in Proprio de Temp: pro FERIA II. currente: monerque ibi Rubrica: *Responsorija hodiernae FERIAE II. dici in omnibus Ferijs*

II. usque ad Dominicam I. Augusti. Quid autem observandum sit, si *Ini- tia Librorum Sacra Scriptura*, uti & *Re- sponsoria primò ponenda*, suis Domini- cis, aut diebus (ob occurrentia in ijs Festa, proprias in I. Nocturno habentia Lectiones, aut Festiva Respon- soria) poni non possint, Vide supra Tit: 5. De Ferijs occurrentibus post Domi- nicam II. post Epiph: & Tit: 31. De Ferijs infra Hebd. I. post Octav. Pentec. Ad LAUDES quod attinet, notabis duo. 1. in *Laudibus serialibus* semper addi in fine Cantici *Gloria Patri &c.*, esto non addatur ad Canticum *Benedicite* in *Laudibus Dominicae & Festorum*; quia Canticum *Benedicite* glorificationem S. Trinitatis, æquivalentem Versui *Gloria Patri*, in fine adiecit Ecclesia, quâ tamen carent Cantica Feriarum. 2. quoties à Dominica I. post Pentec: usque ad Adventum Officium fit de de FERIA, post Orationem diei fit Commemoratio de S. Cruce, ut in Psalterio post Laudes FERIAE II. atque etiam post Vesperas Sabbati in eod. Psalter. Commemorationi de Cruce subjunguntur Commemoration: communes, sive Suffragia Sanctorum eod. modo, quò supra Tit: 31. De Ferijs in- fra Hebd. I. post Octav. Pentec: & in- fra P. II. ad diem 14. Jan: &c. Eadem Commemorationes de Cruce &c. faciendae sunt etiam tunc, quando Officium fit de *Vigilia*, aut *Ritu se- riali* de aliqua *Dominica anticipata*, v. g. 23. post Pentecosten, quando ea suo



fito lotò nullatenus potest celebrari. In *Ferijs Vigiliarum*, quæ ieiunantur, nec non 4. Temporibus, post Antiph. ad *Benedictus* dicuntur, & quidem (saltem in Choro) flexis genibus, Preces feriales post Antiphonam ad *Benedictus* in Laudibus Feriæ II. In alijs autem Ferijs à Pentec. usque ad Adventum non dicuntur, esto fiat in ijs Commemoratio de Cruce, ac aliæ, ut supra.

Si hodierna FERIA, aut alia hujus Hebdomada, sit prima dies Mensis, non impedita Officiò aut Festò 9. Lektionum, tunc post *Laudes* Feriæ currentis dicitur in Choro Nocturnum Unum Officij Defunctorum, correspondens Feriæ currenti (ut ibi in Rubrica) cum Laudibus Defunctor.

PRIMA in hac, & cæteris Ferijs, in quibus Officium sit de ea, usque ad Adventum dicitur ut in Psalterio in *Feriali Officiò ad Primam*: in ea post Psalmum: *Deus in nomine tuo* dicitur extra Sabb: locò Psalmi *Confitemini* Unus ex Psalmis ibi positus, secundum Ordinem Ferialium: Responsorio brevi subjunguntur Preces ibi positæ, quæ una cum Precibus longioribus ibidem positis dicuntur flexis, ut supra, genibus solum tunc, quando Officium sit de aliqua FERIA maiore (v. g. 4. Temporum) aut de aliqua *Vigilia*, non item in alijs Ferijs, quæ *minores*, sive per *annum* solent appellari. Ad Absolutionem Capituli dicitur ab

hodierna FERIA usque ad Adventum in Feriali Officiò Lectio brevis: *Deus in nomine tuo* dicitur, ut ibi in Rubrica. *Horum* quoque reliquæ MINORIS in hac, & cæteris Ferijs, in quibus Officium sit de ea, dicuntur usque ad Adventum ut in Psalterio, & in Antiphonis, Capitulis, ac Responsorio brevibus ferialibus usque ibi, & statim cum Oratione ex *Dominicâ* procedente sine precibus, nisi occurrat *Vigilia*, aut *Feria* aliqua *Temporibus* in his enim dicitur Oratione propria suo locò assignata, cum Precibus Ferialibus, ut in Psalterio.

Ad MISSAM quod spectat, in hodierna ac reliquis deinceps Ferijs usque ad Adventum, in quibus fit de aliquo Festò, aut de *B. V. in Sabato*, aut de *Dominicâ* aliqua *Temporibus*, nec legitur *Missâ votivâ*, vel de *Requiem*, nec occurrat aliqua *Vigilia*, aut *Feria* aliqua *Temporibus* resumitur semper *Missâ* præcedente respectivè *Dominicæ*, cum ejus *Graduali*, attamen sine *Gloria*, & *Credo* Oratione 2. *A cunctis* 3. ad Libitum nisi ratione Mensis, aut Feriæ Incendendum sit *Fidelium*, tunc enim Oratione 2. est *Fidelium* 3. *A cunctis* *Præ* Commun. In fine *Benedicamus* & *Evangelij* S. Joan. *Col. V. v. d.*

Notandum tamen est 1. Quod juxta Rubricâ Gen. *Missal. Tit. V. n. 1. Prima die* cuiusque Mensis (ex Adventum, & *Quadragesimam* Tempus *Pachale*) non impeditur

scio Duplici, vel Semiduplici, dicenda sit Missa Principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, adeoque Missa quotidiana pro Defunctis, ut in Missal: Si verò in ea fuerit Festum Simplex, vel Feria, quæ propriam habeat Missam (uti habent Feria 4. Temporum, uti & illæ, in quibus fit de Vigilia) aut resumenda sit Missa Dominica præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo resumitur, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicantur 2. Missæ, una pro Defunctis post dictam in Choro PRIMAM, alia de Festo Simpliciter, vel Feria prædicta post SEXTAM: at verò in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis dicenda est Missa de Die cum Commemoratione generaliter pro Defunctis. Vide dicta suprâ Tit. V. De Ferijs occurrentibus post Dominicam 2. post Epiph. ante finem Tituli: ubi & de Calibus, in quibus resumenda est Missa Dominicæ præcedentis.

Notandum 2. Quòd extra Quadragesimam, ac totum Tempus Paschale quavis Feria II. cujusque Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, Missa principalis dici possit pro Defunctis: si tamen fuerit propria Missa de Feria, vel dicenda sit die illo de Festo Simpliciter, vel resumenda sit Missa Dominica præcedentis, & infra Hebdomadam non occurrat alius Dies, in quo resumitur, tunc in Missa de die facienda sit tantum Commemo-

ratio generaliter pro Defunctis, ut ante. Vide rursus Dicta Titulo proxime cit.

Notand. 3. licet Missa privata pro Defunctis dici possint quocunque die ( præterquam in Festis Duplicibus, & Diebus Dominicis, aliisque exceptis (quæ nimirum sunt sequentes: Dies omnes infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes & Corporis Christi: item Feria 4. Cinerum: Dies omnes majoris Hebdomadæ: Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes ) Missam tamen Conventualem pro Defunctis dici non posse in Quadragesima, nec toto Tempore Paschali, nec etiam, quando per annum Officium est Duplex, vel Semiduplex, nisi in Die Depositionis Defuncti, & in Anniversario pro Defunctis, in quibus ( uti & in Die Commemorationis Omnium Defunctorum ) dicitur tantum una Oratio, & similiter in die Tertia, Septima, & Trigesima Depositionis, ac quocunque solemniter pro Defunctis celebratur; in alijs vero Missis plures, ita tamen, ut semper Oratio Fidelium sit ultima: Quocunque autem in Missis Defunctorum dicitur una tantum Oratio, dicitur etiam post Tractum Sequentia; in alijs autem Missis pro Defunctis dicitur ista ad arbitrium celebrantis. Rubr. Gen. Missal. Tit. 5. n. 2. & seqq.

Notand. 4. Diebus infra Hebdomadam, in quibus Officium non fit de Festo Duplici, vel Semiduplici,

E c

nec

nec de Die infra Octavam, nec de Ferijs Adventus, Quadragesimæ, quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, sed de alia Fera per annum (in qua tamen non sit *resumenda Missa Dominica præcedentis*, quæ fuerit *impedita*) dici posse juxta Rubricam Gen. Tit. 4. locò *Missæ Ferialis* etiam *Principalis*, quæ Vocatur *Conventualis*, aliquam ex Missis Votivis, in Missali Romano cuius Hebdomadæ Diei post Missam de Festo Dedicationis in Communi Sanctorum assignatis, cum Comemoratione tamen Feriæ, de qua factum est *Officium*, & secundum Ordinem Dierum in eodem Missali Romano designatum, nempe.

*Feria II.* Nisi dicatur de *requiem* pro Defunctis, Missa de S. Trinitate, extans ibid: primò locò, sine *Gloria*, & *Credo*. Orat. 2. de Die currente 2. quæ aliàs fuisset 2. Diei current. Præfat: de SS. Trin. In fin: *Benedicamus*. Col. Alb.

*Feria III.* De Ss. Angelis. Missa, ut ibi in Votivis, cum *Glor.* sine *Credo*. Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præf. Commun. In fin: *Ita Missa est*. Col. Alb.

*Feria IV.* De Ss. Apost. Petro & Paulo. Missa, ut ibid. sine *Glor.* & *Credo*. Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr: nisi dicatur Votiva de his Apostolis eo Tempore, quò (uti contingit ab Octava Pentec: usque ad Adventum) dici in Missis ex Præscripto alioqui solet Oratio *A cunctis*

tunc enim in hac Votiva locò *A cunctis*, dicenda est Oratio de S. Maria *Concede &c.* ne scilicet bis sit mentio explicita Ss. Petri & Pauli, notat Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 13. h. Præf. de Apostol. In fin: *Benedicamus*. Col. Rub. At quæri hic potest: Quale *Concede* locò à *Cunctis* sit dicendum, an illud, quod inter *Orationes ad Diversa*, sive *ad Libitum* dicenda in Missa, ponitur primò Locò, & incipit: *Concede quasumus Omnipotens Deus &c.* an verò illud, quod dicitur in Missis Quibusd: Votivis de S. Maria, ac Tempore Paschali, & incipit: *Concede nos famulos &c.* P. Tob. Lohner Instr. Pract. I. P. 2. Tit. 11. n. 1. nescio quâ nixus auctoritate asserit: Orationi à *Cunctis*, eo Tempore, quò alioquin 2. locò in Missis de Tempore dici illa solet, substituendam esse in Votiva de Apostolis Petro & Paulo illam Orationem *Concede* quæ est prima inter *Orationes ad Libitum*, ac incipit: *Concede Quasumus Omnipotens DEUS*; & ratio esse potest: quia hæc Oratio est magis homogenea Orationi à *cunctis*, quam *Concede nos famulos tuos*; tum quia habet eundem Titulum cum Oratione *Ad postcenda Suffragia Sanctorum*, & in Missali Oratio à *cunctis* ipsi subrogatur) tum quia sicut in Oratione à *cunctis* continentur omnia Suffragia, sic communès Commemorationes *Orationis* (ut observat Gav. P. 1. cit. Tit. 9. n. 13.)

n. 2.) ita eadem etiam continet Oratio: *Concede quasumus*, non item Oratio: *Concede nos famulos &c.*, ut ambas inspicienti patebit. Quia tamen Rubr. Gener. Missal. Rom. Tit. 9. n. 15. expressè habet: In Votivis de Apostolis, quando ponitur Oratio à cunctis, ejus locò dicendam esse Orationem: *Concede nos famulos*, ideo Rubricæ illi erit parendum, usque dum Contrarium Sentientes ostendant, per alicujus errorem Verba illa: *Nos famulos*, Verbo *Concede* fuisse adjuncta, quod præsumere non sinunt ea, quæ lego apud Gav: To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 27. & 28.

Qualis autem dicenda sit Missa Votiva de Ss. Petro & Paulo Temp: Paschali, habetur in Rubr: extante ad finem Missæ Votivæ de iisd: ac dicam etiam alibi. Notandum quoque hic venit, in alijs Missis Votivis de Apostolis (dicendis pariter sine *Glor: & Credo*, & cum Paramentis Rubris, exceptâ Missâ Votivâ de S. Joan. Apostol. ex die 27. Decembr: ad quam adhib: Col. Alb.) Orat: 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præfat: de Apost. In fine *Benedicamus*.

Feriâ V. De S. Spiritu, vel de Ss. Eucharistia Sacramento. Prior dic: ut ibi in Votivis, sine *Gl. & Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præf. de S. Spiritu (omissis tamen Verbis: *hodierna Die* extra Tempus Pentecostes) *Communicantes*, &

Hanc igitur Commune. In fine *Benedicamus*. Col. Rub. Posterior pariter dic: ut ibi in Votivis 2. Locò, sine *Glor. & Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præf. de Nativitate Domini, sine ejusdem *Communicantes*. In fin: *Benedicamus*. Col. Alb.

Feriâ VI. De S. Cruce, vel de Pasfione ut ibi in Votiv. Prior (in qua tamen Tempore Paschali pro Oratione 1. sumenda est illa, quæ habetur in fine ejusd: Missæ) dic: sine *Gl. & Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præf. de Cruce. In fin: *Benedicamus*. Col. Rub. Posterior pariter dic: sine *Glor. & Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs foret secunda. Præf. de Cruce. In fin: *Benedicamus*. Col. Viol.

Sabbatò de S. Maria, ut in Votivis de S. Maria. Missa diverfa pro Diversitate Tempor: ut ibi. In ea dic: *Gloria* (attamen in solo Sabbato) sed sine *Credo*. Oratio 2. de S. Spiritu, *Deus, qui Corda Fidelium &c.* 3. Eccles. vel pro Pap: nisi sit facienda Comemoratio Festi Simplicis occurrentis, vel ratione Mensis dicendum *Fidelium*; tunc enim 2. est de *Simplici*, vel *Fidelium*. 3. de S. Spiritu, quòd si & ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*, & simul facienda Comemoratio Festi Simplicis, tunc Oratio 2. erit *Fidelium*. 3. De Festo *Simplici*, nisi 5. (ut aliquando debent) dicantur Orationes; tunc enim penultima, nempe  
E c 2                      quar-

Quarta, erit *Fidelium*. Vide Dicta Tit. 5. de Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph: Præf. de B: V. *Et Te in Veneratione &c.*, quæ in Missis hujusmodi de B. V. M. etiam dicitur Tempore Paschali, & infra quascunque hujus Temporis Octavas. In fine *Ite Missa est*, si in Sabbato vel Missa de S. Maria in Sabb: vel de eadem in Sabbato Missa Votiva dicatur. Evang. ult. S. Joan. *Col. Alb.*

Si hodiernâ Fer. II. factum est de FERIA, & cras iterum fiet de FERIA currente, aut de *Vigilia*, tunc Vesperæ hodiernæ totæ dicuntur de Feriæ hodiernæ currente, uti pro FERIA hodierna notantur in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præced: cui subjungitur (sine Commemoratione FERIA aut Vigiliæ subsequentis) Commemoratio de Cruce, & post hanc aliæ Commemorationes Comunes, seu Suffragia Sanctorum, modò ac Ordine suprâ in Laudibus, & alibi declaratò. **COMPLETORIUM** pariter dicitur, ut in Psalterio per annum, cum Precibus consuetis (quæ tantum in *Vigilijs*, ac *Ferijs 4. Temp.* & quidè flexis, saltem in Choro, genibus dicuntur) *Col. Virid.* Simili modo dicuntur hodie *Vesperæ FERIALES* integræ de FERIA hodierna currente, si hodie fuit celebratum Festum Simplex [utpote cujus Officium juxta alibi dicta terminatur ad NONAM] cras autem faciendum sit de FERIA, aut *Vigilia*. Si verò in crastinum incidat Festum

Simplex, hodie autem factum fuerit vel de FERIA, vel de Festo aliquo duntaxat *Simplici*, tunc Vesperæ quidem hodiernæ erunt usque ad Capitulum de FERIA hodierna currente, ut in Psalterio; at verò à Capitulo dicentur de crastino illo Festo *Simplici*, sine Commemoratione FERIA, aut *Simplicis* præcedentis. Si denique hodie factum est de Festo 9. Lectionum, cras autem fiet de FERIA, in hodiernis Vesperis nihil fit de FERIA cras subsequente; uti neque aliquid de FERIA hodierna in hodiernis Vesperis, si hodie [usque ad NONAM] factum fuerit de FERIA; cras autem occurrat Festum 9. Lectionum: sed de hoc integræ dicuntur Vesperæ, sine Commemoratione FERIA, aut *Simplicis* Festi præcedentis, cum Commemoratione tamen Festi *Simplicis* subsequentis, si tale cras simul occurrat Festum illud 9. Lectionum fuerit *Duplex 1. aut 2. Classis. Col. Festo Cæveniens.*

FERIÀ III. infra Hebd. III. post Octav: Pentecostes OFFICIUM ac *Missa* dicuntur Modò FERIÀ II. præcedente declaratò, exceptis *Lectionibus* & *Responsorijs*, quæ dicuntur, prænotantur hac Die in Proprio de Tempore, ubi monet Rubrica, *Responsoria* hujus FERIA dici in omnibus *Terijs* Ferijs usque ad Dominicam 1. Augusti.

FERIÀ IV. hujus Hebdomadæ pariter in OFFICIO ac *Missa* omnia

dicuntur, ut Feriâ II. exceptis *Lectio-*  
*nibus* proprijs huic Feriâ, & 3. *Re-*  
*sponsorijs*, quorum primum sumitur  
ex III. Nocturno Dominicâ præce-  
dentis, & est Septimum illius Domi-  
nicâ: Secundum verò & Tertium,  
cùm ex III. Nocturno præcedentis  
Dominicâ [ ob rationem in Rubr.  
Gen. Tit. 27. n. 5. assignatam ] sumi  
non possit, sumendum est ex Feria  
II. præcedente, dicendo hodie 2.  
Locò Responsorium secundum, ter-  
tiò verò Locò Responsorium tertium  
Feriâ II. præcedentis: quod etiam  
deinceps est observandum circa Re-  
sponsoria FERIÆ IV. nec non circa  
Responsoria Officij ferialis in SABBA-  
ro, quando in Sabbato Officium fit  
v.g. de Vigilia, aut Sabbato 4. Tem-  
por: ut scilicet, cùm in III. Noctur-  
no Dominicarum à tertia post Pen-  
tecosten usque ad Adventum exclu-  
sivè non habeatur nisi unicum Re-  
sponsorium, quod dici possit infra  
Hebdomadem [ nempe illud, quod  
est Septimum in Dominica, eò quòd  
Responsorium Octavum: *Duo Sera-*  
*phim* &c non dicatur nisi in Domini-  
cis illius Temporis, nonum autem  
omnino non dicatur, sed loco ejus  
*Te DEUM* ] Feriâ IV. ac Sabbato, si  
in illis fiat de Feria, primum qui-  
dem Responsorium sumatur ex III.  
Nocturno Dominicâ præcedentis,  
dicendo primò Locò, id est, post I.  
Lectioem illud, quod est Septimum

Dominicâ præcedentis, reliqua verò  
duo sumantur ex Feria II. præceden-  
te, dicendo post 2. & 3. Lectioem  
Responsorium II. & III. Feriâ illius  
II. si tamen Feria illa II. habeat  
propria Responsorialia; alioqui, si non  
habuerit propria, dicenda erunt Re-  
sponsorium II. & III. primi Nocturni  
Antecedentis Dominicâ. Rubr. Gen.  
Tit. 27. n. 5.

FERIÂ V. infra Hebd. III. post  
Octav. Pentec. Lectioes de Script:  
occurr. *Responsorialia* ex I. Noct: Domi-  
nicâ præced: Reliqua omnia in *Of-*  
*ficio*, & *Missâ*, ut Ferijs præcedenti-  
bus.

FERIÂ VI. infra Hebd: III. post  
Octav. Pentec. Lectioes de Script:  
occurr: Responsorialia ex II. Noct: Do-  
minicâ præced. Reliqua omnia us-  
que ad Vesperas, ut Ferijs præced:  
tam in *Officio*, quam in *Missâ*.

Ad *Vesperas* omnia eò Modò, quò  
suprà Feriâ VI. ante Dominicam III.  
post Pentecosten.

SABBATÒ infra Hebd: III. post  
Octav. Pentec: *Officium* & *Missâ* ordi-  
nanda sunt eò modò, quò Sabbato  
præcedenti. Quòd si in hodiernum  
Sabbatum incidat aliqua Vigilia,  
Lectioes 3. dicuntur de Homil. Vi-  
gil: Responsorialia verò ut Feriâ IV.  
præcedente, quam Vide.

Ad *Vesperas* quoque eò propor-  
tionaliter modò fiunt omnia, quò  
Sabbato præcedente. Antiphona  
ad

222 P. J. Tit. XXXIV. De Dom. IV. post Pent. & Ferijs eam subsequen-  
ad *Magnificat* pro subsequente Do- luit David: ut in Prop. de Temp. Oct  
minica IV. post Pentecosten *Prava-* prop: ut ibid: post Hebd. V. Nov.

## TITULUS XXXIV.

De Dominica IV. post Pentec: & Ferijs  
infra eam Hebdomadem occurrentibus.

**D**OMINICÀ IV. post Pentec: omnia sunt eò proportion-  
aliter modò, quò supra Do-  
minica III. post Pentec: Unde, si de  
ea fiat *Officium*, omnia dicuntur [ Ri-  
tu semid. ] ut in Psalterio, ac pro-  
prio locò: sunt autem ei propria se-  
quentia: Lectiones I. Nocturni de  
Script: occurrente, h. e. Libro I. Re-  
gum. II. & III. Noct. ut in Proprio  
de Tempore Parte ejus 1. & 2. Re-  
sponsoria, ut Dominicà præceden-  
te: Antiphona ad *Benedictus* [ *Ascen-  
dens JESUS* ] Ad *Magnificat* [ *Præceptor.* ]  
& Oratio propria, ut ibi.

*Missæ* quoque dicitur, ut in  
Prop. de Temp. Col. Vir. extra Octav.

In FERJIS, infra hanc & sequen-  
tes Hebdomades usque ad Domini-

cam I. Aug. occurrentibus, Officium  
& *Missæ* sunt eò proportionaliter  
modò, quò infra Hebd: III. post  
Octav. Pentec: Lectiones cujuslibet  
Nocturni ferialis dicuntur de Scriptis  
occurrente in Proprio de Tempore,  
cum Responsorijs Hebdomada præ-  
cedentis. Oratio in feriali Officio  
sumitur semper ex Dominica præ-  
ximè præcedente currentis Hebd-  
omadae.

SABBATÒ ante Dominicam  
post Pentec: Antiph: ad *Magnificat*  
pro Dominica sequente: *Monte  
Gelboe &c.* ut in Prop: de Tempore  
Parte ejus 1. Oratio prop: ut ibi  
Parte 2. ejusdem Proprij de Tem-  
pore. Col. Vir. extra Octav.



TITU.

# TITULUS XXXV.

## De Dominica V. post Pentec. & Ferijs infra eam Hebdomadem occurrentibus.

**D**OMINICA V. post Pentecosten omnia sunt eo proportionaliter modo, quod supra Dominica III. post Pentec. Unde, si de ea fiat *Officium*, omnia juxta ibi dicta dicuntur, ut in Psalterio, ac proprio Loco: sunt autem ei propria sequentia: Lectiones I. Nocturni: *Incipit Liber II. Regum. II. & III. Nocturni* ut norantur in Proprio de Temp. Parte 1. & 2. Responsoria, ut Dominica III. post Pentec. Antiph. ad *Benedictus* [ *Audistis* ] ad *Magnificat* [ *Si Offers* ] & Oratio propr. ut in Propr. de Temp. P. 2. Quod si Initium Libri II. Regum, ob occurrens Festum habens proprias Lectiones in I. Nocturno, hac nocte poni non possit, ponenda erit proximo Die similiter non

impedito, modo superius Tit. V. De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph. & Tit. 31. De Ferijs infra Hebdom. I. post Octav. Pentec. Occurrentibus: declarato.

**Feris** infra Hebd. hanc occurrentibus *Officium* & *Missae* sunt eo proportionaliter modo, quod infra Hebd. III. post Octav. Pentec. *Lectiones* 3. cujuslibet Nocturni ferialis de Scrip. occur. in Propr. de Temp. cum Responsorijs Hebd. III. post Octav. Pentec. *Oratio* in Officio feriali de Feria minore ex *Dominica* preced.

**Sabbato** ante Dominicam VI. post Pentec. Antiph. ad *Magnificat* pro Dominica sequente: *Obsecro Domine &c.* ut in Propr. de Temp. P. 1. Orat. propr. ut ibid. P. 2. *Col. Vir. ex-*tra Octav.

# TITULUS XXXVI.

## De Dominica VI. post Pentecost. & Ferijs infra eam Hebdomad. occurrentibus.

**D**OMINICA VI. post Pentec. omnia sunt eo proportionaliter modo, quod Dominica III. post Pentec. Unde, si fiat *Officium* de

ea, omnia juxta ibi dicta dicuntur ut in Psalterio, ac Proprio Loco. sunt autem huic Dominicae propria sequentia: Lectiones I. Nocturni de

Sci.



Scriptura occurrente [ *Libro II. Regum* ] ut in Proprio de Temp: P. 1. II. & III. Nocturni propriae, ut ibid: P. 1. & 2. Responsorii eadem, quae Dominicis praecedentibus. Antiph: ad *Benedictus* [ *cum Turba multa* ] ad *Magnificat* [ *Misereor super Turbam* ] & Orat. propria, ut in Propr: de Temp. P. II.

FERIIS infra Hebd: hanc occurrentibus *Officium* & *Missae* fiunt eò proportionaliter Modò, quò infra Hebd: III. post Octav: Pentec. Lectiones cuiuslibet Nocturni ferialis de Script: occurr: in Propr: de Temp: cum Responsorijs Hebd. III. post Octav. Pentec. Oratio in Officio feriali de Feria minore ex Dominica praeced.

## TITULUS XXXVII.

### De Dominica VII. VIII. IX. X. & XI

post Pentecost: nec non de Ferijs usque ad Dominicam I. Augusti occurr.

**D**ominicà VII. post Pentec: [ nisi ea incidat in Dominicam I. Augusti ] & reliquis deinceps Dominicis usque ad Dominicam I. Augusti occurrentibus, omnia fiunt ad Normam 4. proximè praecedentium Dominicarum, sumendo nimirum, si de ijs ante Mensem Augustum fiat *Officium*, Lectiones I. Nocturni de Libro *Re-*

SABBATÒ ante Dominicam VII. post Pentec: Antiph: ad *Magnificat* pro Dominica sequente [ nisi haec sit Dominica Augusti ] *Unxerunt Salomonem*: Si verò sequens Dominica I. simul Dominica Augusti, tunc, missis Antiphonis de Libris *Regum* hoc, & reliquis deinceps Sabbatis usque ad Dominicam I. Septembris ponendae sunt pro sublequentibus Dominicis Antiphonae de Libris *Salomonis*, & quidem Sabbatò ante Dominicam I. Augusti ponenda est Antiphona: *Sapientia edificavit domum*, ut Sabb. ante Dominicam I. Augusti in Propr: de Temp. Oratio propria ut ibid: P. 2. *Col. Vir. extra Octav.*

gum, ad quamvis illarum in Proprio de Temp: annotatò, & siquidem Dominicà VIII. Initium Libri III. aut Dominicà IX. Initium Libri IV. Regum poni non possit, ponendo tunc ea Initia Die proximà non impediet, modò non extra propriam ipsorum Hebdomadam, ut supra; Lectiones quoque II. & III. Nocturni, vel Antiphonas ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*.

gnificat, cuius Dominicæ proprias  
pariter sumendo cum Oratione [ f-  
tidem cuius Dominicæ propria ]  
ex eodem Propr. de Temp. omnia ut  
ibi P. 1. & 2. PROPRII de Tempore,  
quarum I. Pars continet *Lectioes* in  
I. & II. Nocturno in Dominicis post  
Pentecosten, & in Ferijs infra quam-  
vis Hebdomadem dicendas, cum *suis*  
*Responsorijs*. Pars verò 2. continet *Ora-*  
*ationes & Lectioes* à Dominica III.  
post Pentec. usque ad Adventum in  
III. Nocturno in Dominicis dicen-  
das, unà cum *Antiphonis ad Benedict.*  
& *Magnificat*. Porro *Responsoria*  
usque ad Dominicam I. Augusti, in  
his quoque Dominicis dicuntur, ut  
Dominicâ II. post Pentec. *Missa* au-  
tem cuius Dominicæ propria ut in  
Loco in Propr. de Temp. *Col. Virid.*  
nisi veniant infra aliquam Octavam.

Quòd si autem Dominica VII.  
aut VIII. aut IX. aut X. aut XI. post  
Pentec. incidat in Dominicâ I. Augu-  
sti, tunc pridie talis Dominicæ ( in-  
cidentis in Dominicam I. Augusti )  
pro Antiphona ad *Magnificat* non  
amplius lumi debet ea, quæ Sab-  
bato ante Dominicam VII. vel VIII.  
vel IX. vel X. vel XI. ex Libris Re-  
gum à Breviario Rom. assignatur,  
sed illa poni debet, quæ Sabbatò  
ante Dominicam I. Augusti ex Li-  
bris Sapientialibus Salomonis in eo-  
dem Breviario Rom. habetur, ju-  
xta Rubricam Dominicæ VII. post  
Pentec. præfixam, ac paulò inferius

dicenda : ipsâ verò Dominicâ VII.  
post Pentec. vel aliâ ex subsequen-  
tibus, in Dominicam I. Augusti in-  
cidente, nil amplius deinceps legi-  
tur in Officio tam *Dominicali*, quam  
*Feriali* atque etiam *Festivali* de Libris  
Regum, sed ( omillis eò annò, quæ  
de iplis legendæ supersunt, *Lectio-*  
*nibus* ) Dominicâ I. Augusti ponun-  
tur *Lectioes* de Libris Sapientialibus  
Salomonis cum *suis Responsorijs*,  
ut ibi, & de ijs deinceps legitur in  
Dominicis, Ferijs, ac Festis ( non  
habentibus proprias in I. Nocturno  
*Lectioes* ) usque ad Dominicam I.  
Septembris, ut infra. Quoad reli-  
qua autem tam *Officium*, quam *Missa*  
in Dominicis dicuntur, uti Domini-  
câ III. post Pentecosten, ac tribus a-  
lijs eam subsequentibus, ut mox di-  
cetur.

In Ferijs, infra Hebdomadam  
VII. VIII. IX. X. XI. post Octav.  
Pentec. occurrentibus usque ad Ve-  
speras Sabbati Dominicam I. Augu-  
sti immediatè præcedentis, dicun-  
tur OFFICIUM & MISSA eò modò,  
quò supra Hebd. III. post Pentec. di-  
ci debere ibid. est ostensum, sumen-  
do *Lectioes* pro quolibet Noctur-  
no Feriali ex Scriptura occurrente  
de Libris Regum; *Responsoria* au-  
tem pro qualibet Feriâ ex dicta He-  
bdom. III. post Octav. Pentec. ac de-  
nique *Orationem* pro Officio fe-  
riali de Feriâ minore ex præced. Do-  
minica: at verò adveniente Domi-

F F

nica

nica I. Augusti, ad Vesperas Sabbati immediatè illam præcedentis (sive ea dein sit VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. post Pentec.) pro Antiphona ad *Magnificat* non sumitur illa, quæ ex Libr. Regum deprompta, illi Dominicæ VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. immediatè est præfixa, sed ea, juxta paulò antè insinuata, quæ habetur Sabbatò ante Dominicam I. Augusti: & id ipsum etiam deinceps observatur in sequentibus deinceps Hebdomadis usque ad Sabbatum antecedens Dominicam I. Septembris, ut scilicet in Sabbatis, quæ aliquam Dominicam Au-

gusti immediatè antecedunt, pro Antiphona ad *Magnificat* in Vesperis præmis subsequenter Dominicæ semper accipiat illa, quæ ex Libris Sæmonis Sapientialibus deprompta ponitur in Sabbato Dominicam illam Augusti immediatè antecedente proprio de Tempore, omittis illi alijs Antiphonis, quæ ex Libris Regum depromptæ annò illò supersunt: ita enim jubet Rubrica Dominicæ VII. post Pentec. præfixa, juxta superius citata.

De reliquo in Feriali Officiis Cætera omnia (etiam ubi Dominica I. Aug. advenerit) manent immutata.

## TITVLVS XXXVIII.

### De Dominica XII. ac reliquis post Pentecosten usque ad Adventum Generatim.

**Q**uia saltem DOMINICA XII. post Pentec. semper cadit in Dominicam vel I. vel II. vel III. vel IV. Augusti, aut etiam aliquando in Dominicam I. Septembris, ac proinde Læctiones I. & II. Nocturni, uti & Responsoria, necnon Antiphona ad *Magnificat* in i. Vesperis pro hac, ac subsequentibus Dominicis post Pentecosten usque ad Adventum, imò & pro Ferijs Læctiones de Scriptura occurrente, ac Responsoria sumi semper debent ex Dominica ac He-

bdoma daillius Mensis, in qua, & quo singulæ Dominica ac Ferialia currunt, ideo, ut constet, quæ, qualis dicenda sit Antiphona in Vesperis Dominica ad *Magnificat*, quæ nam item dicendæ Læctiones in die I. & II. Nocturno, nec non de Scriptura occurrente in Ferijs per Hebdomadam; ac demum quæ Responsoria in illis Dominicis, quæ cadunt in aliquam Dominicam Mensis Augusti, aliorumve Mensium sequentium usque ad Novembrem inclusivè, nec non in Ferijs cuiuslibet

subsequentis Hebdomadæ ponenda sint, non abs re fuerit, antequam de Dominica XII. ac reliquis, quæ usque ad Adventum occurrere possunt (non possunt autem pauciores quàm 23. nec plures, quàm 28. eò usque à Tempore Pentecostes occurrere, prout scilicet Pascha aut ferius, aut citius hòc vel illò annò incidit) pluribus in specie, ac cœpto Ordine

infra Tit. 58. eumque subsequentibus agam, prius ea persequi, quæ a Sabato ante Dominicam I. Augusti usque ad Sabbarum post ultimam Dominicam Novembris circa Ordinandum Officium tum *Dominicale*, tum etiam *Feriale*, quoad superius Commemorata Rubricæ Breviarj Romani præscribunt. Sit igitur.

### TITULUS XXXIX.

#### De Dominica I. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA I. MENSTIS AUGUSTI ponitur Initium Librorum Salomonis ( qui *Sapientiales* à Scripturarijs dicuntur ) & legitur de eis usque ad Dominicam I. Septembris in *Officio* non modò *Dominicali*, ac *Feriali*, sed etiam tunc, quando *Officium fit de Sancto*, nisi in ejus Festo aliæ propriæ Lectiones de Scriptura, vel de Communi Sancti assignentur; tunc enim *Initium* Lectionis Scriptura transfertur in sequentem diem similiter non impeditam, Lectiones autem illi diei de eadem Scriptura assignatæ vel cum Superioribus Lectionibus legantur, vel omitantur, ita, ut non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere, sed illæ postmodum sequentibus diebus legantur, quæ sua quaque die occur-

runt, aut cum eisdem jungantur: id quod semper seruetur ( ut monet Rubr. Gen. Tit. 26. n. 6. ) quando Lectiones occurrentes de Scriptura aliquo die omittuntur: nunquam verò ultra tres Lectiones in qualibet FERIA ( ne nimium scilicet gravetur Clerus ) legendas esse saltem in *Choro*, sancitum fuisse in Recognitione Breviarj sub Clem. VIII. asserit Gavant: Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 11. ubi tamen extra Chorum in recitatione privata permittit, ut quis integrum totum Textum 3. Lectionum pro Initio alicujus Libri Sac. Script. per modum unius legat Lectionis, quando illud Initium suo die poni non potuit. Quod dictum de transferendo *Initio* Lectionis de Sacra Scriptura, quando die, quò

ff 2 ali-

alioquin occurrit, ob Festum proprias habens Lectiones in I. Nocturno, poni non potest, intelligendum quoque suo modo est de *Responsorijs*, quæ primo ponuntur in aliqua Dominica, ut scilicet quando ob occurrens Festum Duplex in aliqua Dominica, in qua alioqui primo ponenda forent, in tali Dominica poni non possunt, primo ponantur prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria (omissis alijs, quæ fortè in illa Feria propria habentur) tanquam Historiæ Principium, antequam ponantur alia Responsoria. Quod si verò tota Hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de Feria, Responsoria illa Dominicalia primo ponantur in sequenti Dominica, vel Hebdomada similiter non impedita, dummodo sequens illa Dominica in suo I. Nocturno non habeat ipsamet alia Responsoria primo ponenda: tunc enim priora illa, quæ primo nunquam poni potuerunt, eò anno sunt omittenda. Illa quoque Responsoria, quæ in aliquibus Ferijs per Hebdomadam habentur, si eo die, quò posita sunt, non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam Diem, sed prorsus sunt omittenda, esto nunquam fuerint adhuc posita. *Rubric: Genes. XXVII. n. 6. & 7.*

Cæterum I. DOMINICA alicujus Mensis, in qua primo ponitur *Initium Libri de Scriptura, cum sua Historia*, id

est, cum *Responsorijs*, positus in Proprio de Temp: juxta Rubricas Brev: Rom: Tit. 4. illa dicitur, quæ vel venit in Kalendis illius Mensis, vel, si in his non venit, saltem est proximior seu vicinior Kalendis illius Mensis, ut si Kalendæ venerint in II. vel III. vel IV. Feria, tunc I. Dominica Mensis, in qua Liber Scripturæ inchoatus ponitur, est ea, quæ præcedit Kalendas, licet veniat in præcedenti Mense: si autem Kalendæ venerint in V. vel VI. Feria, aut in Sabbato, tunc I. Dominica Mensis est ea, quæ sequitur Kalendas. Porro in Sabbato præcedenti Dominicam I. cujuslibet Mensis, ex supra memoratis ponitur ad *Magnificat* Antiphona Historiæ, Dominicæ illi assignatæ, similis aliâ, quæ fortè alioquin occurreret. Historiæ verò, id est, Responsoria illius Libri, qui Dominico Sabbatum illud subsequente primo ponitur, si propter Festum Duplex in ea Dominica occurrens, poni non possint, tunc primo die infra Hebdomadam, in quo contingit Officium fieri de Feria, ponuntur Responsoria I. Nocturni Dominicæ, omnia alijs Responsorijs, si fortè in illa Feria haberentur propria, servatisque etiam cæteris, in Rubrica 27. supradict. n. 7. præscriptis. His ita generaliter præmissis

SABBATO ante Dominicam I. Augusti Antiph: ad *Magnificat* in hunc I. Vesperis est: *Sapientia edificavit*

**Verfus :** *Vespertina Oratio &c.*, ut in Pfalter. Oratio ea, quam illò annò tangit Ordo Dominicarũ post Pentec. usque ad Adventum libimet succedentium. Porrò Antiphonæ pro 1. Vesperis cujuslibet Dominicæ dictorum mensium extant in 1. Parte, Orationes verò in 2. Parte PROPRII de TEMPORE. Reliqua autem dicuntur, ut Sabbatò ante Dominicam III. post Pentec. *Col. Virid.* si fiat de Dominica, quæ non sit dies infra aliquam Octavam: nam Dominicis infra Octavas occurrentibus servandus est Color Octavarum ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusivè per Rubricam Missal: infra citandam, si de Dominica infra Octavam saltem à Capitulo fiat Officium. Idem est de Dominicis ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam exclusivè infra Octavas occurrentibus, ut ibi: secus est de Dominicis infra Octavas in Adventu occurrentibus, in his enim servatur Color Officij de Tempore per eandem Rubricam, uti & in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quinquagesimæ infra Octavas venientibus.

DOMINICÀ I. Augusti pariter omnia dicuntur, uti præcedentibus Dominicis post Octav. Pentec: exceptis sequentibus: Lectiones I. Noct. *De Dominica I. Augusti: Incipiunt Parabole Salomonis.* II. Noct: de ead: Dominica, ut ibi. III. de Homil: Dominicæ currentis post Pentec: ut in

Ordine Dominicarum post Pentecostes extante post Hebd: V. seu ult. Novembr. *Responsoria* omnia in Loco: & quæ dicuntur in hac Dominica, dicuntur etiam in sequentibus Dominicis usque ad Dominicam I. Nov. Antiph: ad *Benedictus* & ad *Magnificat* pro 2. Vesperis Dominicæ I. Augusti unà cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentecostes. *Missæ* de ead. Dominica currente post Pentec. ( siquidem de ea fiat Officium) cum *Glor. Cred.* ac alijs, ut Dominicâ III. post Pentec. *Col. Virid.* nisi veniat infra aliquam Octavam, tunc enim Color Officij ac *Missæ* etiam Dominicalis convenire debet Festo, infra cujus Octavam Dominica occurrat. Si hodie Officium non fiat de Dominica, tunc observanda sunt ea, quæ ead: Dominicâ III. post Pentecostes sunt annotata.

FERIÀ II. infra Hebd. I. Aug. si de ea fiat Officium, dic: Lect: de Script. occurrente infra Hebdomadam I. Mensis Augusti, nisi heri factum fuerit Officium de Festo Duplici, habente proprias Lectiones in I. Nocturno, ac eapropter ponendum sit Initium Libri Parabolarum Salomonis, de quo plura in hesternâ Dominica, & alibi: Estque hoc ipsum etiam observandum in sequentibus Ferijs. Responsoria ( nisi ob occurrens in hesternâ Dominica *Festum Duplex*, hodie primò ponenda sint Responsoria ex I. Nocturno hesternæ

**F f 3**

**De**

Dominicæ) uti notantur hæc Feriâ, dicunturque in omnibus Ferijs secundis usque ad Dominicam I. Septembr. Oratio ex Dominica hesternâ post Pentec: Reliqua omnia in Officio ut supra Feriâ II. post Dominicam III. post Pentec. *Col. Virid.* Missa Dominicæ præced. (sine *Glor. & Cred.*) vel Defunctor: &c. ut ibid.

FERIÂ III. infra Hebd. I. Aug. Lectiones de Scriptura occurrente, ut ibi, nisi ponendum sit *Initium Libri Parabolæ*. Responsorîa, si fiat de ea, ex Feriâ III. currente infra Hebd. I. Augusti (nisi fortè primò ponenda sint Responsorîa I. Nocturni præced: Dominicæ) dicunturque hæc eadem Responsorîa etiam in sequentibus Ferijs tertijs usque ad Dominicam I. Septembr. Reliqua ut supra Fer. III. post Dominicam III. post Pentec. *Missâ* ex Dominica præced: sine *Glor. & Cred.* Orat. 2. à *Cunct.* 3. ad *Libit.* Præf. Commun. In fine: *Benedicamus.* *Col. Vir.*

FERIÂ IV. infra Hebd. I. Aug. Lect. de Scriptura occurr. Responsorium I. (*Domine Pater &c.*) sumitur in Officio Feriali ex III. Noct. Dominicæ præced. estque VII. illius Dominicæ, extans post Lectiones, & Responsorîa II. Nocturni. Post II. verò & III. Lectionem hodiernam ponitur Responsorium II. & III. Feriæ II. præcedentis: & sic etiam in alijs Ferijs IV. hujus Mensis: dicunturque hæc eadem Responsorîa etiam in

Sabbatis, in quibus fit de Feriâ, non de B. V. in Sabb. uti contingit quando in Sabbatum, in quo non occurrit Festum 9. Lectionum, imò dicitur *Vigilia*. Reliqua, ut supra Fer. II. infra Hebd. III. post Octav: *Pentec. Missâ* ut heri. *Col. Vir.*

FERIÂ V. infra Hebd. I. Aug. Lect: de Script. occurr. Responsorium in Officio feriali à Tempore, quod est à Dominicâ III. post Pentec: usque ad Adventum, quavis Feriâ V. sumuntur ex I. Noct. Dominicæ proximæ præcedentis: Reliqua in Officio, *Missâ*, ut heri. *Col. Vir.*

FERIÂ VI. infra Hebd. I. Aug. Lect: de Script: occurr. Responsorium in Feriali Officio è Dominicâ III. post Pentec: usque ad Adventum sumuntur quavis Feriâ VI. ex II. Noct. Dominicæ proximæ præcedentis. Reliqua ut supra Feriâ VI. post Dominicam III. post Pentec. *Missâ*, ut heri. *Col. Vir.*

SABBATÒ infra Hebd. I. Aug. sunt omnia modò supra dictò in Sabbato post Dominicam III. post Pentec: nisi quòd, si hodie fiat de B. V. in Sabb: Lection. duæ primæ sumuntur de Script: hodie occurrente; ceteræ verò de B. V. ex Mense currente (ut ibi) etiam si simul occurrat Festum Simplex; de hoc enim fit tantum Commemoratio, si fiat de B. V. in Sabb. & sic etiam in alijs Sabbatis in quibus hoc Tempore usque ad Advent: fit de B. M. in Sabbato: ut illis

illis autem Sabbatis, in quibus hoc Tempore (nempe eo, quod est à Dominica III. post Pentec: usque ad Adventum) fit de Feria, & non de B. V. in Sabbato, nec de aliquo Festo 9. Lectionum, sed v. g. de *Vigilia*, aut *Feria Quatuor Temporum* Mense Septembri, Lectiones tres in Nocturno Feriali dicuntur de Homilia illius *Vigilia*, vel *Feria*, cum Commemoratione Festi Simplicis, sine ultima de eo Lectione: Responsoria autem tunc dicuntur, ut Feria IV. proximè præcedente hujus Hebdomadæ, & Col: tunc *Viol.* Atque ad

Normam hujus Hebdomadæ 10. Mens: Aug: Ordinantur etiam *Officia* ac *Misse* sequentium Hebdomadarum hujus Mensis.

SABBATÒ ante Dominicam II. Aug: Antiphona ad *Magnificat* pro Dominica sequente est: *Ego in altissimis.* Col. Virid. nisi currat aliqua Octava; tunc enim, utur *Vesperæ* saltem à Capitulo sint de Dominica, Color debet esse Conformis *Festo*, infra cujus Octavam crastina occurrit Dominica, non autem *Dominica*, seu esse Viridis, per Rubricæ Gener: XVIII. Missal. n. 4.

## TITULUS XL.

### De Dominica II. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA II. Augusti ponitur in I. Nocturno *Initium Libri*, qui dicitur *Ecclesiastes*, nisi occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Nocturno Lectiones, alioqui proxima die simili Festo (id est, proprias in I. Noct: habente Lectiones) non impedità, seu *Festiva* illa sit seu *Ferialis*. In II. Nocturno (si de ea fiat *Officium*) Lectiones propriæ in Loco. III. Nocturn: de Homilia Dominicæ currentis post Pentec. Indidem fumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, ad *Magnificat*, & *Oratio*. Responsoria verò, ac Cæ-

tera omnia in *Officio*, ut in *Dominicâ* I. Augusti.

Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in *Propr. de Tempor:* (siquidem fiat de Dominica) Ritu ac Modò superius Dominica III. post Pentec: annotatò; ubi etiam alia huc pertinentia.

Infra *HEBDOMADAM II. AUGUSTE* fiunt omnia ad Normam Hebdomadæ I. Augusti; nisi quòd cuius *Feria* suæ de *Scriptura* occurrente Lectiones assignentur, quæ dicuntur ubi, Responsoria autem, uti *Hebdomadâ* præcedente. Quòd si  
ini.



Initium Libri Ecclesiastæ hesternâ  
Dominicâ poni non potuit, ponend-  
um erit die post illam proximâ non  
impedirâ, ut supra.

SABBATÔ ante Dominicam III.  
Augusti Antiph: pro Dominica se-  
quente: *Omnia Sapientia &c.* Versus:  
*Vespertina Oratio &c.* ut in Psalter.  
*Col. Virid.* nisi occurrat aliqua Octa-

va: nam Dominicis infra Octavam  
occurrentibus ab Octava Epiphaniæ  
usque ad Septuagesimâ, & ab Octava  
Pentecostes usque ad Adventum ex-  
cludivè, si de ijs fiat Officium, cui  
Colorem Altarium ac Paramen-  
torum Sacerdotalium observandum  
est, id, quod supra Sabbato ante Domi-  
nicam I. & II. Augusti.

## TITULUS XLI.

### De Dominica III. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA III. AUGUSTI po-  
nitur in I. Nocturno *Initium*  
*Libri Sapientie*, nisi occurrat  
Duplex habens proprias in I. No-  
cturno Lectiones; alioqui die pro-  
ximâ Festo aliquo proprias in I.  
Nocturno habente Lectiones simili-  
ter non impedirà. Quod si hæc III.  
Dominica Augusti venerit in ipsâ  
die Assumptionis B.V. vel S. Hyacin-  
thi, vel in die Octava S. Laurentij,  
tunc dictus Liber Sapientie ponitur  
in ipsâ die S. Hyacinthi, vel in die  
Octava S. Laurentij (nisi & hi dies  
sint alicubi v. g. Festo Dedicacionis,  
impediri) & de eo legitur in Festo  
S. Bernardi (Idem est de alio Festo  
Semiduplici, aut Duplici minore in  
eodem) occurrentiâ Dominicæ ter-  
tiâ Augusti, si quod ante vel post Fe-  
stum S. Bernardi alicubi fortè occur-

rat, v. g. in Loco, in quo S. Ag-  
nitus M. est duplex minus) ac post  
Octavam Assumptionis B. M. V.  
superstet dies, usque ad sequentem  
Dominicam. *Rubr. hic.* Lectiones  
Nocturni (si de Dominica hodie  
Officium) dicuntur, uti notantur  
Loco in Propr: de Temp. III. Nocturno  
de Homil: Dominicæ currentis post  
Pentec: uti in Ordine Dominicæ  
post Pentec. Responsorija, ac Co-  
terâ omnia, ut in Dominica I. Au-  
gusti, exceptis Antiph: ad *Benedictio-*  
& ad *Magnificat*, quæ unâ cum *Or-*  
*atione* sumuntur ex Dominica cur-  
rente post Pentec. *Missæ* (si fiat de  
Dominica) dicitur pariter de Domi-  
nica curr: post Pentec: uti notatur  
in Propr: de Temp: Ritu ac Modis  
superius cum alijs huc pertinenti-  
bus annotatô Dominica III. post  
Pentec.

Pentec. Col. Vir. nisi occurrat aliqua Octava.

Infra Hebd. III. Augusti sunt omnia ad normam Hebdomadæ I. Augusti, exceptis Lectionibus, quæ sunt de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit in aliqua ferialium

Dierum infra Hebd: occurrentium *Initium Libri Sapientia*, si in Dominica poni non potuit, juxta alibi dicta.

SABBATÔ ante Dominicam IV. Augusti Antiph: ad *Magnificat* pro Dominica sequente: *Sapientia clamat &c.* Col. ut Sabb: præced: annotatum.

## TITULUS XLII.

### De Dominica IV. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICÂ IV. Augusti ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Ecclesiastici*, nisi occurrat Festum Duplex habens proprias in I. Nocturno Lectiones, alioqui die proximâ, Festô aliquô proprias in I. Nocturno habente Lectiones similiter non impeditâ. Lectiones II. Nocturni (si de Dominica hodie fiat Officium) dicuntur, uti notantur in loco propr. de Temp. III. Nocturni de Homil. Dominicæ currentis post Pentec: uti in Ordine Dominicarum post Pentec. Responsoria, ac reliqua omnia, ut in Dominica I. Augusti exceptis Antiph: ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, quæ una cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec. *Missæ* (si fiat de Dominica) dicitur pariter de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr. de Temp. ritu ac modô suprâ Dominicâ III. cum

alijs huc spectantibus annotatô. Col. *Virid.* nisi occurrat aliqua Octava.

Infra Hebd. IV. Augusti sunt omnia ad normam Hebd: I. Augusti, exceptis Lectionibus, quæ sunt de Scriptura infra hanc Hebd: occurrente, nisi ponendum sit *Initium Libri Ecclesiastici*; quòd præcedente Dominica poni non potuerit.

SABBATÔ ante Dominicam V. Augusti (nisi ea fuerit propinquior Kalendis Septembris, atque adeò cum sua Hebdomade tali annò sit omittenda) Antiphona ad *Magnificat* pro seq: Dominica erit: *Observa fili &c.* Si autem Augustus habeat tantum 4. Hebdomadas (eò quòd Dominica V. cum sua Hebdomada omittatur, uti fit, quando Dominica ultima Augusti est propinquior Kalendis Septembris, atque adeò evadit Dominica I. Septembris) tunc Sabbato præcedente pro Dominica

G g

I. Sc-

I. Septembris subseque Antiphona ad Magnificat est: Cum audisset Job &c, ut Sabbato infra Hebd. V. Augusti in Propr. de Temp. Col. rid. nisi occurrat aliqua Octava.

TITULUS XLIII.

De Dominica V. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICA V. AUGUSTI (nisi ea sit propinquior Calendis Septembris atque adeo cum sua Hebdomade omittatur, eo quod Dominica proximior Calendis sequentis Mensis, licet veniat in precedenti Mense, sit I. Dominica sequentis Mensis) Officium fit in hunc modum. In I. Noctur: continuantur Lektionen de Libro Ecclesiastici, seu Scriptura occurrente in Proprio de Tempore. In II. quoque Noct: si fiat de Dominica, dicuntur ut ibi. In III. Noct: dicuntur de Homilia illius Dominice, quae secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrit. Responsoria, & reliqua omnia dicuntur uti Dominica I. Augusti: exceptis Antiph: ad Benedi: & ad Magnificat, quae una cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Idem est de Missa, quae de reliquo dicitur rite ac modo superius Dominica III. post Pentec: descripto.

Ubi etiam alia universis Dominicis post Pentec. communia. Rit. sem Col. Vir. nisi veniat infra aliqua Octavam.

Infra Hebdomadam V. Augusti (nisi omittatur) sunt omnia normam hebd. I. Augusti, exceptis lectionibus, quae sunt de Scriptura occurrente. Col. Virid. nisi occurrat aliqua Octava.

Sabbato ante Dominica Septembris, hoc est, proxima Calendis Septembris, Antiphona Magnificat pro seq: Dominica Cum audisset Job &c.

Ubi cras ex Sedis Apostolorum Indulto celebratur Festum Ss. Augustini & Victoris. Custod. Officium ordinatur infra, & 2. Octobr: sitque de eadem Dominica in hodiernis vestigiis commemoratio etiam ibi, ubi festum illud est Titulus, seu Patrocinium Templi, adeoque I. Classis, Col. Virid.

## TITULUS XLIV.

### De Dominica I. Septembr. & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA I. Septembr. ubi fit de ea, ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Job*: quod si verò occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct. Lectiones, tunc ponitur proxima die, Festo ejusmodi (h. e. proprias in I. Noct. habente Lectiones) non impedita, seu *Festiva* illa fit, seu *Ferialis*; atque de eodem Libro *Job* legitur etiam sequente Hebd. ad Dominicam III. Septembr. In II. Nocturno (si de Dominica fiat Officium) Lectiones propriæ in Loco. Lectiones verò III. Nocturni sunt de Homilia illius Dominicæ, quæ secundum Ordinem Dominicarum post Pentec. occurrit in P. 2. Proprij de Temp. Hodie quoque (nisi occurrat Officium Duplex) primò ponuntur Responsoria de Historia *Job*: quæ si ob Officium Duplex hodie occurrunt Dominicæ hodiernæ poni non possunt, poni debent prima die, quâ infra hebdomadam I. Septembr. occurrit fieri de Feria, omittendo alia, quæ forte in illa Feria propria habentur: Quod si in tota hac Hebdomade non occurrat dies, in quo fiat de Feria, ponenda sunt in sequenti Dominica, aut Hebdomade

similiter non impedita: Quod si etiam sequenti Dominica ac Hebdomade poni non possunt, tunc annò illò penitus sunt omittenda. *Rubr. hic.* Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* unâ cum Oratione sumuntur ex Dominica corrente post Pentec. Reliqua omnia sunt ac dicuntur respectivè ut supra Dominicâ III. post Pentec. ac I. Augusti. Idem est de Missa, quæ pariter dicitur de eadem Dominicâ, quæ in Ordine Dominicarum post Pentec. in Proprio de Temp. occurrit, ritu semid. ac modo supra Dominicâ III. post Pentec. & I. Augusti descriptò, ad quarum 2. Dominicarum normam ordinantur quoque OFFICIA & MISSÆ sequentium Dominicarum.

Infra Hebd. I. Septembris (idè est de Hebdomada II. hujus ejusdem Mensis) OFFICIUM ac MISSA ordinantur eò proportionaliter modò, quò infra Hebdomadam III. post Octavam Pentecostes, ac I. Augusti, sumendo Lectiones (in feriali Officio) de Scriptura occurrente nisi ponendum sit Initium Scripturæ, quod præcedente Dominicâ poni non potuit; Responsoria verò (si non ponenda sint alia, nondum primò po-

ita, modò suprà declaratò) accipi-  
endo pro Feria II. illa ipsa, quæ no-  
entur in proprio loco. Pro Feria III.  
& VI. ex II. Nocturno Dominicæ  
præced. Pro Feria denique IV. &  
Sabbato ( quando in hoc Officium  
fit feriale ) responsum primum  
ex III. Nocturno Dominicæ præce-  
dentis, ut ibi notatur primò locò;  
secundum & tertium verò ex Feria  
II. præcedente, pariter ut ibi nota-  
tur secundò & tertio locò.

SABBATÒ ante Dominicam II.  
Septembr. Antiphona ad *Magnificat*  
pro sequente Dominica est: *In omni-  
bus his &c* uti in Loc. Oratio de Do-  
minica, quæcras secundum Ordinem  
Dominicarum post Pentec. occurrit.  
*Col. Vir.* si hodie saltem à Ca-  
pitulo fiat de Dominica seq. & ea  
non occurrat infra aliquam Octa-  
vam.

NB. Dominicâ I. Septembris in  
omnibus Provincijs, ac Ditionibus,  
tam Hereditarijs, quàm alijs, Au-  
gustissimo Romanorum Imperatori  
subiectis ( exceptis ijs Locis, quæ  
sunt in Diocesi Constantiensi, in qua  
ob Festum & Octavam S. Pelagij Pa-  
troni Diocesani circa hoc Tempus  
occurrentem, anticipatur ad Domi-  
nicam V. post Pentec. ) celebratur  
ex Indulto Sac. Sedis Apostolicæ Fe-  
stum S. ANGELI CUSTODIS sub Ritu  
duplici 2. Classis & cum Octava, pro-  
ut videre est apud P. Gob. Tom. I.  
*Oper. Moral. P. I. Tr. 5. n. 650. Ap-*

pend. 5. à Lit. E. ubi etiam Lit. I.  
& M. Ocasione hujus Indulti  
scuit 1. An, quia in Terris, Augu-  
stissimo Imperatori Austriaco-Ro-  
mano subiectis, reperire est non  
nullos Episcopatus, quorum præ-  
agnoscat alium Dominum, etiam  
hæc alia Pars gaudeat Indulto Fe-  
stum Ss. Angelorum Custodum ce-  
lebrandi sub Ritu Duplici 2. Classis  
& cum Octava? 2. Quid intelligi-  
tur per Provincias tam Hereditarias  
quàm alias, Augustissimo Imperato-  
ri Austriaco-Romano, vel tanquam  
Cæsari, vel tanquam Regi Hunga-  
riæ, & Bohemiæ &c. Subiectas? Vi-  
de de utroque eundem P. Gob. de  
tiam eodem Tract. 5. n. 82. & ex  
quæ tum ipse dicto Tractatu  
meris citatis tradit, tum etiam  
vantus Tom. 2. S. 2. c. 2. n. 24.  
& 26. resolve, an etiam Diocesi  
Terris Augustissimo Imperatori  
subiectis vicinæ, possint ex congrua  
aliqua interpretatione Privilegij  
Sede Apostolica concessi, salvis  
Sac. Rit. Cong. Decretis similiter  
lebrare Festum & Octavam Ss. Ang-  
lorum? In ipso Festo dicuntur  
omnia, uti norantur in Breviario Ro-  
mano ad diem II. Octobris ( quod  
alioquin in Ecclesia Universali extra  
Imperium, ac dictas Provincias, sub  
Ritu tamen solum duplici minore,  
celebratur ) nisi quòd in III. Noctur-  
no Læctioni Octavæ jungenda sit no-  
na ibi posita ( eò quòd in hæc sola

men-  
no a  
Hon-  
jusq  
urri  
(qu  
pe  
Octr  
pol  
Eva  
occ  
Fes  
req  
Qyo  
stum  
cleis  
de S  
tam  
te, è  
sub  
ratio  
aure  
ibi  
spe  
plic  
Ves  
atq  
My  
tur  
nib  
Scri  
nem  
ex  
legi  
su

mentio de Ss. Angelis Custod. ) non autem locò dicenda sit Lectio de Homilia Dominicæ I. Septembr: hujusque faciendæ Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa (quæ pariter dicitur cum *Glor. & Cred:* per totam Octav. uti notatur vel 2. Octobr: vel in aliquibus Missalib: post diem 1. Septemb. cum ultimo Evang. de Dominica) nisi alicubi ob occursum vel concursum cum alio Festo 1. aut 2. Classis aliud ex parte requirant Rubricæ. Benedictio 8. *Regum Festum &c. Col. Alb.* Ubi Festum Ss. Angelor. est Titulare Ecclesie: adeoque 1. Classis, ibi nihil fit de Simplicio hodie occurrente, bene tamen de Dominica hodie occurrente, ut supra. De Simplici quoque subsequente nulla fit ibi Commemoratio in hodiernis 2. dis Vesperis: ubi autem est Duplex tantum 2. Classis, ibi non modò fit in hodiernis 2. Vesperis Commemoratio de Festo Simplicio subsequente, sed etiam de Festo Simplicio hodie occurrente, non quidem in Vesperis seu primis, seu secundis, attamen in hodiernis *Laudibus*, ac *Missis solum privatis.*

INFRA OCTAVAM *Officium* dicitur ut in die Festi (exceptis Lectiõibus, quæ in I. Noct: dicuntur de Scriptura occurrente, Feriâ II. ponendo Lectiões de Initio Libri Job. ex hesternâ Dominica, utpote in qua legi non poterunt) in II. & III. Nocturno autem dicende eas (si fiat

de Octava) quæ cuivis per Octavam diei in Appendice Breviarij assignantur. Si infra hanc Octavam occurrant, vel concurrant alia Festa, observandum est id, quod circa occursum, vel concursum aliorum similium Festorum infra aliquam Octavam non privilegiatam præscribunt Rubricæ Breviarij ac Missal. Rom: de quo infra P. III. In Missa infra hanc Octavam (nisi faciendâ sit Commemoratio de aliquo Festo Simplicio, aut de Octava alia inferioris Ordinis) 2. Oratio est *Concede.* 3. *Ecclesie* vel pro PAP.

SABBATÒ infra Octavam S. Angelis Custod: si nec cras, nec hodie occurrat Festum Duplex, dicentur Vesperæ de sequenti die Octava Ss. Angelor. Custod: omnia recitando, ut in 1. Vesperis, cum commemoratione Dominicæ II. Septembris, necnon Festi Semidupl. præcedentis, uti & diei infra aliam Octavam, si aliquando, aut alicubi talia Festa, aut dies simul occurrant, nec non Festi Simplicis cras subsequenti. *Col. Alb.* Quòd si hodie præcesserit Festum Duplex minus, Vesperæ usque ad Capitulum erunt de illo, à Capitulo verò de die Octava Ss. Angelor. Custod: cum Commemoratione Festi præcedentis, nec non Dominicæ, ac aliorum ut antè. Si autem hodie occurrat alicubi Duplex majus, aut Festum vel 1. vel 2. Classis, Vesperæ totæ dicentur de eo,

G g 1

CUM

cum Commemoratione diei Octavæ,  
 Dominicæ, atque etiam (nisi hodiernum Festum sit duplex 1. Classis)  
 Festi Simplicis cras occurrentis. Si  
 verò cras occurrat Festum 1. aut 2.  
 Classis (v. g. Nativitas B. V. M.) tam  
 hodiernæ Vesperæ, quam crastinum  
 Officium dicentur de illo, de die Octava  
 autem Ss. Angel. Cust: tantum  
 fiet Commemoratio in utrisque Vesperis,  
 Laudibus, ac Missa, uti & Dominicæ,  
 cum 9. de hac cras Lectio in Officio,  
 & ultimo Evang: in Missa. Si ejusmodi  
 Festum cras occurrens non sit duplex 1.  
 sed tantum 2. Classis, admittit etiam  
 Commemorationem Festi Simplicis, at  
 tamen non nisi in crastinis Laudibus,  
 ac Missis privatis; nullò autem modo  
 diei alicujus infra Octavam, aut  
 Simplicis in hodiernis 1. Vesperis. Si  
 denique cras occurrat solummodo  
 Duplex majus aut minus per annum,  
 cedit illud juxta Rubricas Diei Octava  
 Ss. Angelorum, ac transfertur in diem  
 proximam non impeditam, etiam si  
 Duplex illud majus sit Festum Nominis  
 B. V. M. ut infra P. II. ad diem 8.  
 Mensis Sept. dicitur, ac expressè his  
 verbis tradit *Psalt Dir: Canon: C. 8.*  
*in Prop: Sanctör: Mensis Sept: Si Festum*  
*NOMINIS B. Mariæ incidit in diem Octavam*  
*Ss. Angelorum Custodam, servetur Rubrica in*  
*Tabella occurrentium Festorum, id est,*  
*transferatur. Ita declaravit S. Congregatio die 22. Januarij*  
 1707. non obstante quocunque anteriore  
 Decreto in contrarium, prout in quibusdam  
 Directoriis erroneè positum fuit, tamquam  
 ab Innocent. XI. emanatum: nihil enim aliud  
 in sua Bulla statuit idem Pontifex, nisi  
 quod præteritum Festum NOMINIS Mariæ  
 Festo Exaltationis S. Crucis cedat ex  
 æqualibus (prout infra P. II. locò) cum  
 igitur ipsum Festum Exaltationis S. Crucis  
 occurrens in aliqua die Octava transferri  
 debet juxta Rubricam de Translat: Festorum  
 n. 2. consequens est, ut in præterita  
 occurrentia transferri etiam debeat Festum  
 Nominis B. Mariæ, idque a fortiori &c.  
 Ipsa DIE OCTAVA Ss. Angelorum Custod:  
 Si Festum Duplex 1. aut 2. Classis non  
 occurrat, Officium, & Missa fit (sub Ritu  
 dupl. min.) ut in die Festi, nisi quod  
 Lektionen I. Noct: dicendæ sint de Scriptura  
 occurrente, adeoque sumendæ ex I. Noct:  
 non Dominicæ 2. Septembr. In II. Noct:  
 dicuntur uti in proprio loco. In III. denique  
 Noct: uti in Festo (ex 8. & 9. Lektione  
 faciendò rursus unam) nisi quod Lectio  
 ultra dicenda sit de Homilia Dominicæ  
 occurrentis, ejusque faciendæ Commemora-  
 tio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, in  
 qua etiam de ead. Dominicâ dicendum  
 est ultimum Evangelium. In 2. Vesperis  
 fit Commemoratio Officij sequentis (nisi  
 fuerit Duplex) atque

que etiam ejusdem Dominicæ, nisi cras occurrat Festum 1. aut 2. Classis; tunc enim in hodiernis Vesperis de tali duplici dicendis, nulla fit Dominicæ Commemoratio, uti nec Festi Simplicis crastini, imò nec ipsius diei Octavæ, si Festum cras alicubi occurrens sit dupl. 1. Classis: quòd si sit duplex tantum 2. Classis, admittit in hodiernis suis 1. Vesperis Commemorari: de die Octava, non autem de hód: Dominica, nec de crastino Simplicis, nec de die infra Octavam. Si cras occurrat *Duplex majus*, hodiernæ Vesperæ integræ erunt de illo cum Commemoratione diei Octavæ, uti & diei infra Octavam, ac Festi Simplicis, si cras unà occurrant. Si denique cras occurrat *Duplex minus*, Vesperæ hodiernæ à Capitulo erunt de illo, cum Commemoratione diei Octavæ Ss. Angelorum, & diei infra Octavam, ac Simplicis, si ejusmodi dies, aut Festum occurrat; quia hic non attenditur major dignitas Angelorum præ illo, de quo fit crast: Officium; sicut ergo primæ & secundæ Vesperæ Festi Ss. Angelorum, ubi celebratur 2. Octobr: ut *Duplex minus*, dividendæ sunt à Capitulo, si detur concursus cum alio duplici minore, ita idem est de die Octava. Vide tamen, que dicuntur P. II. 2. Octob.

Si Dies Octava Ss. Angelor: Custod: incidat in Festum 1. vel. 2. Classis v. g. in Festum Nativitatis B. V. M.) Officium & Missa erunt de tali Festo, cum Commemoratione diei Octavæ, & Dominicæ currentis in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non 9. Læctione in Officio & ult: Evang: in Missa de ead: Dominica: sed & in 2. Vesperis talis Festi fit Commemoratio de die Octava, atque etiam de Dominica; nisi Feriâ secundâ occurrens Festum sit 1. aur 2. Classis; nam si sequatur Festum 1. Classis, nec diei Octavæ, nec Dominicæ præcedentis in 1. illius Vesperis fit Commemoratio; Si autem sequatur Festum 2. Classis, tunc quidem admittit in illis Commemorationem diei Octavæ, non tamen Dominicæ præcedentis, ut ante dictum. Casu, quò dies Octava Ss. Angelor. Custod. incidit in Dominicam infra Octavam Nativit: B. V. Hymnus Laudum in Officio Ss. Angelor: retinet suam propriam clausulam, juxta eam quæ tradit Gavanti: Tom. 2. Sect. 5. c. 6. n. 13.





## TITULUS XLV.

### De Dominica II. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICĀ II. ac Ferijs infra Hebd: II. Septembr. occurrentibus, OFFICIUM & MISSA ordinantur ad modum Hebd: proximè præcedentis, dicendo omnia, uti notantur in Psalterio, & proprio loco, & insuper observando ea, quæ supra Dominicā ac Hebd: III. post Pentec: nec non I. Augusti sunt annotata. Rit. Dominicæ est semid. Vir: nisi currat aliqua Octava. SABBATŌ ante Dominicam II. Septembr. pro Dominica sequens Antiphona ad Magnificat est: *reminisce Domine ex Historia Tobie Col. Virid:* si saltem à Capitulo de Dominica seq: & ea non veniat infra aliquam Octavam.

## TITULUS XLVI.

### De Dominica III. Septembr: ac Ferijs infra eam occurrentibus.

**D**OMINICĀ III. Sept. si fiat de ea, ponitur in I. Noct: INITIUM LIBRI Tobie, ut hinc in Propr. de Temp. legiturque de eo etiam sequenti Fer. II. III. & IV. nisi occurrat Festum habens proprias in I. Nocturno Lektionen: cujusmodi Festum Duplex si hodie occurrat, tunc dictum Initium Libri Tobie ponitur proxima die, ejusmodi Festo non impeditur. In II. Nocturno (si fiat de Dominica) Lektionen dicuntur, uti notantur hinc Dominicā in Proprio de Temp. In III. Nocturno dicuntur de Homilia illius Dominicæ, quam tangit Ordo Dominicarum post Pentec: pro currente anno, uti notantur P. 2. in Proprio de Temp: Responsoria verò sumuntur ex Dominica III. Sept: prout notantur in eod. Propr: de Temp: ubi primò ponuntur. Quòd si hodie Festum Duplex in hodierna Dominica occurrat hodie primò ponuntur, non possint, poni debent tria primò Responsoria hujus Dominicæ primò die, in qua infra hanc Hebd: occurrat fieri de Feria, omittis alijs, qui forte in illa Feria propria habentur. Quòd si verò in tota Hebdomada non

non occurrat dies, in quo fiat de Feria, illò annò omittantur, juxta Rubr. Tit. de Responsorijs. Addit Arnaud. in Epir. Sac. Rit. Tr. 2. P. 1. Tit. 20. Quòd si Responsoria Tobiae primò ponenda nec in Dominica, nec Feria secundà, aut tertià poni possint, ponenda quidem tunc esse Feria 4. si fiat de ea, omittis illi alioquin assignatis, Feria autem V. tunc dicenda esse Responsoria II. Nocturni Dominicalis, ne bis eadem Responsoria immediatè repetantur. Antiph: ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, unà cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Cætera dicuntur ut in Psalterio ad Normam Dominicæ III. post Pentec. ac I. Augusti, de quibus suprà, Ritu semid. *Missæ* de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr. de Temp: cum *Glor. Cred. & Oracionibus* &c uti Dominica 3. post Pentec: *Col. Virid.* nisi occurrat aliqua Octava.

FERIÀ II. infra Hebd: III. Septembr. dicuntur in Officio Lectiones de Script: occurr: (nisi ponendum sit hodie Initium Libri Tobiae, eò quòd heri ob occurrens Festum Duplex, proprias habens in I. Noct. Lectiones, hesternà Dominicà poni non potuerit) Responsoria verò ex I. Noct. Dominicæ præced: ex qua etiam sumitur *Oratio* in Officio, & *Missæ* pro hodierna Feria. Reliqua tam quoad *Officium*, quàm quoad

*Missæ*, dicuntur ac fiunt respectivè uti FERIÀ II. post Dominicam III. post Pentec: ac Dominicam I. Augusti. *Col. Vir.*

FERIÀ III. infra Hebdomad. III. Septembr. dic: *Lectiones* in Officio de Script: occurrente (nisi ponend. sit Init. Libr. Tobiae, ut heri) *Responsoria* verò in Officio feriali sumuntur ex II. Noct. Dominicæ præced: ex qua etiam resumitur hodierna *Missæ* sine *Gl. & Cr.* cum *Benedicamus* in fine. Reliqua ut Fer. III. post Dominicam III. post Pentec. & I. Augusti. *Col. Vir.* Si tamen hodie factum fuerit de Feria, & cras occurrat Festum solummodo simplex, tunc rotæ hodiernæ Vesperæ erunt de hodierna Feria currente, de simplici autem Festo cras occurrente fiet in Vesperis hodiernis ferialibus solummodo Commemoratio, ob eam rationem, quam assignant Rubr. Gen. Tit. 11. n. 10.

FERIÀ IV. infra Hebd. III. Septembr: si non occurrat Festum 9. Lection: Officium sit feriale de Fer. IV. Quatuor Tempor. Lectiones Nocturni dic: de Homilia Feriæ IV. Quatuor Tempor: in Septembri sive Autumno, prout notantur hac die, infra Hebd: III. Septembr: in Proprjo de Temp: Responsorium I. sumitur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis (*Tribulationes Civitatum &c*) quod est Septimum illius Dominicæ. Post 2. verò ac 3. Lectionem dicitur II. & III.

H h

III.

III. Responsorium I. Nocturni ejusdem Dominicæ. Antiph: ad *Benedictus* uti notatur in Proprio de Temp. Oratio propria usque ad *Vesperas* exclusivè. In *Laudibus* (in quibus, uti & per reliquas Horas dicuntur flex. genib. Preces feriales cum Commemorat: de Cruce in iisdem *Laudibus* &c) ac etiam in *Missâ* hujus Feriæ sit de Festo Simplicis, si quod occurrat, tantum Commemoratio, sine Lectione. Col. *Viol.* Cæterum *MISSA* (si fiat de Feria) dicitur prout notatur post Dominicam XVII. post Pentec: cum *Oremus*, *Flectamus genua &c.*, nec non cum *Prophetia*, seu *Duplici Lectione*, sine *Glor: & Cred.* Orat. 2. à *cunctis* 3. ad *Libit.* nisi faciendâ sit Commemoratio Festi Simplicis: aut ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*; tunc enim 3. Oratio erit à *cunctis*, nisi à secunda Speciali Commemoratione extrudatur. In fin: *Benedicamus*. Col. *Viol.* Si cras non sequatur Festum, *Vesperæ* dicuntur de Feria currente, & in ijs dicuntur flexis genibus *Preces Feriales* (cum Oratione *Dominicæ* precedentis) uti & *Dominicales* (itidem flexis genibus) ad *Completorium*. *Rubr. Gen. Tit. 34. n. 4.* Col. *Viol.* *Jejunium de Precepto.*

Si hodie occurrat Festum 9. Lectionum, aut *Dies Octava* alicujus Festi [v. g. *Nativitatis B. V.*] tunc *Officium*, & *Missæ privata* erunt de Festo, vel *Die illa Octava* (nisi dicere libeat,

ac liceat tali die *Missam* *Votivam* vel *funebrem*) accipiendâ *Lectionem* pro I. Nocturno de *Initio Libri* *Tibiæ*, si illud *Initium* positum nondum est, vel, si positum jam est, Communi *Sanctorum*, (suppositum quòd proprias non habeat tale positum in I. Nocturno) in primo *Casu* in 2. autem casu reperendo *Lectiones*, quæ in I. Nocturno Festi habentis *Octavam* sunt lectæ, si *Dies Octava* proprias non habeat, cum Lectione de *Homil. Feriæ* in *Officio* ejusque in *Laudibus*, ac *Missâ* Commemoratione (faciendâ ante Commemorationem *Simplicis*, si quod simul occurrat, eò quòd *Feria* Temporis sint *Feriæ majores*) & ultimo *Evangelio* de eadem *Feria* in *Missis* *privatis*, sumendo Commemoratione *Feriæ* 4. Temporis primam *Orationem* illius *Missæ*, potest concordantem cum *Officio*, verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, tunc duæ dicuntur *Missæ* *Conventuales*, seu *Principales*, una de *Festo* vel *Die Octava*, post *Lectionem*; altera de *Feria*, post *Nocturnum* in *Missâ* de *Festo* (dicendâ cum *Glor: &c.*, si requirat *Qualitas* *Missæ*, ut *Octavæ*, etiam cum *Credo*.) non *Missâ* de *Feria* [dicendâ sine *Glor: &c.*]; nec non cum *Præfatione* Commemorationem propriam, & cum *Benedicamus in fine*] sit Commemoratio

Festo in tali Ecclesia, & casu, sed tamen de *Vigilia*, si quæ occurrat, ut mox diceretur. Quod si in Officio facta fuerit Commemoratio de *Festo Simplici*, aut de *Die infra Octavam*, fiet etiam in Missa de *Festo*, sed non in Missa de *Feria*: si autem in Officio facta sit Commemoratio de *Vigilia* [v. g. S. Matthæi] ea quoque fiet in Missa de *Feria 4. Temp.* non autem in Missa de *Santo*, quando in ejusmodi Ecclesijs ac casibus cantandæ sunt 2. Missæ. Porro in utraque illarum legitur in fine Evangelium S. Joan. Quod si nec *Festum Simplex*, nec *Dies infra Octavam*, nec etiam aliqua occurrat *Vigilia*, tunc tam in Missa de *Festo* [si tamen illud plures admittat Oraciones, uti admittit semid:] quam in Missa de *Feria*, 2. Oratio erit à cunctis. 3. ad Libitum: si autem non quidem occurrat *Festum Simplex*, nec *Dies infra Octavam*, attamen occurrat *Vigilia*, tunc in Missa de *Festo*, si sit *Duplex*, unica dieetur Oratio; si *semiduplex*, 2. Oratio: erit à cunctis. 3. ad Libitum, at verò in Missa de *Feria 2.* Oratio erit de *Vigilia*. 3. à cunctis. Sic cum anno 1686. Festum Ss. Eustachij & Socior. caderet in *Feria VI.* Quatuor Tempor. in Ecclesijs, in quibus duæ dicebantur Missæ Conventuales, in Missa de *Festo* nulla fiebat Commemoratio: in Missa autem de *Feria* Oratio 2. erat de *Vigilia S. Matthæi*. 3. à cunctis: & in neutra dicebatur in fine *Evang. de Vigilia*, sed in utraque

Evangelium de S. Joan. Quia enim *Evang. Vigiliæ* non fuit lectum in Officio, nequaquam conveniebat, ut legeretur in Missa. *Feria* autem IV. præcedente (in quam eò annò transferebatur Festum Nominis B. V. M.) in Missa de *Festo* pariter nulla fiebat Commemoratio; in Missa autem de *Feria 4. Temp.* 2. Oratio erat à cunctis. 3. ad Libit: & rursus in utraque *Evang. ult: S. Joan.* Color autem utrique Missæ conveniens. Vide Rubricam præfixam *Festo Ss. Eustachij & Socior. 19. Sept:*

Quod si hac, aut alia *Feria Quatuor Tempor. Septembris* (idem est de *Vigilia S. Matthæi* extra Quatuor Tempora occurrente) veniat *Die infra aliquam Octavam*, tunc Officium fit quidem de *Die infra Octavam*, sumendo Lektionen pro I. Nocturno de Comuni Sanctorum; at tunc juxta Rubricam Missal. à Sac. Rit. Congregat. declaratam, etiam in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis non est dicenda, nisi uniea tantum Missa Conventualis: dicj autem tunc debent tam Missa Conventualis, quam Missæ privatæ, in hunc modum: Si Officium factum fuit de die infra Octavam, Missa diceretur de *Feria*, aut *Vigilia* prædicta (adeoque discordabit ab Officio, ac proinde Color Altaris conformis debet esse Officio; Color autem Paramentorum Celebrantis conformari Missa adeoque is esse Violatens. Gavanto tamen & alijs senti-

ontibus pro Missa solenni Convenientius esse ut Color. quoque Altaris concordet cum Colore Paramenterum Missæ. Arnaud. in Tit. 18. Rubr. Miss.) at tamen cum Commemoratione currentis Octavæ, sed sine Glor. & Cred: & in ea dicitur Præfat. Communis, ac in fine Benedicamus cum Evang. S. Joan. Si autem Officium fiat de Festo infra Octavam occurrente, Missa dicitur de Festo cum Commemoratione Octavæ, ac Feriæ 4. Temp. aut Vigilæ prædictæ, vel etiam utriusque, aliisque ejusmodi Missæ Festivæ convenientibus. Vide Gayant. Tom. 1. P. 1. Tit. 3. in Rubr. Missal. & Claud. Arnaud. P. 1. Tit. 3. n. 1. & 2. Si (ut olim) etiamnum fieri posset, ut Vigilæ S. Matthæi occurreret in aliqua Feriæ 4. Temporum, quin simul in ista occurreret Festum 9. Lectionum, tunc de Vigilæ nihil fieret in Officio, sed tantum in Missa de Feriæ fieret de Vigilæ Commemoratio.

FERIÆ V. infra Hebd. III. Septembr. dicuntur Lectiones in Officio de Scriptura occurrente (nisi ponendum sit Initium Libri Tobie, de quo Fer. II. præced.) Responsorialia verò in Officio Feriali sumuntur ex I. Noct: Dominicæ præced. [nisi heri sint posita, ut supra dictum in Dominica] ex qua etiam resumitur hodierna Missa, sine Glor. & Cred: Oratio 2. à cunctis, 3. ad Lib. In fin: Benedicamus. Reliqua ut Fer. V. post Dominicam III. post Pentec. & I. Augusti,

Col. Vir. Si hodie, aut cras occurrat Festum 9. Lectionum, non fit in hodiernis Vesperis Comemoratio Feriæ VI. Quar. Temp: bene tamen Festi Simplicis sequentis. Quod verò cras occurrat Festum solummodo simplex, & hodie factum fuerit Feriæ, totæ hodiernæ Vesperæ dicuntur de Feriæ hodiernæ currente, & simplici autem crastino tantum Commemoratio in illis. Rubric. Tit. 11. n. 10.

FERIÆ VI infra Hebd. III. Septembr. occurrat Feriæ VI. Quar. Temp. in Autumno, de qua proinde (nisi occurrat Festum 9. Lectionum) Officium fit Ferialè ut in Psalterio prop: loco, dicendo nimirum Lectiones de Homilia Fer. VI. Quar. Temp: in Septembri, prout tantum in Propr. de Temp. Responsorialia verò sumendo ex II. Noct: Dominicæ præced: nisi primò posita sint Responsorialia ex I. Noct: Dominicæ non dum primò posita. Antiphona ad Benedictus propria: cuius te Orationem diei [quæ pariter propria] subjunguntur, & quæ flexis [saltem in Choro] genibus Preces Ferialis. Orationi verò dicuntur ante Commemorationes Communes, subjungitur Commemoratio Crucis. Si occurrat Festum Simplex in hac Feriæ, fit de eo tantum Commemoratio [sine Lectione] in Lectionibus, ac Missa, quæ pariter est propria, diciturque, uti notatur post Dominicam.

minicam XVII. post Pentec: sine G<sup>ob</sup>.  
& Cred. Orat. 2. à cunctis. 3. ad Libit.  
nisi faciendâ sit Commemoratio Fe-  
sti Simplicis, aut ratione Mensis di-  
gendum *Fidelium*: tunc enim 3. erit  
à cunctis. Præfat. Commun. In fine  
*Benedicamus*. Col. Viol. *Jejunium de*  
*Præcepto*. Si nec hodie, nec cras oc-  
currat Festum 9. Lectionum hodiernæ  
Vesperæ dicuntur de Feria occur-  
rente, ut in Psalterio, dicunturque in  
ijsd. Vesperis preces Feriales flexis ge-  
nib. quamvis dicenda sit Orat. Domi-  
nicæ præcedentis, non autem Feriæ  
Quatuor Temporum, uti expressè  
monent Rubricæ Gen: Tit. 34. n. 5.  
Dicuntur autem Preces non modò  
in Vesperis, sed etiam in Completo-  
rio in ejusmodi casu flexis genibus  
[saltem in Choro] ut ibid. n. 4. Si  
hodie aut cras occurrat Festum 9.  
Lectionum, in hodiernis Vesperis  
non fit Commemoratio de hodiernæ,  
aut crastina Feria 4. Tempor:  
si verò cras occurrat Festum solum-  
modo simplex, rotæ hodiernæ Ve-  
speræ erunt de Feria hodierna cur-  
rente [dicendo tamen juxta recens  
dicta Orationem Dominicæ præced:  
cum Precibus ferialibus ut supra] de  
Festo autem simplici subsequente fiet  
solummodo Commemoratio, ob ra-  
tionem superius allegatam.

Si hæc, aut aliâ Feriâ Quatuor  
Temporum occurrat Festum 9. Le-  
ctionum non habens proprias Lectio-  
nes in I. Nocturno, sed tantum af-

signatas de Scriptura occurrente,  
tunc, quia pro hujusmodi Ferijs non  
assignantur aliquæ Lectiones de Scri-  
ptura, sed tantum de quapiam Homi-  
lia recurrendum est in talibus Festis  
ad Lectiones de Scriptura positas in  
Comuni Sanctorum. Rubr: Gen. XXVI.  
n. 9.. Quòd si verò in aliqua dicta-  
rum Feriarum occurrat *Dies Octavæ*  
alicujus Festi, tunc in I. Noct: *Dies*  
*Octavæ* reperuntur Lectiones, quæ  
in I. Nocturno Festi lectæ fuerunt:  
si autem occurrat *Dies infra Octavam*,  
tunc sumuntur de Comuni, ut su-  
pra: Rubr. Gen. ibid.

Si Fer. VI. Quat. Tempor. in Sept:  
occurrat Festum 9. Lect: aut *Dies Octa-  
væ*, aut *Dies infra Octav.* aut *Vigil.* vel  
*simplex*, ordinandum est *Officium &*  
*Missa*, uti Fer. IV. præced. *Jejunium*  
*de Præcepto*.

SABBATÒ Quat. Temp: Sept:  
*Jejunium de Præcepto*: & in Eccl: Ca-  
thedralib: *Collatio SS. Ord.* Quòd si  
occurrat Festum 9. Lectionum: aut *Dies*  
*Octava*, vel *Dies infra Octav.* facien-  
dum est de ijs *Officium & Missa* eò pro-  
portionaliter modò, quo Feriâ IV.  
præcedente [ubi & alia, in hac quo-  
que Feria, seu Sabbato observanda]  
ac suo locò. Quòd si verò Festum,  
aut *Officium* 9. Lectionum non oc-  
crrat, *Officium* usque ad Vesperas exclu-  
sivè fit Ritu feriali de *Sabbato Quatuor*  
*Tempor.* ut in Psalter: ac proprio loco,  
dicendo nimirum Lectiones de Ho-  
mil. Sabbati 4. Temp: in Sept: prout  
H h 3

notantur in Propr. de Temp. Respon-  
sorium verò I. sumitur ex III. Noct:  
Dominicæ præcedentis [ Tribulatio-  
nes Civitatum ] quod est Septimum  
illius Dominicæ; post 2. verò & 3.  
Lectioem dicitur Responsorium II,  
& III. Primi Nocturni ejusdem Do-  
minicæ. Ad Laudes & per Horas di-  
cuntur Preces feriales flexis [ saltem  
in Choro ] genibus, & post Orationem  
diei [ quæ, uti & Antiphona ad Be-  
neditus, est propria ] fit Commemo-  
ratio de Festo Simplicis occurrente,  
sine Lectione, & post illam Commem-  
oratio de Cruce, ante reliquas  
Commemorationes. Col. Viol.

Missæ de Sabb. 4. Tempor: in  
Septembr: dicitur, uti notatur post  
Dominicam XVII. Septembr: sine  
Glor. & Cred. at cum Oremus, *steta-  
mus genua &c.*, & Prophetijs, seu 6.  
Lectioibus. Oratio 2. à cunctis. 3. ad  
Lib: nisi facienda sit Commemora-  
tio Festi simplicis, aut ratione Men-  
sis dicendum *Fidelium*, tunc enim 3.  
erit à cunctis. nisi à secunda speciali  
Commemoratione penitens extruda-  
tur; ubi notandum, quòd si hoc Sab-  
bato [ cadente v.g. in 22. Septembr. ]  
ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*,  
& simul facienda Commemoratio

de Festo Simplicis, secundo loco dice-  
dum sit *Fidelium*, tercio autem loco  
facienda Commemoratio de Festo Sim-  
plici, nisi forsan 5. dicantur Oratio-  
nes, tunc enim 2. Oratio est de Sim-  
plici, penultima autem *Fidelium*, &  
quo alibi. In ead. hod. Missæ de  
Præfatio Commun: & in fin: *Benedi-  
dicamus.* Col. Viol.

Vespera [ si hodie non fuerit festum  
de Festo 9. Lection: nec occur-  
rat Festum Duplex ] dicuntur  
de Sabbato, ut in Psalterio; à Capitulo  
autem de Dominica sequente, ubi  
ibid. Antiphona ad Magnificat. *Ado-  
nai &c.*, ut in Propr: de Temp. Sab-  
bato ante Dominicam IV. Septembr:  
Oratio illius Dominicæ post Pentecostem  
quam tangit Ordo numeralis, & post  
eam fit Commemoratio Festi Sim-  
plicis, si quod cras occurrat; hinc  
verò subjunguntur Commemorationes  
Communes, seu *Suffragia Sanctor.* Col. No-  
si cras fiat de ea, nec currat aliquid  
Octava.

Quòd si hodie occurrat Festum  
9. Lection: aut Festum Duplex in-  
stinum: Vesperæ hodiernæ ordi-  
nantur modò supra in Sabbato ante  
Dominicam 3. post Pentecostem delicti  
pro.



TITU-

## TITULUS XLVII.

### De Dominica IV. Septembris & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA IV. Septembris, si fiat de ea, ponitur in I. Noct: *Initium Libri Judith*, ut hic in Propr: de Temp: legiturque de eo etiam seqq. diebus, usque ad Dominicam V. Septembr. nisi hodierna Dominica sit ultima hujus Mensis: tunc enim sequente Fer: V. ponitur *Liber Esther* cum sua Historia, seu Responsorijs, ut infra. Quod si hodie occurrat Festum Duplex habens proprias in I. Nocturno Lektionen, tunc initium *Libri Judith* ponitur proxima die ( seu *Feriali*, seu *Festivali* ) ejusmodi Festo non impedita. In II. Noct: hodiernae Dominicae dicuntur Lektionen, uti norantur hac Dominica in Propr: de Temp. In III. verò Nocturno dicuntur de Homil: illius Dominicae post Pentec: quae hac Dominica Mensis secundum numerum Dominicarum post Pentec: occurrat in P. 2. Proprij de Tempor. Responsorija autem sumuntur ex Dominica IV. Septembr: prout ibi notantur. Quod si ea ob Festum Duplex hodiernam Dominicam occurrens poni hodie primo non possint, poni debent prima tria Responsorija hujus Dominicae prima die, in qua infra hanc Hebd: occurrat fieri de Feria,

omissis alijs Responsorijs ferialibus, quae forte in illa Feria propria habentur: quod si verò aliquando in tota Hebdomada non occurrat dies, in qua primo poni possint, tunc illò anno juxta Rubr: jam alias allegatam sunt omittenda. Dixi autem: *Ferialibus*; nam si haec Hebdomas sit ultima Mensis Septembris, tunc Feria V. in qua ponitur *Liber Esther*, ponenda sunt in Officio feriali Responsorija ex Dominica V. Septembr: esto Responsorija Dominicae IV. nunquam poni potuerint diebus praecedentibus, atque ad eò anno omitti debeant. Antiphonae ad *Benedict:* & ad *Magnificat* una cum *Oratione* sumuntur hodiernam Dominicam IV. Sept: ex Dominica currente post Pentec. Caetera dicuntur ut in Psalterio ad Normam Dominicae III. post Pentec: ac I. Augusti ( de quibus supra ) Ritu semiduplici. *Missae* de Dominica currente post Pentec: uti noratur in proprio de Temp: cum *Glor: Cred: Oratione* 2. & 3. &c, uti Dominica III. post Pentec. *Col. Vir.* nisi currat *Octava*.

FERIA II. & seqq. infra Hebd: IV. Septembr: dicuntur in *Officio* Lektionen de Scriptura occurrente, nisi



ponendum sit in aliqua illarum *Initium Libri Judith* (eò quòd in Dominica ob occurrens Festum Duplex, proprias habens in I. Noct: Lectiones &c, citius poni non potuerit) aut nisi Feria V. ac reliquis deinceps duabus Ferijs hujus Hebdomadæ ponendus sit *Liber Esther*; eò quòd sic ultima Dominica Mensis. Ad *Responsoria* Ferialia verò quod attinet, Feria II. & V. infra Hebd: IV. Septembr: sumuntur ex I. Noct: Dominicæ præced: Feria III. & VI. ex II. Nocturno ejusdem Dominicæ; Feria autem IV. & Sabbato (si fiat Officium feriale) I. Responsorium sumitur ex 3. Noct: Dominicæ præcedentis [*Conforta me Rex &c*] quod est septimum illius Dominicæ; at verò post 2. & 3. Lectionem dicitur II. & III. Responsorium I. Nocturni ejusdem Dominicæ præcedentis. Reliqua omnia tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam*, dicuntur ut supra Hebd: III. post *Pentec. Col. Vir.*

Quòd si Septembris habeat tantum 4. Hebdomadas, adeoque hæc Hebdomas sit Hebdomas ultima Septembr: tunc Feria V. hujus quartæ Hebdomadæ ponitur in Officio *Initium Libri Esther* ex Dominica V. Septembriis, ut ibi, legi úrque de eo etiam duobus sequentibus diebus, sive *Officium* fiat de Feria, sive de Festo [nisi istud proprias habeat in I. Noctur. Lectiones] hoc Ordine: Feria V. *Initium Libri Esther* ut in Domi-

nica V. Septembr. FERIA VI. De *Libro Esther* ex Feria VI. Hebdomadæ Septembr: nisi fortè heri *Initium Libri Esther* poni non potuerit, adeoque hodie poni debeat. SABBATO de quo iterum *De Libro Esther* ex Sabbato Hebdomadæ V. Septembr: non potuerit *Initium Libri Esther*; tunc enim id hodie esse ponendum. Historia quoque seu *Responsoria*, si hæc fuerit ultima Hebdomas Septembris sumuntur tunc in feriali Officio ex Dominica V. Septembris, & Feria V. quidem, non occurrat Festum 9. Lectionum, sumuntur ex I. Nocturno Dominicæ V. Septembris; Feria VI. autem, Feria V. fuit factum de Feria, sumuntur ex II. Nocturno ejusdem Dominicæ V. si verò heri non fuit factum de Feria, adeoque *Responsoria* Dominicæ V. Septembr: heri poni non potuerunt, tunc hodiernâ Feria V. sumuntur ex I. Nocturno illius Dominicæ V. ac hodie primò ponuntur. Si verò nec Feria V. hesternâ, nec Feria VI. hodiernâ ob occurrens Festum 9. Lectionum poni potuerunt, tunc crastinò Sabbato primò ponuntur, modò crastinò Sabbato fiat Officium feriale [ob occurrens fortè *Vigiliam*] & non de S. Maria in Sabbato, aut Festo 9. Lect. Quòd si autem vel hesternâ Feria V. vel hodiernâ Feria VI. primò poni potuerunt, tunc crastinò Sabbato [si tamen in illo fiat Officium feriale, non

Autem de Festo, aut de S. Maria in Sabbato] Responsorium I. sumitur ex III. Nocturno Dominicæ V. Septembris (Nos aliam DELIM) quod est septimum illius Dominicæ: post II. & III. Lectionem verò dicitur Responsorium II. & III. primi Nocturni ejusdem Dominicæ. Reliqua omnia dicuntur ut præcedentibus Ferijs hujus Hebdomadæ, resumendo *Orationem & Missam* ex Dominica proximè præcedente.

Quòd si Responsorium Libri Esther in casu, quò Mensis September habet tantum IV. hebdomadas, nulla prædictarum trium Feriarum poni possint, eò quòd totò ultimæ ejusdem Hebdomadæ triduo non occurrat Feria; in qua poni possint, tunc juxta Rubricam tum Gener: XXVII. n. 7. tum etiam specialem Feriæ V. hujus Hebdomadæ præfixam, eò annò omittuntur. At peres; an etiam omittendæ sint Lectiones de Libro Esther, si in casu, quò September habet tantum 4. Hebdomadas, nec Feria V. nec VI. nec Sabbatò illius Hebdomadæ IV. poni possint; eò quòd totò illò triduo occurrant alicubi Officia habentia proprias Lectiones in I. Nocturno? R. meò judiciò [Salvo meliore] in tali casu eò procedendum modò in hac parte, quò procedendum monet Gavantus Tom. II. S. 5. c. 12. n. 15. in fine, quando in simili casu *Ob angustiam tempor. ponendum est vultum alicujus*

Prophete; poni enim debere ejusmodi *Initium tunc etiam* in hujusmodi Festo [v. g. cæteris minus Solemni] decretum esse asserit in *postrema Recognitione Breviarj*; licet ibi locum ejus Rubricæ non citet. Quòd si opponas, ecurrat non etiam in hoc casu practitari queat id, quòd idem Gavantus ibidem S. 6. c. 21. n. 13. permittit, ubi ait: Si v. g. Festum S. Catharinæ sit duplex I. Classis in aliqua Ecclesia, & eapropter in ejus Officio Lectiones I. Nocturni sumi ibi debeant de COMMUNI Virginum, ex altera autem parte nullus amplius superstit; aut vacet Dies, quò reliqua *Initia Prophetarum* legantur, omitti posse in tali Ecclesia ea Prophetarum Initia, quæ locum non habent; eò quòd Rubrica XXVI. Gen: Tit: de Lectionibus n. 7. addat hæc verba: *Quoad commode fieri poterit*, parùmque referat, si in Ecclesia aliqua particulari non legatur de omnibus Prophetis aliquò annò? Respondeo negando paritatem; quia major videretur pugnare ratio pro non omittendo penitus Estheris Libro, quàm pro uno, aut altero tantum ex minoribus Prophetis [qui, teste Gav: loc. cit: n. 12. apud Hebræos constituunt unum Librum] de quorum saltem pluribus jam fuit aliquid lectum præcedentibus diebus, aut Ferijs. Et hæc ad præsens quaesitum est mea tenuis Responso, usque dum S. R. C. decernat, quid hac in parte renendum.

Sum. Col. Vir: quamdiu durat feriale Septembris ( nisi ea cum sua Hebdomada omittatur ) Antiphona ad Magnificat pro sequenti Dominica Domine Rex &c. Col. Viridis, si cras Vesperis adhibetur. Col. Alb.

SABBATÒ ante Dominicam V. de ea, & non currat aliqua Octava.

## TITULUS XLVIII.

### De Dominica V. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICÀ V. Septembr: [ si fiat de ea, & non cum sua Hebdomada omittatur ] ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Esther*, ut hinc in Propr: de Temp: legiturque de eo etiam seqq: diebus, usque ad Dominicam I. Octob. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lectiones, tunc *Initium Libri Esther* ponitur proxima die ( seu feriali, seu festivo ) ejusmodi Festo non impedita. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, uti notantur hanc Dominicam in Propr: de Temp. In III. verò Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ post Pentec: quæ hanc Dominicam Mensis secundum Ordinem occurrat, extantque in P. 2. Proprij de Temp. *Responsoriorum* autem sumuntur ex Dominica V. Septembr: prout ibi notantur: quòd si ea ob Festum Duplex hodiernam Dominicam occurrens ponitur hodie primò non possint, poni debent prima tria Responsoriorum hujus

Dominicæ prima die, in qua hanc Hebdomada occurrit fieri de Festo omittitur alijs Responsorijs ferialibus quæ fortè in illa Feria propria ponuntur: quòd si verò alicubi vel quando per totam Hebdomadam non occurrat dies, in qua primò poni possint, tunc eò anno, aut tempore penitus omittuntur. Antiphona *Benedictus*, & ad *Magnificat* una cum *Oratione* sumuntur hodie ex Dominica currente post Pentec. Causa dicuntur, ut in Psalterio ad normam Dominicæ III. post Pentec: & I. Antiphona Ritu semid: ut supra. Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr: de Temp: cum *Credo*: *Oratione* 2. ac 3. &c., uti Dominica III. post Pentec. Col: Viridis occurrat Octava.

FERIA II. & seqq: infra Hebdomada Sept: dic: in OFFICIO Lectiones Scriptura occurrente, nisi ponendum sit in aliqua illarum *Initium Libri Esther*; eò quòd in Dominica ob-

currrens Festum Duplex proprias habens in I. Noct: Lectiones adhuc poni non poterit. Ad Responsoria Ferialia hujus Hebdomadae quod spectat, FERIA II. & V. sumuntur ea ex I. Noct: Dominicae praeced. FERIA III. & VI. ex II. Noct: ejusdem Dominicae. FERIA autem IV. ac Sabbato (si fiat Officium feriale) Responsorium I. sumitur ex III. Noct: Dominicae praeced: (Nos alium DEUM &c.) quod est septimum illius Dominicae: at vero post 2. & 3. Lectionem dicitur II. & III. Responsorium primi Nocturni ejusdem Dominicae praeced. Reliqua omnia dicuntur ac fiunt, ut infra Hebdomada III. post Pentecostem resumendo *Orationem & Missam* Do-

minicae proximè praecedentis, aliaque observando, ut ibi.

SABBATO ante Dominicam I. Octobr. Antiphona ad *Magnificat* prosequente Dominica est: *Adaperiat Dominus &c.* Col. Virid: si cras fiat de ea, & non currat aliqua Octava. Ubi autem ex Sedis Apostolicae Indulto cras celebratur Solennitas Rosarii B. M. V. ibi ea in Martyrologio ad PRIMAM hodie annuntianda est *1. loco. Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 12.* & hodiernae Vesperae dicendae ibi sunt de Festo Rosarii, ut in fine Breviarii Rom: post Festa ad Libit: sub Ritu dupl: major: ac Col. Alb. cum Commemoratione Dominicae cras occurrentis.

## TITULUS XLIX.

### De Dominica I. Octobr. & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA I. OCTOBRI (quando fit de ea) dicitur ad Matut: Hymnus: *Primo die &c.*: ad Laudes vero: *Aeternae rerum &c.*, dicunturque ambo etiam in seqq: Dominicis, usque ad Adventum exclusivè. In I. Nocturno ponitur hodie *Initium Libri I. Machabeorum*, legiturque de eo usque ad Dominicam IV. Octobr: ut in Propr: de Temp. Quod si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noctur-

no Lectiones, tunc *Initium* dicti Libri I. Machabeor: ponitur proxima die (seu feriali, seu festivo &c) ejusmodi Festo non impedita. In II. Noct: hodiernae Dominicae dicuntur Lectiones, uti norantur hanc Dominica in Propr. de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicae post Pentecostem: quae hanc Dominica Mensis secundum Ordinem Dominicarum post Pentecostem occurrit, extantque in P. 2. Propr: de Temp.

*Responsoria* (quæ hæc Dominicâ primò ponuntur) sumuntur ex Dominicâ I. Octobr: ut ibi notantur, dicunturque omnia etiam in seqq: Dominicis usque ad Dominicam I. Nov. Quòd si hodie ob occurrens Festum Duplex primò poni non possint, poni debent prima tria Responsoria hodiernæ Dominicæ prima die, in qua occurrit hoc Mense fieri de Feria, aut de Dominicâ, omisiss alijs Responsorijis Ferialibus, quæ fortè in illa Feria propria habentur. Antiphonæ ad *Benedictus* & ad *Magnificat* unâ cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec: Cætera dicuntur, ut in Psalterio, ad normam Dominicæ III. post Pentec: & I. Augusti, Ritu semidupl: ut ibi. *Missa* de Dominica currentè post Pentec: uti notatur in Propr. de Temp: in Ordine Dominicarum post Pentec: cum *Glor: Cred: Oratione* 2. ac 3. &c, uti Dominica III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat Octava.

Ubi autem Dominicâ I. Octobr: quæ occurrit in Calendis Octobris, vel eas proximè sequitur, ex Indulto Sedis Apostolicæ celebratur Festum Rosarij (uti in omnibus Regnâ, & Dominij Hispaniarum Regi subjectis, nec non ex Decreto Gregorij XIII, id celebratur in ijs Ecclesijs, in quibus adest Altare, seu Capella Rosarij B.V.) Officium fit de eò Ritu duplici majore, dicendo omnia ut in Festo B.V. ad Nives cum Lectionibus II, Nocti, de Nativit: B,

M.V. mutato verbo *Natali* in *Solemnitate*, prout notantur in Appendice fine Brev: cum Commemoratio Dominicæ occurrentis in utriusq: Vesperis, Laudibus, ac *Missa*, non 9. de eadem Dominica Lectio in Officio, & ult: illius Evangelij *Missa* (extante in aliquibus *Missa* in Propr: SANCTOR: initio Mensis Octobris ante Festum S. Remigij, alijs verò in Supplemento) cum que *Glor: & Cred: Præf. de B. V. in Solemnitate &c* Col. Alb. Sic hodie vel cras cantentur *Solemnitate* de Festo Rosarij, tunc in ijs Officiatore, ejusque Ministris ad notationem Hymni: *Ave Maria la &c* observanda sunt ea, quæ in die 23. Jan: & 7. Septembr: annotantur. *Col. Alb.* Quòd si in Dominica I. Mensis Octobris, quæ incidit in Kalendas illius Mensis, vel eas proximè sequitur, occurrat Festum Rosarij, tunc Festum Rosarij juxta propr: Rubricam celebrabitur Dominica sequenti: Si verò aliud Festum Duplex, vel Semiduplex incidat dictam Dominicam I. Octobr: quæ in ijs in locis, seu Ecclesijs, in quibus Sede Apostolica concessum est celebrare Festum Rosarij, ejusmodi Festum Duplex vel Semiduplex non est impedimento, quò minus in ea habeatur quæar dictò modò celebrari, translati priore Festo Duplici (majore aut minore) vel Semiduplici occurrente in eadem aliam proximam non impediant.

Ad Missam in Festo Rosarij dicendam quod atinet, Gavantus Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 22. cavendum monet, ne in Ecclesijs, in quibus ex Decreto Gregor. XIII. celebratur Festum S. Rosarij, dicatur ea Missa, quæ nomine Rosarij circumfertur, utpote concessa tantum Ordini Prædicatorum à Sac. Rit. Congregatione die 25. Junij 1622. prohibita autem alijs eodem die, & rursus die 8. April. 1623. Ità ille; additque: Dicendam sub Judiciò Missam, ut in Festo S. Mariæ ad Nives: & ità observari ait in Æde Sacra Laurentana: sequiturque Gavanti opinionè Missale Roman. Antuerpiæ impressum in Append: ubi etiam habetur, quid observandum circa Missas Votivas Rosarij: ita etiam v. supranj in loco.

Idem Gavantus Tom. 2. Sect. 7. c. 12. proponit ac resolvit sequens Dubium: Contingit aliquando, imò non rarò, ut Dies Octava Titularis Ecclesiæ S. Michaëlis, vel Dies Octava Dedicacionis propriæ Ecclesiæ (v. g. Cathedralis Ecclesiæ Brixinensis, ab anno 1707. Dominicâ ante Festum S. Michaëlis celebrari solitæ) aut dies Octava S. Hieronymi, ubi is est Patronus loci, vel Ordinis, alteriusve similis S. Patroni incidat in Dominicam 1. Octobris, quâ à Clero ralis Ecclesiæ celebrari alioqui debet. Officiùm de Festo Rosarij: oritur ergo Dubium: an de Die ejusmodi Octava; an verò de Festo Rosarij dicendum sit Officiùm cum Missa? Ratio autem du-

bitandi est; quia sicut dies Octava alicujus Festi per Rubricas transferri non potest, ità neque Festum Rosarij videtur transferri debere; cùm Gregorius XIII. in sua Bulla edita 1. April. 1573. illud à die 7. Octobris (quæ illi alioquin in Romano Martyrologio assignatur) ideo in 1. Dominicam ejusdem Mensis ex professo transtulerit, ut Populus frequentior inesset Officiò, qui finis Die Feriali, in quem transferretur Festum Rosarij non satis obtineretur: cùm ergo tam Dies Octava, quàm Festum Rosarij, in tali occurrentia videantur habere Jus, ut celebrentur in Dominica 1. Octobris, & quidem integrò Officiò, sive, quin alterutrum illorum transferatur, meritò dubitatur, de quonam sic recitandum Officiùm: licet enim Dies ejusmodi Octava sint tantum Duplex minus, Festum autem Rosarij sic Duplex majus, adeoque de hoc videatur faciendum Officiùm, de illa autem tantum Commemoratio; obstante tamen videntur Leges Breviarj, quandoquidem in occurso Diei Octava, & Duplici majoris juxta Rubricas Tab. occurrentiæ Officiùm faciendum est de Die Octava, Translatio autem de Duplici majori: consequenter translato Festo Rosarij, faciendum erit de Die Octava. Consultus super hoc Dubio Gavantus respondit: recitandum esse Officiùm in dato casu de Rosario, cum Commemoratione Diei Octava, & Dominica 1. Octobris.

113

tum, quia cum neutrum transferri debet, *Festum Rosarij* est Duplex majus, *Octava* verò Duplex minus; tum, quia *Festum Rosarij* est *Festum Deiparæ*, & aliquò modò *Festum de Præcepto Universalis Ecclesiæ* ex Bulla Gregorij Papæ; *Dies Octava* autem est de Præcepto in particulari Ecclesia; tum denique, quia Sac. Rit. Congr: in honorem B. V. decrevit à Clero Rhegij (Urbis Ditionis Estensis) fieri de Festo B. V. in Die Octava S. Prosperi, Patroni Loci, licet potuisset, ac debuisset ex vi Rubricarum transferri *Festum Visitationis*: cum ergo *Rosarij Festum* nec sit omittendum à Clero Ecclesiæ, in qua adest *Altare seu Capella Rosarij* juxta Bullam Gregor. XIII. nec à Dominica dimovendum, erit ipsum dictò modò in ejusmodi Ecclesijs celebrandum, ità ferè discurrere Gavanto loc. prox: cit. Qui ibid: hæc subjungit: *Major est Difficultas, quando in 1. Dominica Octobr. occurrit Festum Patroni loci, seu Titularis Ecclesiæ, in qua simul adest Altare Rosarij: de quo enim tunc fiet Officium? de Festo, an de Rosario? Bononiæ anno 1637. recitatum est Officium de Festo S. Petronij, & in Dominicam 2. Octobris translatum est Officium, vel potius Festum Rosarij: nam Clerus eo die recitavit Officium de Octava, S. Petronij: at Sac. Rit. Congr: die 6. Febr. 1638. decrevit, in hoc casu nihil fieri de Festo Rosarij, neque transferri debere; cum non conveniat il-*

lud à Dominica transferri, ità ferè rursus Gavantus in editione recentiorum sui Operis. Verum hodie cessare videtur difficultas, quam ibi movere Gavantus, siquidem authentica sit Rubrica, quæ in modernis Breviarij Festo Rosarij præfixa legitur: nam ea disertè præcipit, ut, quando in Dominica I. Octobr. occurrit *Festum* 1. vel 2. Classis, tunc *Festum Rosarij*, ubi est specialiter concessum, transferatur in Dominicam sequentem.

Quando *Festum Rosarij* in 2. Vesperis concurrat cum Festo S. Angelorum Custodum, quod in Ecclesia Universalis sub Ritù duplici maiore 2. Octobr. celebratur, *Festum Rosarij* Utrasque Vesperas integrè habebit, utpote quod Gregorius XIII. ubique & perpetuò in ijs Ecclesijs, in quibus adest *Altare, vel Capella Rosarij*, celebrari voluit Officio Dupli-  
ma-  
jore. Vid. Arnaud. Tr. 2. P. 4. Tit. 3.

In *Missis Votivis Rosarij* (ut monet Rubrica: *Missæ illi subscriptæ*) dicenda est *Missæ de Tempore* occurrente, cum Orationibus *Missæ Rosarij* (ubi ea est permessa) intertatò Verbò *Solemnitatem* in Commemorationem, & SOLEMNIA in MEMORIAM: ac in Præfatione dicendo: *Et Te in Veneratione &c.*

FERIA II. & Segg. infra Hebdomadam I. Octobr. dic. in Officio. Lectiones de Scriptura occurrente uti infra Hebdomadam currentem norantur.

nisi in aliqua illarum ponendum sit  
*Initium Libri I. Machabeor.* ed quod in  
 Dominica ob occurrens Festum Du-  
 plex, proprias in I. Noct: habens Le-  
 ctiones, adhuc poni non potuerit.  
 Ad Responsoria ferialia quod attinet,  
 nisi primò ponenda sint Responso-  
 ria tria prima Dominicæ præced-  
 nondum posita, FERIÀ II. dicuntur in  
 Officio feriali ut ibi notantur, repe-  
 tunturque etiam in alijs *Ferijs secun-*  
*dis* usque ad Dominicam I. Novembr:  
 FERIÀ III. pariter habentur propria,  
 dicunturque etiam in alijs *Ferijs ter-*  
*tijis* usque ad Mensẽ Nov. FERIÀ autem  
 IV. & SABBATÒ (si in hoc fiat Of-  
 ficiũ feriale) post Lectionem I. di-  
 citur Responsorium septimum Do-  
 minicæ præced: *Resulsit Sol &c.* post  
 II. verò & III. Lectionem dic: Re-  
 sponsoium secundum, & tertium  
 FERIÆ II. præcedentis. FERIÀ V. su-  
 muntur Responsoia ex I. Nocturno  
 Dominicæ præced: h. e. primæ Octo-  
 bris: FERIÀ autem VI. ex II. Noct:  
 ejusdem Dominicæ præced. Atque  
 hõc modò dicuntur Responsoia et-  
 iam in Ferijs sequentium Hebdoma-  
 darum; Reliqua verò omnia dicun-  
 tur, ac sunt uti in Ferijs infra He-  
 bdomadam III. post Pentec: resumen-  
 do *Orationem*, & *Missam* Dominicæ  
 proximè præced: aliæque observan-  
 do, ut ibi, nominatim ea, quæ præ-

scribunt Rubricæ Breviar: & Missal.  
 de recitando Officio Defunctor: & ce-  
 lebranda Missa principali pro iisdem  
 prima die Mensis non impedita Feste  
 9. Lectionum; nec non de celebran-  
 dis 2. Missis Conventualibus in Ec-  
 clesijs Cathedralibus, & Collegiat:  
 si ea die fuerit Festum Simplex, aut  
 Feria propriam habens Missam, vel  
 resumenda sit Missa Dominicæ præ-  
 cedentis, quæ fuit impedita; ac de-  
 nique de dicenda Missa principali  
 pro Defunctis (ut ibi) *Oratione autẽ*  
*Fidelium* in Missis privatis FERIÀ II.  
 cujuscunque Hebdomadæ. *Col. Vir.*

SABBATÒ ante Dominicam II.  
 Octobr: Antiph: ad *Magnificat* pro seq:  
 Dominica est: *Resulsit Sol. &c.* *Col.*  
*Virid:* si cras fiat de ea, & non cur-  
 rat Octava.

Juxta ea, quæ habentur in *Supple-*  
*mento* recentiorum quorundam *Miss-*  
*salium*, Dominicà III. Octobris cele-  
 brant nonnullæ Ecclesiæ Festum sua-  
 rum RELIQUIARUM dicendo Missam  
 ibi extantem: an etiam, & quale  
 OFFICIUM de illis dicant, hætenus  
 reperire non potui: siue autem tan-  
 tum *Missam*, siue etiam *Officiũ* de ijs  
 dicant, de licentia ac Indulto Sedis  
 Apostolicæ id omne facere debent,  
 juxta dicenda inferiùs *P. III. Tit. 2.* &  
 per ipsiusmet Sac: Rit: Congr: De-  
 creta.





TITVLVS L.

De Dominica II. & III. Octobr: ac Ferijs eadem Subsequentibus.

**D**ominicâ II. ac III. Octobris ( si fiat de ea ) Lectiones I. Noct: dicuntur de Script: occur: II. verò uti notantur in loco, in Propr: de Temp. P. 1. In III. Nocturno dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: Dominicâ II. & III. currentis Mensis occurrit, exstantque P. 2. in Propr: de Temp: unâ cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac propria *Oratione* ut ibi. Reliqua omnia ( etiam Responsorialia ) dicuntur uti Dominicâ I. Octobr.

*Missæ* de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr: de Temp: cum *Glor: Cred: Oratione* 2. & 3. &c, uti Dominica III. post Pentec. *Col: Vir: nisi currat Octava*, ibi

Dominicâ III. Octobr: juxta Titulo præced: ad fin: dicta, nonnullæ Ecclesiæ celebrant Festum Sacrarum suarum Reliquiarum, legitimè approbatarum, attamen non nisi de Licentia Sedis Apostolicæ. ut ibi.

Infra Hebdomadem III. & III. Octobr. Lectiones dicuntur de Scriptura occurrente. Reliqua omnia ( etiam Responsorialia ) dicuntur ac in feriali Officio circa Officiam ac *Missam* eò proportionaliter modo quò infra Hebd: I. Octobr. proxime præcedentem. *Col: Virid.*

SABBATO ante Dominicam III. Octobr: Antiphona ad *Magnificat* sequenti Dominica est: *Lugebat* &c. ante Dominicam IV. autem *Exaudiât Dominus* &c. *Col: Vir: si fiat de ea*, & non currat Octava.

TITVLVS LI.

De Dominica IV. Octobr: ac Ferijs eadem Subsequentibus.

**D**ominicâ IV. OCTOBRIS. ( si fiat de ea ) ponitur in I. Noct: *Initium Libri II. Machabæorum*, ut hic in Prop: de Temp: legiturque

de eo etiam seqq: diebus, usque ad Dominicam I. Novembr: ut infra. Quod si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lo

gio.

ctiones, tunc *Initium* dicti Libri ponendum est proxima die (seu feriali, seu festivo) ejusmodi Festo non impedita, ut alibi Auctoritate Directorii Romani probarum est. In II. Noct: dic: Lectiones, uti notantur hac Dominica in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominicae post Pentec: quae secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: Dominica IV. currentis Mensis occurrit, existantque P. 2. in Propr: de Temp: una cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac propr: *Oratione*, ut ibi. Reliqua omnia (etiam Responsorio) dicuntur uti Dominica I. Octobr.

*Missae* de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr: de Temp: cum *Glor: Cred: Oratione* 2. fac: &c, uti Dominica III. post Pentec. *Col: Vir: nisi eurrat Octava.*

Infra Heptadadem IV. Octobris (nisi ea sit ultima hujus Mensis) Lectiones quavis Feria in feriali Officio dicuntur de Scriptura occurrente: Reliqua autem omnia (etiam Responsorio) eo proportionaliter modo dicuntur ac fiunt circa *Officium* & *Missam*, quod infra Hebd: I. Octobris, ut ibi declaratum. *Col: Vir.*

Si vero hac Heptadadem fuerit ultima Octobris, tunc Feria II. III. ac IV. Lectiones in Officio, quando propriae non assignantur, adhuc quidem dicuntur de Scriptura occurrente, ac etiam reliqua: fiunt eo propor-

tionaliter modo, quo infra Hebd: I. Octobr: at vero Feria V. VI. & SAB- BATO subsequente in gratiam Martyrij 7. Ss. Fratrum Machabæorum legitur Historia illorum Martyrij, prout ea describitur Dominica V. Octobris, ac duabus Ferijs illam immediate subsequentibus: adeoque tunc Feria V. hujus Heptadadem leguntur Lectiones Dominicae V. Oct: Feria autem VI. hujus Heptadadem dicuntur Lectiones Feriae II. Heptadadem V. subsequentis: ac denique Sabbato hujus Heptadadem recitantur Lectiones Feriae III. ejusdem Heptadadem V. quae, ut dixi, tunc omittitur. Quod si Feria V. hujus Heptadadem sit impedita Officio habente proprias in I. Nocturno Lectiones, aut nullas habente de Scriptura, adeoque in ea dictum Initium Martyrij Machabæorum poni non possit, tunc ponendum est Feria VI. subsequente, aut tandem, si etiam haec sit impedita, Sabbato subsequente: Quod si autem omnes tres praedictae Feriae sive dies sunt impeditae, & haec sit ultima Heptadadem Octobris, eo anno omittendae sunt Lectiones de Historia Martyrij Machabæorum, uti Feria V. hujus Heptadadem in Propr: de Temp: specialis monet Rubrica. Quod si unam tantum aut alteram trium praedictarum dierum legi de eo Martyrio potest, tunc ea Lectiones, quae unam aut alteram die impedita de eo Martyrio se-

eundem Ordinem Historiæ legi non potuerunt, pariter sunt omittendæ, nisi quis velit omnes novem simul ad modum triplicis Lectionis distributas in tali casu legere; id quod cujusvis privatim Orantis Arbitrio (ut notat Gavantus) permittitur: at verò in Choro nunquam ultra 3. Lectiones (ne scilicet gravetur Clerus) in qualibet Feriâ esse legendas sancitum fuisse in Recognit. Breviarj sub Clemente VIII. testatur idem Gav. Responsoria autem, quæcunque trium prædictarum feriarum legatur de dicto Machabæorum Martyrio, semper dicuntur de Feria currente hac Hebdomade, non autem de ea Feria

aut die, ex qua sumuntur Lectiones nisi fortè utraque (ut contingere potest) aliquando coincident. Cætera autem omnia dicuntur ac fiunt circa Officium ac Missam, eò modo quò dicuntur, ac fiunt, quando Hebdomas IV. Octobris non est Hebdomas ultima hujus Mensis: Col. 10.

SABBATÒ ante Dominicam V. Octobris (nisi isthæc cum sua Hebdomada sit omittenda, eò quòd proximior Calendis Novembris) Antiphona ad Magnificat pro Dominica sequenti est: *Tua est potentia &c. Virid.* Si cras fiat de ea, & non curat Octava.

## TITULUS LII.

### De Dominica V. Octobris, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICÀ V. Octobris (nisi ea cum sua Hebdomada sit omittenda, eò quòd sit proximior Calendis Novembris, adeoque in ea ponendum sit Officium Dominicæ I. Novembr.) in I. Nocturno dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente, sive *Initium Historiæ Martyrij 7. Ss. Fratrum Machabæorum*; quòd si ob Festum Duplex proprias habens in I. Nocturno Lectiones hodie poni non possit, ponendum est proximo die ejusmodi Festi, aut aliquâ Vigiliâ non impedi-

tò. In II. Noct: Lectiones uti notantur Dominicæ V. Octobr: in Proprio de Temp: In III. dicuntur de Historiâ illius Dominicæ post Pentec: quæcundem Ordinem Dominicarum post Pentec: hòc annò in hac Dominica Mensis occurrit, exstantque Propriæ de Temp: unâ cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, propriæ *Oratione*, ut ibi. Reliqua omnia (etiam Responsoria) dicuntur uti Dominica I. Octobr.

MISSA de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Proprio de Temp:

Temp: cum *Glor: Cred: Oratione* 2.  
ac 3. uti Dominica III. post. Pentec.  
*Col. Vir: nisi currat Octava.*

Feriâ II. infra Hebd: V. Octo-  
bris leguntur Lectiones de Scriptura  
hac die occurrente; dummodo heri  
cœptum sit legi de Historia Marty-  
rij Machabæorum, sive de Scriptura  
in hesternâ Dominica occurrente:  
si enim heri ob Festum Duplex, pro-  
prias in I. Noct: habens Lectiones,  
non fuit lectum de Scriptura occur-  
rente, tunc hodierna Feriâ II. po-  
nuntur Lectiones hesternæ Domini-  
cæ: Feriâ autem III. subsequente po-  
nuntur Lectiones Feriæ II. ac deni-  
que Feriâ IV. Lectiones Feriæ III.  
juxta Ordinem Historiæ & Martyrij  
Machabæorum. Quod si Lectiones  
præcedentis Dominicæ V. Octobr:  
nec in ipsa Dominica, nec etiam Fe-  
ria II. subsequente poni potuerunt  
(ob occurrens Festum proprias ha-  
bens in I. Noct: Lectiones, aut ob  
occurrentem Vigiliam) tunc Lectio-  
nes I. Nocturni Dominicalis ponun-  
tur Feriâ III. Lectiones autem Feriæ  
II. & III. hujus Hebdomadæ ponun-  
tur Feriâ III. & IV. subsequente ju-  
xta Ordinem Historiæ & Martyrij  
Machabæorum. Quod si denique  
nec Dominica præcedente, nec Fe-  
ria II. & III. subsequente Lectiones  
tribus dictis diebus assignatæ legi po-  
tuerunt, tunc Lectiones trium præ-  
cedentium Dierum, in quibus legi  
non potuerunt, legentur in alijs se-

quentibus Ferijs post Feriam tertiam  
nempe Feriâ IV. V. & VI. vel Sab-  
batô juxta dictum Ordinem Histo-  
riæ & Martyrij prædictorum Ma-  
chabæorum, ita, ut saltem Lectio-  
nes de eo Martyrio inchoentur, si  
fortè omnes, ob unam vel alteram  
ex his quoque Ferijs impeditam, de  
eo legi non possunt infra Hebdoma-  
dem, intra quam legi alioqui debe-  
rent: nulla enim (ut notat, & ex  
Rubrica suprâ cit: probat Gayantus)  
est obligatio legendi totam Histo-  
riam de Martyrio 7. Machabæorum,  
sed sufficit, si aliter fieri nequit, Le-  
ctiones de eodem saltem inchoasse:  
nunquam verò ultra tres Lectiones  
in qualibet Feriâ (saltem in Choro)  
legi debent, ut suprâ ex eod: Gav:  
monui. Quocunque autem die, aut  
Feriâ secundum Ordinem Historiæ  
aliquid de dicto Machabæorum Mar-  
tyrio ex S. Scriptura legatur, Re-  
sponsoria tamen in seriali Officio  
semper fumentur ex Feria currente,  
non autem ex Feria præcedente (ni-  
si eadem pro utraque Feria in Pro-  
prio de Temp: assignentur) quando  
Lectiones de Martyrio Machabæo-  
rum ex Feria aut die aliqua præce-  
dente, in qua legi non potuerunt,  
pro Officio currentis Feriæ sunt de-  
sumendæ. Dicuntur autem Re-  
sponsoria in Ferijs infra hanc He-  
bdomadem occurrentibus profus ead-  
em, ac eodem modo, quæ, & quò  
modò dicta sunt in Ferijs Hebdoma-  
dæ

dæ I. Octobris. In reliquis Ferijs, in quibus nihil superest legendum de Martyrio Ss. Machabæorum, dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente, & Responsorialia de Feria currente eadem, ac eodem modò, quæ, & quò modò in Ferijs Hebdomadæ I. Octobr. Ad cuius Hebdomadæ Normam reliqua quo-

que omnia dicuntur ac fiunt quoad Officium & Missam infra hanc quoque Hebdomadam ult: Octobr. Col. V. r.

SABBATÒ ante Dominicam I. Novembris Antiph: ad *Magnificat* sequenti Dominica est: *Vidi Dominum &c.* Col: Vir: si cras fiat de e, & non currat aliqua Octava.

## TITULUS LIII.

### De Dominica I. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICÀ I. Novembris (quando fit de ea) ponitur in I. Nocturno *Officij* Dominicalis *Initium Libri Ezechielis Proph:* prout notatur in Proprio de Temp: legiturque de eo Libro per 2. primas Hebdomadas, nisi Adventus præpropere occupet Novembrem, ita, ut iste habeat tantum quatuor Hebdomades; tunc enim Dominica II. Novembr: cum sua Hebdomada & Lectionibus de Ezechiele eidem assignatis omititur. Quòd si hodie occurrat *Festum Duplex* proprias in I. Noct. habens Lectiones (v. g. omnium Sanctorum) tunc *Initium* dicti *Libri I. Ezechielis* ponitur proxima die (seu feriali, seu festivali &c.) ejusmodi Festò, aut Officiò non impedita. In II. Noct: hod: Dominicæ dicuntur Lectiones, uti norantur hâc Domini-

câ in Propr: de Temp. In III. Noctem Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicæ Mensis secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrunt extantque P. 2. Propr: de Temp. *Responsorialia* (quæ hâc Dominicæ ponuntur) sumuntur in Officio Dominicali ex Dominica I. Novembris, ut ibi notantur; dicunturque omnia etiam in seqq: Dominicis usque ad Adventum. Quòd si hodie ob occurrens Festum Duplex primo ponere non possint, tunc poni debent tunc prima Responsorialia hodiernæ Dominicæ prima die, in qua occurrat hoc mense fieri de Feria, aut de Dominica, omissis alijs Responsorialibus, quæ forte in illa Feria propria habentur, & minime in aliam Feriam translatis. Antiphonæ ad *Vesperas*

medictus, & ad Magnificat unâ cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Ritu semid: dic: ut ibi. Missa de Dominica, quæ suô Numero ac Ordine occurrit hóc annò in hac die Mensis post Pentec: cum Glor: Cred: Oratione 2. ac 3. &c, uti Dominica III. post Pentec. Col: Vir: nisi currat Octava.

Si Dominica I. Novembr: incidat in diem 2. Novembr: tunc Sabbato præcedente in 2. Vesperis Festi omnium Sanctorum fit Commemoratio de crastina I. Dominica Novembris per Antiphonam: *Vidi Dominum*, & Vers: de Plalter: *Vesperina Oratio &c* ac Orationem ut supra. Col: Alb. Die autem 2. Novembris Officium modò paulò antè dictò ac Ritu semid: fit de Dominica I. Novembr: cum Commemorazione Octava omnium Sanctorum in Laudibus, Missa, ac etiam in 2. Vesperis (nisi per Rubricas, ob occurrens v. g. cras Festum de Præcepto 1. aut 2. Classis alicubi quid aliud obster) adhibito tamen Colore Albo tam in Officio, quam in Missa Dominicali (in qua tamen tertia Oratio non dicitur, nisi alicubi simul occurrat Festum Simplex) propter Octavam omn: Sanctorum. COMMEMORATIO autem seu OFFICIUM DEFUNCTORUM ex Decr: Urbani VI. transfertur eò annò in sequentem Feriam II. ita, ut post Vesperas II. Dominicæ dicantur *Vespera Defunctorum*: *Matutinum* vero

post Laudes Feriæ II. quæ erit tertia dies infra Octav: omn: Sanctor: nisi FERIA II. sit iterum alicubi impedita Festò aliquò de Præcepto (hoc est, etiam in foro celebri) juxta phrasin Curia Rom: tunc enim in diem 4. Novembris, esto sit impedita Festò 9. Lctionum, transfertur Officium Defunctorum una cum Missis Defunctorum, cantatâ tamen tunc simul alterâ Missâ de Festò, una cum Officio de die illo Festò. Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 13. n. 3. Vide insuper dicenda P. II. die 2. Nov: &c.

FERIÂ II. & seqq: infra Hebd: I. Novembr: dicuntur in Officio Lctiones de Scriptura occurrente, uti infra Hebdomadem currentem notantur, nisi in aliqua illarum ponendum sit Initium Libri Ezechielis, eò quòd in Dominica, ob occurrens Festum Duplex proprias in I. Noct: habens Lctiones, id poni non poterit. Ad *Responsoria ferialia* quod attinet, si *Responsoria Nocturni I. Dominicalis*, ob occurrens in I. Dominica Mensis Festum Duplex, primò posita nondum sunt, ponenda sunt prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de FERIA, omisiss alijs, quæ fortè in illa FERIA propria habentur: si verò in tota Hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de FERIA, tunc *Responsoria illa Dominicalia I. Nocturni* ponenda sunt in sequentis Hebdomadæ Dominicæ, vel FERIÆ similiter non impeditæ;  
K k 3 Si

Si autem infra hanc, aut aliam hujus Mensis Hebdomadem, non sint primo ponenda in aliqua Feriarum Responsoria tria prima Dominicæ præcedentis, tunc in Ferijs infra hanc & sequentes Hebdomades usque ad Adventum occurrentibus dicuntur Responsoria Feriaria hoc Ordine: Feriâ II. dicuntur uti notantur post Lectiones Feriæ II. Hebdomadæ I. Nov: in Prop: de Temp. Feriâ III. pariter dicuntur, uti notantur ibid: post Lectiones Feriæ III. Feriâ IV. Responsorium I. est proprium: post II. verò & III. Lectionem dicitur Responsorium II. & III. Feriæ II. præcedentis. Feriâ V. sumuntur omnia tria Responsoria ex I. Noct: Dominicæ præcedentis. Feriâ VI. autem ex II. Nocturn: ejusdem Dominicæ. SABBATÒ [ si in eo dicatur Officium feriale ] Responsorium I. (*Laudabilis populus*) sumitur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis, estque Septimum illius Dominicæ: post II. & III. verò Lectionem dicitur Responsorium II. & III. Feriæ II. præcedentis. Reliqua verò omnia dicuntur, ac sunt proportionaliter infra hanc, ac seqq: Hebdomadas, uti in Ferijs infra Hebdomadam III. post Pentec: resumendo Oracionem, ac Missam Dominicæ proximè præcedentis, aliâque observando, ut ibi. *Col. Vir.*

Die aliqua Dominicâ Novembris, ab Ordinario Loci eligendâ, celebratur alicubi [ uti in omni-

bus Hispaniæ Regnis &c ] ex Sede Apostolicâ Indulto Festum Patrocinii B. M. V. dicendo Officium sub Rit duplici, uti notatur in calce quorundam Breviariorum recentium, assignantium Oracionem propriam, Lectiones autem pro I. & III. Noct: in Festo Rosarij, aut de B. V. de Mercede: pro II. autem Nocturno de Sermone S. Joan. Chryostomi die V. infra Octav: Nativ: B. Mariæ 12. Septembr: *DEI Filius &c*, cum Commemoratione Dominicæ occurrentis & nona de eadem Lectione in Officio ac ult: Evangel: in *Missâ*, quæ dicitur uti in Missis Vorivis B. M. V. à Pentec: usq; ad Advent: cum *Glor: & Cred: Praefat: de B. V. Et te in Festivitate &c. Col. Alb. Vid. in super dicenda P. II. initio Nov.*

SABBATÒ ante Dominicam II. Novembris [ nisi ea cum sua Hebdomadè ob advenientem citius Adventum sit omittenda ] Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominica est: *Aspice Domine &c*. Si autem Dominica II. Novembris cum sua Hebdomadè omittatur [ quod non fit, quando November ob advenientem citius Adventum non habet quinque, sed tantum quatuor Dominicas ] tunc Sabbatò post Dominicam I. Novembris Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominica dicitur ut infra in Sabbato ante Dominicam III. Novembris, nempe: *Martino. Col. Vir. si cras fiat Offic: de Dominica, nec currat aliqua Octava.*

# TITULUS LIV.

## De Dominica II. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**S**I NOVEMBER ob ingruentem citius Adventum habet tantum quatuor Dominicas, tunc DOMINICA II. Novembris cum sua Hebdomade anno illò omittitur, & loco ejus ponitur DOMINICA III. Novembris cum suo Officio ac Hebdomade, ut infra. Si autem Novem-ber habet V. Dominicas, tunc in Of-ficio DOMINICÆ II. Novembr: in I. & II. Noct: leguntur Lectiones, ut ibi notantur in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: il-lius Dominicæ post Pentec: quæ suo numero ac Ordine hòc anno occur-rit in hac Dominica Mensis: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Bene-dictum*, & ad *Magnificas*, unà cum pro-

pria Dominicæ illi *Oratione*, ut no-tantur P. 2. Propr: de Temp. Re-sponsorialia, ac cætera omnia tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam* dicuntur ac fiunt, uti Dominica præced: *Col. Vir: nisi currat aliqua Octava.*

Infra Hebd: II. Novembr: di-cuntur Lectiones de Scriptura occur-rente. Responsorialia verò ferialia, ac cætera omnia dicuntur & fiunt, uti infra Hebdomadam I. Novembr: *Col. Vir.*

SABBATÒ ante Dominicam III. Novembr: Antiphona ad *Magnificas* pro seq: Dominica est: *Muro tuo &c.* *Col: Vir: si cras fiat de ea, nec cur-rat aliqua Octava.*

# TITULUS LV.

## De Dominica III. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA III. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: OFFICII, *Officij Initium Libri Danielis*, legiturque de eo usque ad seq: Dominicam. Quod si hodie occur-rat Festum duplex proprias ni I.

Noct: habens Lectiones, tunc In-i-tium dicti Libri Danielis ponitur proxima die (seu feriali, seu festiva-li) ejusmodi Festò, aut Officiò non impedità. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, prout

RS.



notantur hâc Dominica in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominica post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundum Ordinem Dominicatum post Pentec: hâc auno occurrit: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*; & ad *Magnificat*; unâ cum propria Dominicâ illi *Oratione*; uti notantur in Propr: de Temp: P. 2. *Responsoria*; ac cætera omnia, tam quoad *Officium*; quàm quoad *Missam*; dicuntur ac fiunt; uti Dominicâ I. Novembr: & III. post Pentec. Col: Vir: nisi currat aliqua Octava. Intra Hebdom: III. Nov: dicuntur Lektionen de Scriptura occur. Iponforia verò Ferialia; ac cætera omnia dicuntur; ac fiunt; uti in Hebdom: I. Novembr: Col: Vir: SABBATÒ ante Dominicam II. Nov: Antiphonâ ad *Magnificat* posteq: Dominicâ est: *Qui Cælorum* Col: Vir: si cras fiat de ea; nec currat aliqua Octava.

**TITULUS LVI.**

**De Dominica IV. Novembris, ac Ferijs eam Subsequentibus.**

**D**ominicâ IV. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: Initium *Libri Osee* (Primi inter Prophetas minores) & de eodem etiam legitur FERIA II. nisi in ea occurrat Festum proprias habens Lektionen, aut anticipatò ponendum in ea sit *Initium* alicujus alterius ex 12. Minoribus Prophetis (itâ dictis comparatione 4. Majorum, nempe *Isaiæ*, *Jeremiæ*, *Ezechielis* & *Danielis*, vel quia hi prolixiora scripsere Volumina, illi autem Sermones tantum breves, ut apud Gav: cenfer S. Augustinus; vel quia Priorum Libri omnes unice comprehenduntur apud Hebræos Libro, Posteriores verò singulos edidère Libros, ut apud eund: Tom. 2. Sect. 8. c. 21. n. 10. opinatur Bellarminus) de quo paulò post Quòd si hodie occurrat Festum proprias in I. Noct: habens Lektionen, tunc *Initium* dicti *Libri Osee* Prophetæ ponitur sequenti FERIA II. si ve in ea fiat de FERIA, sive de Festo nisi & ipsa simili Festo sit impedita; tunc enim *Initium Osee* ponitur proximâ FERIâ simili Festo aut Officò non impeditâ, legendo in illa litem I. Lektionem de Libro *Osee*, si forte in eadem ponendum sit *Initium* unius vel alterius ex alio minoribus Prophetis, juxta Rubricam mox allegandam. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dic: Lektionen prout notantur hâc Dominicâ in Propr:

Proprii de Temp: In III. autem Noct: dicuntur de Hemil: illius Dominicae post Pentec: quae hac Dominica Mensis secundum Ordinem Dominicarum post Pentec: hoc anno occurrunt: ex qua etiam sumuntur Antiphonae ad *Benedictus*, & ad *Magnificam*, una cum *oratione* Dominicae eidem propria, uti norantur in Proprii de Temp: P. 2. *Responsoria*, ac caetera omnia, tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam* dicuntur, ac fiunt, uti Dominica I. Novembr: & III. post Pentec. Col: *Vir: nisi curtat aliqua Octava.*

Infra Hebdomadam IV. Nov: omnia tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam* dicuntur, ac fiunt ad Normam praecedentium Feriarum hujus Mensis, exceptis Lectionibus, quae dicuntur de Scriptura in quavis infra Hebd: Feria occurrente, nisi in ea ponendum sit *Initium* alicujus vel plurium *minorum Prophetarum*: pro quo observandum, hac & seq: Hebdomada in *Officio* suam cuivis diei ex 12. Prophetis minoribus assignari à Breviar: Rom: Lectionem: cum verò ob occurrentia quaedam Festa, proprias in I. Nocturno habentia Lectiones, aliquando aut alicubi contingat, ut singulorum horum Prophetarum *Initia* die suo proprio poni non possint, ex altera autem Parte juxta Rubr: Gen. 26. n. 7. declarationem à Gav: Tom. 2. Sect. 5. c. 12. n. 12. & Sect. 6. c. 21. n. 12. quando

*Initium* alicujus *Prophetiae minoris* (idem est de *Initijs* aliorum Sacrorum *Liberorum*) die suo proprio poni non potest, illud quoad commodè fieri poterit, ponendum sit in sequenti Feria, alio simili *Initio* Scripturae ponendo, aut Festo proprias habente Lectiones non impedita, alioquin in praecedenti Feria similiter non impedita, ita, ut aliquò modo ponatur, etiamsi plura *Initia* eodem die propterea poni oporteat, ut sic omnibus ponendis locus detur, ideo si *Initium Libri*, seu *Prophetiae Osee*, ob heri occurrens Festum proprias habens in I. Noct: Lectiones hesternae Dominicae legi non potuit (uti contigit anno 1703. 18. Nov: quò Festum Dedicat: Basil. Ss. Ap. Petri & Pauli proprias in I. Noct: habens Lect: incidit in Dominicam IV. Nov.) tunc Feria II. hujus Hebd: *Initium* illud Osee Proph: est ponendum (uti positum fuit praedictò annò in Festo S. Elifab. Reg. Hung. Vid. 19. Nov.) omittis Lectionibus, Feria illa II. de eodem Proph: Osee alioqui recitandis, si ejus *Initium* die suo proprio, nempe hesterno, poni potuisset, vel certe (extra Chorum) junctis seu recitatis cum praecedentibus, uti habetur Rubr: Gen: XXVI. n. 6. & 7.

FERIA III. hujus Hebd. non impedita Festo proprias in I. Noct: habente Lectiones ponendum est *Initium Joëlis* Prophetæ, alioqui Feria subsequente simili *Officio* non im-

L I

pedi-

pedirã, etiam si plura forsan, ut antè dictum, in ea ponenda sint Initia minorum Prophetarum. Itã, cum anno 1704. Feriã III. Initium Joëlis poni non posset, ob dictum Festum Dedicat: positum id fuit Feriã IV. sequente.

FERIã IV. hujus Hebd: continuatur Lectio de Prophetia Joëlis Prophetæ, nisi ponendum sit Initium vel antecedentis vel subsequents Prophetiæ, ob diem ei proprium impeditur juxta paulò antè declarata.

FERIã V. hujus Hebd: ponitur Initium Prophetiæ Amos. FERIA VI. Initium Prophetiæ Abdiæ. Sabbatò Initium Prophetiæ Jonæ: quorum unum, aut plura, si die suo proprio poni non possint, ponuntur die sequenti, aut hoc itã impeditò, ut nec in eo poni ullatenus possint; tunc die aliquo antecedenti, ut obiter paulò antè, ac pluribus suprã est declaratum. Hinc cum annò 1703. In Feriam IV. hujus Hebd: incidisset Festum Præsentationis B. V. In Feriam V. Festum S. Cæciliæ. In Feriam VI. Festum S. Clementis Pap. ac Mart. (omnia tria proprias in I. Noct: habentia Lectiones) ideo Feriã III. præcedente in Festo S. Felicis de Valois prima tantùm & secunda Lectio erat in I. Nocturno de Scriptura occurrente (nempe de Initio Joëlis Prophetæ) tertia autem dicebatur de Initio Amos, ex FERIA V. sequente eam anticipando ad Feriam III. cur-

rentem; quia nempe ei Feriã VI. aut Sabbato sequenti ponenda relinquebatur locus. (eò quòd Feriã VI. occurreret Festum S. Clementis proprias habens Lectiones in I. Noct: Sabbatò autem ponendum esset Initium Abdiæ, & Jonæ.) nec etiam poni poterat Feriã IV. immediatè præcedente; quòd hæc pariter impedita fuerat Festò Præsentationis B. V. proprias in I. Noct: habente Lectiones. Sabbatò autem (quo fiebat Officium de S. Maria in Sabbato) Lectio prima erat de Initio Abdiæ ex FERIA V. præcedente: Lectio verò secunda de Initio Jonæ ex Sabbato currente. Tertia denique de B. V. ex Menſe currente, utpote quam requirebat Officium de S. Maria in Sabbato, in post Horas Officij de S. Maria in Sabbato. Annò verò sequente 1704. quò Dedicatio Basilicæ Ss. Ap. Petri & Pauli (proprias in I. Noct: habente Lectiones) cadebat in Fer. III. post Dominicam IV. Novembris, adeoque Initium Joëlis Proph: die suo [nempe Feriã illã tertiã] poni non poterat, Feriã IV. subsequente, in qua cadebat tunc Festum S. Elisabethæ. Vid. in I. Nocturno legebantur de Initio Prophetiæ Joëlis omnes 3. Lectiones. Feriã autem V. in Festo S. Felicis de Valois, Lectio prima in I. Noct: erat de Initio Amos, ex FERIA V. currente: Lectio verò secunda fuit de Initio Abdiæ ex Fer. 6. sequente; Lectio denique Tertia erat de

Initio  
quia  
subse  
Initia  
curre  
habe  
occur  
V. S.  
lie:  
Jonæ  
cedo  
niur  
Dec  
prop  
nes  
Heb  
nor  
mod  
prim  
Feri  
Rom  
fuisse  
quò  
prim  
Gav  
ait  
leg  
tar  
die  
fina  
pro  
por  
ut r  
ma  
sub  
ne

*Initio Jone Proph.* ex Sabb: sequente: quia nempe nec *Feria VI.* nec *Sabbato* subsequente poni poterant duo illa *Initia* (*Abdie* scilicet ac *Jone*) ob concurrentia 2. Festa proprias in I. Noct: habentia Lectiones; nam *Feria VI.* occurrebat Festum *Præsentationis B. V. Sabbatò* autem Festum *S. Cœciliæ*: Unde tam *Initium Abdie*, quam *Jone* poni debuerunt *Feria V.* præcedente. Quæ omnia etiam eveniunt hõc annò currente 1710. quò *Dedicatio Basilicæ Ss. Petri & Pauli* proprias in I. Noct: habens Lectiones pariter cadit in *Feriam III.* hujus *Hebdomadæ*. Atque ex hõrum annorum Exemplis patet primò, quomodo etiam alijs annis ponenda primò sint *Initia minorum Prophetarum*, *Ferijs* istius *Hebdomadæ* in *Brev: Rom:* assignatæ. Patet 2. accuratè fuisse observatum triplex *Monitum*, quòd circa *Initia* *Prophetar: minor: primò ponenda* juxta alibi dicta tradit *Gav: Tom. 2. Sect. 5. c. 12. n. 12.* ubi ait: Tamen juxta *Rubr: suprà* allegatam plura quandoque *Prophetarum minor: Initia* uno eodèmq: die (seu sequenti, seu præcedenti) sint simul legenda; eò quòd die suo proprio legi vel non possint, vel non potuerint, cavendum tamen esse 1. ut non extra propriam suam *Hebdomadam* legantur. 2. Nè duo *Initia* sub una conclusione: *Tu autem Domine miserere nostri* legantur. 3. Ne ea, quæ die suo legi non possunt, legantur in præcedenti *Feria*, seu anticipatò tunc, quando in sequenti *Feria* legendis est locus.

LI 2 T F

TITULUS LVII.

De Dominica V. Novembris, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA V. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct. *Initium Michae Prophetae.* Quod si hodie occurrat Festum Duplex proprias in I. Noct. habens Lectiones, tunc Initium illius Prophetiae ponitur die proxima similiter non impedita, etiam si plura alia Minorum Prophetarum Inicia (ut praecedente Hebdomada fuit dictum, ac declaratum) simul primo ponenda in ea occurrant. Sic cum anno 1700. *Initium Michae* Dominica V. Nov. ob occurrens in ea Festum Praesentationis B. V. proprias in I. Noct. habens Lectiones poni non posset, nec etiam Feria II. ac III. eo quod in prioribus occurreret Festum S. Caeiliae, in posteriore autem Festum (translatum) S. Clementis Papae: ac utrumque in I. Noct. proprias haberet Lectiones, ideo anno illo dictum *Initium Prophetiae Michae* (alioqui Dominica V. Nov. ponendum) primum poni potuit sequente Feria IV. inquam quia incidebat tunc Festum Simplex S. Chrysoconi Martyr: ideo de eo *Initium Michae* tantum legi potuit prima Lectio; nam reliquae duae Lectiones erant de S. Chrysocono Mart. In II. Noct. hodiernae Domi-

nicae dic. Lectiones prout notantur hac Dominica in Propr. de Temp. In III. vero dicuntur de Homiliis Dominicae post Pentec. quae Dominica Mensis secundum Ordinem Dominicarum post Pentec. huius anni occurrit: atque ex eadem dicuntur etiam Antiphonae ad *Beatus dicitur*, & ad *Magnificat*, una cum *Oratione* Dominicae eidem post Pentec. propria, ut notantur in Propr. de Temp. P. 2. *Responsoria*, ac caetera omnia; tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam*, dicuntur ac fiunt, ut Dominica I. Nov. & III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat aliqua Octava. **INFERA HEBD: V. NOV:** tam quoad *OFFICIUM*, quam quoad *MISSAM* dicuntur ac fiunt omnia ad Normas praecedentium Hebdomadarum Novembris, modo ibi declarato, exceptis tamen Lectionibus, quae in hac Hebdomadam cuiusvis Feriae propriae assignantur in Propr. de Temp: quoniam autem singularum Feriarum Lectiones in hac Hebdomada sunt de *Initio alicujus Prophetiae minor:* ideo si *Initium* unius, vel plurimum ejusmodi Prophetiarum proprio suo die (vel ob Festum proprium) in I. Noct. habens Lectiones; vel

ob Vigiliam, in tali die seu Feria, qua alioqui poni deberet, bi-centen-tam, vel denique ob alia *præcedentia Initia* primò ponenda in ejusmodi die) poni non possit, tunc ponendum est proxima die similiter non impedita, etiamsi aliud, aut alia in super Prophetiarum Initia simul necesse sit ponere, aut unum vel plura illorum in aliam Feriam sequentem transferre, quò omnibus ponendis locus detur. Sic cum annò 1700. nec *Initium Prophetiæ Habacuc* Ferià III. ob celebratum in ea Festum translaturum S. Clementis; Nec *Initium Sophonia Prophetæ* Ferià IV. (ed quòd tunc ponendum fuerit ex Do-minica præcedente *Initium Michææ Prophetæ*, & quòd illud solum, cum Festum simplex S. Chrysogoni eà Ferià occurrens non nisi unam ad-miserit de Scriptura Lectionem) po- ni posset, ideo annò illò circa po-nenda Initia dictarum 3. Feriarum, ac cæterarum eas subsequentiùm hic observatus fuit Ordo ab ipsomet Di-rectorio Romano: Ferià V. (in quam cadebat Festum S. Catharinæ) Lectio prima erat de *Initio Nahum* ex Feria II. præcedente. Lectio secunda de *Initio Habacuc* ex Feria III. præ-cedi. Lectio tertia de *Initio Sophonia* ex Ferià IV. præced. Ferià VI. (in quam tunc cadebat Festum Simplex S. Pe-tri Alexandr. Mart.) Lectio prima erat de *Initio Aggei* ex Feria V. præ- cedente, eò quòd heri aliarum ante-

riorum Prophetiarum Initia fuerint ponenda. Lectio autem secunda fuit de *Initio Zacharia* ex Feria VI. curren-te. Lectio tertia propria de Festo ho-dierno simplici. SABBATÒ denique [quòd eò annò fiebat de S. Maria in Sabb.] prima & secunda Lectio fuit de *Initio Malach. Proph.* ex die curren-te. Tertia de B. V. ex Mense curren-te, ut ibi post Horas Officij de B. Maria in Sabbat. Quid si [inquiet hic Nonnemo] Lectiones S. Chry-sogoni unirentur pro casu, ut duo Initia Prophetarum poni possint, se-cus omittenda? &c. Id mihi non im-probati, si utriusque, aut alterutrius, ommissio aliter nequeat vitari; alio-qui sequenda erit praxis paulò antè relata DIRECTORII ROMANI. *Respon-soria* tamen, ut supra iteratò monui, semper in feriali Officio Sumuntur ex Feria currente, non autem ex alijs, aut alia diversa, ex qua, aut quibus quandoque desumuntur *Ini-tia Prophetarum*, nisi coincident cum Responsorijs Feriæ currentis.

Quando alicubi Feriæ hujus, aut præcedentis Hebdomadæ sunt impeditæ Festis Locorum proprijs, habentibus in I. Nocturno proprias Lectiones necessariò ponendas [ed quòd v. g. S. Catharina, aut S. Con-radus Episcopus & Patronus Diocæ-sis Constantiensis incidens in 26. Nov. sint Duplex 1. Classis in sua Ecclesia] ità, ut non ampliùs aliqua vacet dies, in qua reliquæ Prophetarum Initia  
L. 13

legi possint, tunc omitti possunt illa. Inicia Prophetar: quæ locum non habent: quia Rubrica supra cit: jubens ea ponere n. 7. ait: *Quod ad Commodum fieri poterit*; parumque refert, si in Ecclesia aliqua particulari non legatur de omnibus Prophetis aliquo annô. *Gay. Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 13.* Notat tamen Arnaudus *Tr. 2. P. 1. T. 19. n. 4.* decretum esse in postrema Brevariij Recognitione, ut, si Festa *Patronorum* solummodo *minus Principalem* incidant in Feriam, vel Ferias, in quâ, vel quibus poni necessum sit *Initium* alicujus *Propheta*, *Lectio*nes in I. Nocturno non eas esse dicendas, quas alioqui proprias in illa qua tale habet, sed eas, quæ sunt de Initio unius vel plurium *Propheciarum*, eo die primo ponendarum.

Quando FERIA IV. aut V. aut VI. hujus Hebdomadæ sit de ea, & postredie sequitur Vigilia S. *Andree*

Apost: tunc FERIA antecedente illa Vigiliam integræ *Vesperæ* dicuntur de FERIA illa currente [arramen] Precibus ferialibus] cum Oratio Dominicæ præcedentis, ac Commemoratio solummodo de S. *Saturnino Mart:* cui subjunguntur Commemoratio de S. *Cruce*, & confiteor Suffragia Sanctor: quia cum Festa Simplex S. *Saturnini* in sequenti non habeat Officium, propter Vigiliam occurrentem, etiam non convenit illud habere primas *Vesperæ* in præcedenti die, quas alioqui præcedenti FERIA haberet à *Capitulo*, in Vigiliam, aut diem taliter impositam non caderet. *Rubr. Gen. 2. n. 9. ac 10.*

Quomodo deinceps ordinandum sit Officium & *Missæ* respective in *Dominicis* & *Ferijs* per *ADVENTUM*, Vide infra *Tit. 63.* ac cæteris deinceps.

## TITULUS LVIII.

### De Dominica, ac Hebdomada XII. post Pentecosten, nec non de reliquis usque ad Dominicam XXII. post Pentecosten: Speciatim.

De Dominica XII. ac reliquis post Pentecosten [si de ijs fiat Officium] *Lectio*nes I. & II. Nocturni cum suis *Responsorijs* semper sumuntur ex illa respective *Dominica* Mensis, pro Tempore currentis, in quam incidit hæc vel illa numerô

Dominica post Pentecosten, proibi norantur in I. Parte *PROPRIA* TEMPORIS: v. g. Si Dominica XII. post Pentecosten incidat in *Dominicam* I. Augusti, *Lectio*nes I. & II. Nocturni pro *Dominica* XII. post Pentecosten: sumuntur ex *Dominica* I. Augusti

Si; Si verò in aliam Dominicam illius Mensis ( v. g. in IV. ) incidat, tunc ex illâ aliâ sumentur, & sic de alijs Dominicis subsequentibus usque ad Adventum. Idem est de *Antiphona ad Magnificat* in I. Vesperis talis Dominicæ post Pentecosten: *Lectiones* verò III. Nocturni, uti & *Antiphona ad Benedictus*, & ad *Magnificat* in II. Vesperis, nec non *Oratio* pro currente Dominica post Pentecosten sumuntur ex II. Parte PROPRII de TEMPORE, prout ibi pro quavis Dominica post Pentecosten per annum occurrente annotantur, ubi *Homilia* & *Orationes*, à Dominica III. post Pentecosten inclusivè, usque ad Dominicam I. Adventûs exclusivè in Dominicis post Pentecosten dicendæ per Ordinem sunt dispositæ, unâ cum *Antiphonis* prædictis ad *Benedictus* & ad *Magnificat*. Reliqua omnia tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam* dicuntur respectivè eò proportionaliter modò, quò in DOMINICA III. post Pent. & DOMINICÀ I. AUGUSTI supra fol. 211. & fol. 227. dici debere ostensum est, adhibeturque semper *Col. Viridis* in illis Dominicis, nisi infra aliquam Octavam occurrant; tunc enim, etiam in *Missâ* de Dominica adhibetur Color conveniens Festo, de quo Octava celebratur, etiam ab illis, qui Festum ejusmodi non celebrant cum Octava, si in Ecclesia celebrante illud cum Octava celebrent de tali Dominica, pos-

sunque & ipsi apponere Comemorationem de Octava occurrente in illa Ecclesia, in qua celebrant, servatâ Rubricâ de omittenda 3. Oratione in Dominicis infra Octavam aliquam occurrentibus, nisi fortè insuper faciendâ sit Commemoratio de Festo Simplici simul occurrente: vicissim, si illi, qui celebrant Festum aliquod cum Octava in sua Ecclesia, celebrent tali Dominica in aliena Ecclesia, in qua Officium & Missa dicitur de Dominica in Paramenti Coloris Missæ Dominicali convenientis, possunt & ipsi, facientes sacrum de Dominica infra Ecclesiæ suæ Octavam occurrente, uti iisdem Coloribus Paramentorum, quibus utuntur alienæ illi Ecclesiæ adscripti, & nihilominus perinde, ac in sua Ecclesia, facere Commemorationem de sui Festi currente Octava, omittâ 3. Oratione in Missâ de Dominica. Itâ enim quoad utrumque decrevit, ac respondit Sac. Rit. Congreg. die 11. Junij 1701. à P. P. Tertij Ordinis S. Francisci super hoc, & alijs nonnullis punctis consultâ, uti videre est apud Franc. Monacelli in Formulario Legali practico P. 2. Tit. 13. n. 29. Qui ibidem prædictum Sac. Congr. Decretum allegans, insuper addit, Sacerdotem exterum diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in Religiosorum Ecclesijs celebratur Festum de Sancto sui Ordinis sub Ritu duplici, in ejus-

mo-



modi Religiosorum Ecclesia celebrantem non tantum posse, sed etiam debere se conformare Religiosorum illorum Ritui quoad Missam, eamque de ejusmodi Sancto, non autem de Dominica, vel alio Festo, multo minus de *Requiem* dicere, esto illa cum Officio proprii Calendarij non conveniat, modo Festum illud apud eos Religiosos celebratur cum Solennitate, & concursu populi: Unde, juxta idem Decretum etiam conformare se possunt in Missa cum Religiosis illius Ecclesiae quoad *Credo*, & quoad numerum Orationum more Duplicium. Vicissim, ut ex ejusdem Decreti Responso ad *Quaeritum 2.* constat, Regulares diebus illis, quibus propria Officia celebrant sub Ritui duplici, celebrantes in alienis Ecclesijs non possunt celebrare Missas cum proprijs suis Officijs concordantes, sed debent se alienae Ecclesiae Ritui conformare, & servatis servandis Missam de Festo illic celebrari dicere, modo, ut ante dictum, ibi celebratur cum Solennitate, ac concursu populi.

Quod si Festum Duplex, aut Dies Octava alicujus Festi in hujusmodi Dominicis post Pentecosten occurrat, sit de eo Festo, aut de Die illa Octava; aliter tamen, si Festum illud sit Duplex minus, aut majus, & aliter, si ut Duplex 1. vel. 2. Classis; ut ibidem, nempe Dominica III. post Pentecosten, est declaratum: de die

autem infra Octavam in tali Dominica occurrente sit solummodo commemoratio; Festa vero alia Semiduplicia in ejusmodi Dominicis occurrentia transferuntur in diem proximum non impeditam, qualis impedita dies non semper est dies infra Octavam respectu Semiduplicium non ad unum diem translata: nam si Festum Semiduplex occurrat in Dominica infra Octavam, quae admittit Festum Semiduplex (ut admittit Octava omnes, Octava Ss. Corp. Christi consequentes, aliaque non privilegiata tunc tale Festum Semiduplex transferuntur in sequentem Feriam II. quae sit impedita Festo alio 9. Lectionum, transferri id debet post Octavam; ne scilicet (ut notat Gregorius) nimium inturbetur Octava, ac numerus Dierum, quibus de illa habet Officium, nimis minuatur: Unde Festum Semiduplex occurrens infra Octavam Ss. Corporis Christi (antequam, utpote privilegiatam, de Festo Semiduplici, seu occurrente, in translato fieri non potest) si ei impeditur, aut eam proximè sequantur Octavae Nativitatis S. Joan. Bapt. ac S. Ap. Petri & Pauli, transferri debet post omnes Octavas. Idem est de Semiduplici, quod jam ante aliquam Octavam translatum est (eò quod nec suo proprio die, nec aliquo alio posteriori ante ingruentem aliquam Octavam celebrari poterit, ob dies omnes Festis alijs 9. Lectionum im-

peditos, nam etiam tale Semiduplex post unam, aut etiam plures quandoque Octavas transferri debet. Vide dicta Dominicâ III. post Pentec: & Dominicâ I. Augusti: quæ, sive fiat *Officium de Festo*, sive de *Dominica*, in hisce Dominicis post Pentec: semper sunt præ oculis habenda, eisque utrorumlibet *Officia* cum suis *Missis* conformanda. Quia tamen circa DOMINICAM XXII. post Pentec: ac reliquas deinceps usque ad Adventum insuper nonnulla alia specialia, ac ipsis propria veniunt observanda, ideo de illis sub propriis earum Titulis paulò post ex instituto dicitur, quid circa illas insuper præter jam dicta sit observandum.

Ad FERIAS infra Hebdomadam XII. ac reliquas post Pentec: occurrentes quod attinet, tam *Officia*, quam *Missæ*, infra unamquamque Hebdomadam dicenda, eò proportionaliter modò in ijs sunt ordinanda, quò suprà Hebdomadâ III. post Pentecosten, eundo per singulas illius Hebdomadæ Ferias, ad longum à nobis fuit declaratum; nec modò ibi dicta circa singulas *Ferias* (sive de ijs,

sive de *Festis* fiat *Officium*) infra haec quoque Hebdomadas diligenter sunt observanda, sed etiam illa, quæ in *Dominicis*, ac *Hebdomadis* uniuscujusque Mensis à Dominica I. Augusti usque ad Dominicam I. Adventus, circa *Vigilias*, ac *Ferias* 4. *Temporum*, nec non circa primò ponenda *Initia Librorum Sac. Scriptura*, & *Responsoria nondum posita*, aliæque similia peculiariter superius annotantur: nominatim verò curandum, ut, quæ Rubricæ Breviarij, ac Missalis de dicendo hoc Tempore in Choro primâ cujusque Mensis *Die*, non impeditâ Festò 9. *Lectionum*, *Officiò Defunctorum*, unâ cum *pridianis* eorumdem *Vesperis*, nec non de dicenda *Missâ principalis* generaliter pro Defunctis tum *primâ die Mensis* similiter non impeditâ, tum etiam quavis *Feriâ* II. in qua fit de *Feria* (cum certis tamen limitationibus, ac exceptionibus) uti & de dicenda in Missis alijs *Oratione Fidelium* præscribunt: id quod pariter pluribus suprà *Tit. V.* à fol. 22. & *Tit. 33.* à fol. 217. *Feria* II. infra Hebdomadam III. post Pentec: reperies declaratum.

## TITULUS LIX.

De Dominica XXII. post Pentecosten, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMICINÂ XXII. post Pentec: ac Ferijs eam subsequentibus, omnia, tam quoad *Officia*, quam quoad *Missas*, sunt ac dicuntur ad  
M m Nor-

Normam præcedentium Dominicarum post Pentec: observando ea, quæ Dominicâ, ac Hebdomadâ III. post Pentecosten, nec non paulò antè Titulo proximè præcedente in medium sunt allata: unum tamen quoad *hanc Dominicam* specialiter monendum occurrit; quòd scil. quando hæc Dominica incidit in *Festum S. Martini* Episc: ac Conf: (uti factum 1696.) vel in *Diem*, quò ex præcepto Superioris Ecclesiastici dicenda est, pro publica v. g. necessitate, Oratio: *DEUS Refugium &c.*, in priori Casu in *Missâ* de S. Martino, habente eandem Secretam cum Dominica XXII. simul occurrente, & exigente sui Commemorationem in *Missâ* de Festo duplici, Oratio Secreta pro Dominica XXII. sumenda sit ex *Missâ* Dominicæ XXIII. post Pentec: in posteriori autem casu, quò dicta Dominica, aut etiam simul *Festum S. Martini* incidit in tempus, quò dicenda etiam esset Oratio: *DEUS Refugium*, locò hujus Orationis dicenda sit cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommunione* Oratio eam proximè sequens, pro *quacunquè Tribulatione* inter

Orationes ad diversa sub hoc Titulo posita in *Missâ*, ac ità incipiat *Ne despicias omnipotens DEUS &c.*: quæ enim Oratio *Missæ* Dominicæ XXII. post Pentec: non est diversa ob Oratione *DEUS Refugium*, & correspondens huic *Secreta*, ac *Postcommunione* etiam illa ipsa *Secreta*, & *Postcommunio*, quam habet illa Dominica, ibi juxta Rubricam Gen. VII. *Missæ* n. 8. posterior Oratio (idem est Oratione *Secreta*, & de Oratione pro *Communione*) commutanda est in alia diversa, & quidem eâ, quam dicitur in utroque casu, ut ex cit: Rubricâ Tit. I. P. I. Tit. 7. n. 8. Lit. Q. probat. *Si* Dominica post Pentec: fuerint solummodo viginti tres, tunc locò Dominicæ sequentis vigesima tertiæ (hoc est ultimæ illius anni) ponitur eâ Dominicâ *Officium* in *Missâ* Dominicæ XXIV. *Officium* autem Dominicæ XXIII. cum sua *Missâ* ponitur in Sabbato præcedente non impedito Festo 9. *Lectio* autem alioqui Feriâ VI. vel, si etiam hæc sit impedita, tunc alia proximè anteriori, infra hanc tamen Hebdomadam, Modò ac Ritu mox referendâ

## TITULUS LX.

### De Dominica XXIII. post Pentecosten.

**S**I Dominica XXIII. non fuerit & de ea eòdem omnino proportione ultima post Pentecosten, tunc liter modò ac Ritu, quò in Dominica *Officium* ac *Missâ* sicut in ea, præcedentibus post Pentecosten; &

verò hac Dominica fuerit ultima post Pentecosten [ quod ijs contingit annis, quibus Paicha incidit in diem 24. vel 25. Aprilis ] tunc, quia ultimum locum inter Dominicas post Pentecosten [ ob Rationem infra afferendam ] semper debet obtinere Officium Dominicae XXIV. post Pentec: juxta Rubricam huic Dominicae praefixam eò annò poni Dominica XXIV. post Pentec. & de ea Officium ac Missa, fieri, ut ibi, aut, si in eam incidat Festum aut Officium Duplex, saltem fieri Commemoratio, cum 9. Lectione de ead: in Officio, ac ultimo Evangelio in Missa; Officium autem Dominicae XXXIII. post Pentecosten juxta eandem Rubricam tunc ponitur unà cum sua Missa in Sabbato proximè praecedenti, non impedito Festò 9. Lect: aut si Sabbatum illud ejusmodi Festò 9. Lect. sit impeditum, Ferià VI. illius Hebdomadae similiter non impedità, dicendo tam Officium, quam Missam de illa modo mox referendò. Quòd si autem tam Ferià VI. quam Sabbatum ejusmodi Festò sit impedita, tunc in aliquà alià Ferià illius Hebdomadae, semper tamen illà, quae ex non impeditis vicinissima est Sabbato, ut ex Rubric: Gen. IV. Breviar: n. 4. probat Gavant. Dixi autem: Sabbatò, aut Ferià non impedità Festò 9. Lectionum; nam sicut Officium Simplex B.V. in Sabbato alioquin occurrens, non impe-

dit, quò minus in tali Sabbato Officium ac Missa de ejusmodi Dominica anticipata fieri possit, ac debeat locò Officij de B. V. in Sabbato, ita etiam Festum Simplex, in Sabbato, aut alià Ferià Festò 9. Lectionum non impedità in ejusmodi casu occurrens, non impedit, quò minus in Sabbato, aut, hòc impeditò, in alià ejusmodi Ferià Officium fiat de Dominica anticipatò ponendà, ut rectè monet Gav: Tom. 2. S. 3. c. 5. n. 9. & 10. facienda tamen tunc est Commemoratio ( sine Lectione ) de Festo Simplici occurrente. Officium autem de Dominica XXIII. post Pentec: in casu talis ad Sabbatum, aut Feriam aliam anticipationis non est faciendum Ritu Semiduplici ( ut alioquin fieri solet in Dominicis, quae propria sua die ac Sede per annum celebrantur ) sed Ritu tantum Simplici, ac Feriali, dicendo nimirum omnia in Officio ( etiam Versum tam ad Matutinum, quam ad Laudes ) de Sabbato, aut Ferià corrente, ut in Pfalterio, exceptis 3. Lectionibus Nocturni, quae omittis, vel translatis ( si sint Initium aliquod ) Lectionibus Scripturae illius Feriæ, dicantur de Homilia Dominicae XXIII. cum Responsorijs tamen Feriæ currentis; Antiphonà quoque ad Benedictus pariter exceptà, quae, uti & Oratio Officij, dicitur de eadem Dominica XXIII. post Pentecosten, cum Commemorazione Festi Simplicis in  
M m 2 Lau.

Laudibus, si quod occurrat, huic autem, vel ( si nullum occurrat Festum Simplex ) *Orationi* de Dominica subjungendo *Commemorationem de Cruce*, & post hanc *Commemorationes Communes* seu *Suffragia Sanctorum*. In Sabbato 1. Responsorium : *Laudabilis Populus &c* sumitur ex III. Nocturno Dominicae I. Novembr: secundum verò ( *Angustia mihi sunt* ) & tertium ( *Misit Dominus* ) ex Feria II. eam subsequente juxta Rubric: 27. Gen: n. 5. *Missâ* pariter dicitur tunc de Dominica XXIII. attamen sine *Glor:* & *Cred:* ac cum *Benedicamus* in fine, & cum *Evang. ult:* S. Joan. Si occurrat *Festum Simplex*, aut ratione *Mensis*, vel *Feriae II.* dicenda sit *Oratio Fidelium*, tunc *Oratio 2.* erit de *Festo Simplici*, aut *Fidelium*. 3. verò à *cunctis*, alioquin hæc erit secunda, tertia autem ad libit: quòd si simul occurrat *Festum Simplex*, & ratione *Mensis* vel *Feriae* dicendum sit *Fidelium*; tunc si tantum 3. dicantur *Orationes*, 2. erit *Fidelium*. 3. de *Simplici*. *Col. Virid.*

Quòd si tota ea Hebdomas ( id est Dominicam 23. post Pentec: antecedens ) in casu, quo post Pentecosten sunt tantum Dominicae viginti tres, sit impedita *Officijs 9. Lctionum*, etiam *translatis* ( nam hæc quoque reddere diem, in quam transferuntur, impeditam, in postrema *Breviarij* Recognitione additum est ) vel *Officijs* alicujus *Ostavae* alicubi occurrentis, adeoque nulla sit *Feria*,

aut dies, in qua infra illam Hebdomadam anticipatò fieri dictò modo ac ritu possit *Officium* & *Missâ* de Dominica XXIII. post Pentec: tunc iuxta suprà cit. Rubr: Gen. IV. n. 1. 4. & in Sabbato illius Hebdomadae legenda est in *Officio Festi* nona *Lectio* & *Homilia* Dominicae XXIII. post Pentec: & de eadem Dominica faciendâ *Commemoratio* in *Laudibus Festi* cum *Antiph:* ac *Oratione propria* eadem Dominicae, versum autem ( *Reple Sumus* ) pro faciendâ eâ *Commemoratione* desumendo ex Sabbato, in *Psalterio*. Simili modò faciendâ tunc est de eadem Dominica XXIII. *Commemoratio* in *Missâ* *Festi*, & sine illius *Missæ* legendum de eadem *Evangelium*: Quæ omnia etiam procedunt in casu, quò totâ *Septimana* *Festis 9.* *Lctionum* impeditâ, in illud *Sabbatum* incidit *Festum Duplex* & *Classis*: esto enim hujusmodi *Festum* excludat *Commemorationem* *Vigiliae*, non tamen excludit *Commemorationem* *Dominicae anticipatae* cum *de eadem Lctione* in *Officio*, & *etiam Evangelio* in *Missâ*: Quia cit: Rubr: Gen: IV. n. 1. & 4. loquitur univèrsaliter, ac sine exceptione ullius *Festi Duplicis*. Rationem dat *Gerom.* Tom. 2. Sect: 3. c. 5. n. 9. *fin.* At verò in *Vesperis* tam *primis*, quàm *secundis* nihil fit, nequidem *Commemoratio* de tali Dominica anticipatò celebrata, eò ipsò, quòd *Ritu tantum Simplici feriali* celebretur: at

proinde in Vesperis Sabbati omnia eodem modò dicuntur, ac fiunt, quò in Sabbatis præcedentium Dominicarum post Pentecosten : idèmq; etiam est de alia Feria, in qua, Sabbathò 9. Lèctionum impeditò, quandoque modò antè descriptò ejusmodi Dominica celebratur ; cùm enim Officium de ea sit *Feriale*, terminatur id ad NONAM, nec habet 1. aut 2. Vesperas, nec aliquam Commemorationem in Vesperis hesternis aut hodiernis, de quocunque illæ sint, aut fuerint. Cæterùm si die præcedente talem Feriam aut Sabbathum, in qua, vel quo fiet Officium de Dominica XXIII. post Pentecosten, non occurrat Officium aut Festum 9. Lèctionum, Vesperæ illius diei antecedentis totæ erunt feriales de die illa currente (sub Colore viridi) etiamsi postridie occurrat Festum aliquod simplex; quia enim de illo crastinum Officium ob Dominicam XXIII. cras anticipatò ponendam fieri non potest, nec convenit Vesperas de illo, ne quidem à Capi-

tulo dici, adeoque solummodo de eo Simplici in Vesperis illis ferialibus fiet Commemoratio, esto nulla in illis fiat, nec fieri debeat Commemoratio de Dominica cras anticipatò celebranda. *Arg. Rubr: Gen: XI. n. 10.* Vide dicta suprà de Dominica III. & seqq: post Epiph: in genere; simulque hîc nota, eos, quibus concessum est à Sede Apostolica, ut semel vel pluries singulis Hebdomadis, aut Mensibus possint dicere *Officium*, ac *Missam* v. g. de Ss. Sacramento, aut certis Sanctis, v. g. Ordinis Patrono, non posse vi talis Indultæ seu Privilegij id facere eâ Feriâ, in qua juxta Rubricas est reponendum Officium Dominicæ, die suo celebrari impeditæ, non obstante, quòd Feria illa, ad quam anticipatur Officium talis Dominicæ, sit tantùm *Feria minor*: nec etiam obstante, quòd in ejusmodi Indulto non facta sit specialis mentio, seu exceptio *talis Feriæ*: ità enim declaratum esse à S. R. C. 1706. 20. Martij constat ex dictis *Feria IV. Cinerum*.

## TITULUS LXI.

### De Dominica XXIV: ac Reliquis post Pentecosten.

**D**OMINICÀ XXIV. post Pentecosten (quæ antiquitus, cùm Dominicæ nonnisi XXIII. post Pentecosten numerarentur, spectabatur ad Adventum) licet non semper sit, vocatur tamen *ultima post*

M m j

post

Post Pentecosten in Rubricis; eò quòd ejus Officium ac Missa, tanquam Præparatio ad Adventum, semper ultimò locò, hoc est *ultima* post Pentec: Dominicâ ponatur, utpote cujus Evangelium est de *sine mundi*, legendum idcirco etiam in *sine Anni Ecclesiastici*, qui incipit ab Adventu, & desinit ante Adventum, ut notat Gav: Tom. 1. P. 4. Tit. 12. n. 19. qui Tom. 2. Sect. 3. c. 5. n. 8. insuper addit: Ideo Dominicam XXIV. de Judicio futuro semper esse ultimam anni Ecclesiastici, incipientis ab Adventu; quia Ecclesia in toto anni curriculo representare studet Christi Actiones à primo Adventu in carne, usque ad secundum in sine Mundi Adventum: unde sive sint pauciores post Pentec: Dominicæ, quàm viginti quatuor [nempe solummodo viginti tres, quibus tamen pauciores esse non possunt] sive plures, nempe vel 25. vel 26. vel 27. vel denique viginti octo, quem ultimum numerum excedere non possunt, semper tamen in ultima post Pentecosten Dominica ponendum est Officium, & Missa illius Dominicæ, quæ in Ordine est XXIV. post Pentecosten in *Propr. de Tempore*; vel recitandò scilicet totum Officium, & Missam de ipsa, ut ibi, ac Ritu præcedentium Dominicarum post Pentecosten [si Festum Duplex, aut Dies Octava alicujus Festi in ea non occurrat] vel faciendo saltem de ea *Commemorationem* in Officio & Missa de

Festo, atque etiam 9. Lectionem in illo, & ultimum in hac Evangelium eadem Dominica dicendo, si Festum Duplex, aut Dies Octava in illam locat. Quia verò Dominica cum proprijs Orationibus, ac Evangelijs in breviario assignantur post Pentecosten solummodo viginti quatuor, cùm tamen aliquando à Pentec: usque ad Adventum occurrant plures, & 24. assignatis semper *ultimum* locum debeat obtinere *vigesima quarta*, id est eadem Dominicæ, quæ in tali calu post Pentecosten Dominicam XXIII. post Pentecosten, ac propriam Orationem & Evangelium, seu Officium non habent, suppleri eò annò debent ab illis Dominicis, quæ illò annò post Epiphaniam *superfuerant*, hoc est, celebrantur ante Septuagesimam non poruentur, transferendo nimirum eas post Dominicam XXIII. post Pentecosten Ordine mox referendò. Porro in Officio ac Missa Dominicæ XXIV. post Pentecosten *suus* semper, hoc est *ultimus*, constet locus, sive dein Dominicæ post Pentecosten sint præcise 24. sive pauciores, sive etiam plures, ideo Rubricæ Breviar: ac Missarum generales, tum speciales statuerunt sequentia, scilicet I. ut, si Dominicæ post Pentecosten essent tantum 23. tunc locò Dominicæ 23. post Pentecosten poneretur Officium Dominicæ Vigestimæ quartæ, Dominicæ verò vigesimæ terciæ Officium poneretur cum sua Missa in Sabbato præceden-

denti &c, modò Titulo præcedenti commemoratò. II. si autem Dominicæ post Pentecosten essent præcisè viginti quatuor [ uti sunt h'c annò 1710. ] tunc *Officium & Missa* in Dominica XXIV. post Pentecosten ponentur omnino, ut ibi notantur in Proprio de Tempore hâc eâdem Dominicâ XXIV. III. si denique Dominicæ post Pentecosten essent plures viginti quatuor, tunc post Dominicam XXIII. post Pentecosten referentur [ solummodo tamen loquendo de *Officio*, quoad *Orat. Homil. ac Antiph. ad Benedictus, & ad Magnificat* ] illæ Dominicæ, quæ eò annò post Epiphaniam superfuerunt, eò quòd illis ante Dominicam Septuagesimæ ponendis (ob hujus celeriore Adventum) locus non fuerit, ac proinde ad complendum numerum 30. Dominicarû, quæ ab Epiphania usque ad Septuagesimam, & à Pentecoste usque ad Adventum esse possunt, omnino sunt necessariæ, ne ulla ex ijs Dominicis vacet, quin saltem de ea fiat Commemoratio &c, si de illa totum *Officium* fieri nequeat, ob occurrens in ea *Festum*, vel *Officium Duplex*. *Ordo* autem, quò Dominicæ illæ, quæ post Epiphaniam aliquando superfuerunt, postmodum post Dominicam XXIII. post Pentecosten unâ cum suis *Missis* ponendæ sunt, juxta Rubricas Breviarj, ac *Missalis Romani* est iste:

Si Dominicæ post Pentecosten

fuerint XXV. Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, prout notatur post Dominicam XXIII. post Pentecosten, ac ante Dominicam XXIV. seu *ultimam* post Pentecosten in Proprio de Temp.

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint XXVI. tunc Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica V. quæ superfuit post Epiphaniam; XXV. autem tunc erit illa, quæ post Epiphaniam est VI. uti in eod: Proprio de Temp. post Dominicam XXIII. ambæ norantur.

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint XXVII. tunc Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica IV. quæ superfuit post Epiphaniam; XXV. autem post Pentecosten erit Dominica V. quæ superfuit post eand: Epiphaniam; at verò XXVI. post Pentecosten erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, uti ibid: post Dominicam XXIII. notatur.

Si denique Dominicæ post Pentecosten fuerint XXVIII. tunc Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica III. quæ superfuit post Epiphaniam: XXV. autem tunc erit Dominica IV. quæ superfuit post Epiphaniam: XXVI. verò erit Dominica V. quæ superfuit post Epiphaniam: ac demum XXVII. erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, prout & ipsæ notantur post Dominicam XXIII. ac ante Dominicam XXIV. post

Pentecosten



Pentecosten in Proprio de Tempore.

Ultimò verò locò semper ponitur illa Dominica, quæ ibi ponitur in Ordine XXIV. ac extat eod: locò in Breviar: Rom: post Dominicam VI. quæ superfuit post Epiphaniam, sub Nomine etiam *Dominica ultima* post Pentecost.

Quemadmodum verò, quando post Pentec: Dominicæ sunt plures, quàm viginti quatuor, post Dominicam XXIII. post Pentecosten eæ Dominicæ, quæ eò annò post Epiphaniam superfuerunt, resumuntur, quantum spectat ad *Officium* (juxta superius dicta tamen solummodo quoad *Orationem*, nec non quoad *Lectiones in III. Nocturno*, ac *Antiphonas* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, non autem etiam quoad *Lectiones I. & II. Nocturni*) ità quoque, quando ob occurrentes post Pentec: plures, quàm tantum 24. Dominicæ, post Dominicam 23. post Pentecosten resumuntur, Ordine supra descripto, *Missæ* earum Dominicarum, quæ annò illò post Epiph: superfuerunt, resumendæ illæ sunt solummodo quoad *Orationes*, *Epistolas*, & *Evangelia*, non autem etiam quoad *Introitum*, *Graduale*, *Offertorium* & *Communione*, hæc enim semper, e-

tiam in hujusmodi *Missis* resumuntur dicuntur ut in Dominica 23. post Pentec: ut expressè monet Rubrica *Missalis*, extans ad finem *Missæ* XXIII. post Pentecosten: unde tunc piter errant, qui, quando v. g. Dominicâ 27. post Pentec: resumenda e *Missâ* Dominicæ VI. post Epiphaniam; dicunt *Missam* totaliter, prout notatur ipsâ Dominicâ VI. post Epiphaniam, etiam quoad *Introitum*, *Graduale*, *Offertorium*, & *Communione*; dicenda enim est non ut in proprio Tempore ante *Septuagesimam* in *Missali* notatur, sed prout notatur post Dominicam 24. post Pentecosten in eodem *Missali*, & sicut etiam de alijs Dominicis, ex ijs, quæ superfuerunt post Epiphaniam, post Dominicam XXIII. post Pentecosten resumendis.

Quid verò agendum, & quando Ordinandum sit *Officium*, ac quando contingit, ut Dominica III. vel IV. vel V. vel VI. ità superius post Epiphaniam, ut ob citius advenientem *Septuagesimam* nec poni possit, nec etiam post Dominicam XXIII. post Pentecosten (quæ pauciores eò annò ante Adventum Dominicas) dictum est supra Tit. VI. De Dominica III. & cæteris post Epiphaniam in generè, à fol. 28.

# TITVLVS LXII.

## De Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

**S**I SABBATŌ Dominicam I. Adventus præcedente Officium fuit factum de *S. Maria in Sabbato*, aut de *Vigilia S. Andrea* (quæ est una ex illis, quæ *jejunantur*) tunc ad *Vesperas* dicuntur Antiphonæ, & Psalmi feriales, uti notantur in Sabbato per annum in Psalterio : à Capitulo autem fit *Officium de Dominica I. Adventus* sub Ritu *semid. 1. Classis*, dicendo de illa Capitulum, Hymnum, ac Versum, nec non Antiphonam ad *Magnificat*, & Orationem, uti notantur in Sabbato ante Dominicam I. Adventus in Parte Hyemali Breviarii, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod eras alicubi occurrerit. At verò Commemoratur de Crucis, & Suffragia Sanctorum (alioquin ad Vesperas ac Laudes, exceptis Duplicibus, & infra Octavas juxta propriam Rubricam & Generis 35. dici solita) omittuntur ab his Vesperis usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè; illa quidem, ne Christus videatur passus, antequam natus, hæc autem, ne ante Christum natum implorare videamur eorum opem, quos ipse Christus suo Adventu Sanctitatem docuit : omittimus quoque Commemoratur de Pace, utpote quæ ante ejus Nativitatem non fuit, sed eo nato ab Angelis est data Hominibus bonæ Voluntatis : ac denique, quia adveniente Principe cedunt alij, ut ex Joan. Azorio, & Gulielmo Durando notat Gav. Col. *Violac*: In fine *Vesperarum* hodierni Officij post dictum : *Dominus det nobis suam pacem &c.* Subjungitur in Choro (siquidem in eo *Vesperæ* à Completorio separantur) extra Chorum verò in fine Completorii Antiphona : *Alma Redemptoris &c.* quæ ipsâ terminatur etiam Completorium suo Tempore in Choro. Atque hoc modo tam intra, quam extra Chorum terminatur Officium etiam deinceps quotidie usque ad Completorium diei Purificationis exclusivè cum aliqua tamen Varietate : nam in Adventu (qui durat usque ad 1. Vesperas Nativitatis Domini exclusivè) subjungitur Antiphonæ *Alma Redemptoris*, quotiescunque hæc dicitur, Versus : *Angelus Domini nuntiavit &c.* ac Oratio : *Gratiam tuam &c.* à 1. Vesperis autem Nativitatis Domini usque ad Purificationem subjungitur eidem Versus : *Post partum &c.* ac Oratio : *DEUS, qui salutis aeternæ*, ut ibi. Eadem Antiphona *Alma Redemptoris* (par ratio est

N n

est

est de reliquis Antiphonis B. V. in fine Officij pro Varietate Temporis recitari solitis) cum dicta Variatione quoad *Versum* ac *Orationem*; præterea extra Chorum dicitur etiam in fine Matutini post Laudes, si tunc reminandum sit Officium; alioqui, si alia Hora subsequatur, in fine ultimæ Horæ, non equidem ratione Horæ, sed ratione Matutini ac Laudum: quando tamen istæ separantur à Matutino in fine hujus non dicuntur hujusmodi Antiphonæ finales. Possunt tamen (Teste Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 22. n. 31. semper dici post quamcunque Horam ex devotione à privatim Horas recitantibus. In Choro autem semper dicuntur hæ Antiphonæ, quandocunque terminatâ aliquâ Horâ discedendum est à Choro, etiam post Horam Officij parvi B. V. ut recessuri salurent prius B. V. quam initiò cujusque Horæ salutaverant Salutatione Angelica, Vice cujus in fine Officij dicuntur hæ Antiphonæ post Orat. Dominicam. Nunquam verò dicuntur post aliquâ Horam, quando sequitur cum Officio diei *Officium Defunctorum* etiam ex devotione recitandum, vel *septem Psalmi Pœnitentiales*, vel *Litania*, exceptò *Completoriò*; ad hujus enim Finem post Benedictionem ibi positam semper dicitur (præterquam in ultimo Triduo majoris Hebdomadæ) ea Antiphona de B. V. ex ibi positis, quæ convenit Tempori, etiam si paulò an-

te enumerata subsequantur: v. g. devotione. Nunquam etiam dicuntur prædictæ Antiphonæ, quàm post aliquam Horam subsequatur *Missæ*. Oratio tamen mentalis post Horas non tollit ejusmodi Antiphonas finales, sed debent nihilominus dici, licet à Choro non discedatur. Dicendæ etiam sunt, quando Concilio fit absolutis Vesperis, & quidem ante Concionem, nisi statim post Concionem sequatur *Completorium*. Præterea si *Missæ* longiori mora deferatur, eo in casu perinde sunt dicendæ, ac si discedendum esset à Choro. Si Finitâ *Missâ* nulla legetur Hora, eò casu non sunt dicendæ (seclusâ legitima consuetudine) neque post *Officium Defunctorum*, vel *Psalmos Pœnitentiales*, aut *Litania*, & similia. Arnand. & Gav. loc. cit.

Quoties autem sunt dicendæ, dicuntur flexis genibus [præterquam in diebus Dominicis à 1. Vesperis Sabbati, & toto Tempore Paschali]. Hebdomadario tamen ad *Orationem* Surgente: Huic autem subjungitur Oratio Dominica, salutatione Angelica, & Symbolum Apostolorum, eaque omnia pariter flexis genibus, exceptis diebus paulò ante commemoratis, quibus utri Antiphonæ, & ipsa stando dicuntur. Porro licet hic Ritus standi incipit à 1. Vesperis Dominicæ, non autem à media nocte, ità desinit in occasu solis ejusdem Dominicæ, more Indulgentiarum post

post quem proinde [inquit Gav.] non amplius est standum in Oratione: quod observari proinde nominatim Is vult ab ijs, qui præcedente Dominica post Salutationis Angelicæ signum, sub noctem dari solitum, recitant Officium pro sequente Feria II.

Quando Sabbatò ante Dominicam I. Adventus factum est de Festo novem Lectionum, tunc si illud Festum fuit *Semiduplex*, Vesperæ ejus secundæ dicuntur usque ad Capitulum de Festo, à Capitulo autem de Dominica I. Adventus modò ante declaratò, cum Commemoratione tamen illius Festi, omittis, ut supra, Suffragijs, ac terminando Officium per Antiphonam: *Alma Redemptoris*, ut ibid. *Col. Viol.* Simili quoque modò dicendæ sunt Vesperæ, quando Sabbato ante Dominicam I. Adventus factum est Officium de die infra Octavam (esto *Missæ* facta fuerit de *Vigilia*) nam & tunc usque ad Capitulum dicuntur de die infra Octavam, à Capitulo autem de Dominica cum Commemoratione de die infra Octavam, omittis tamen ad Completorium Precibus. Quòd si verò Festum illud fuerit *Duplex*, tunc totæ Vesperæ erunt de Festo, fiet tamen Commemoratio de Dominica I. Adventus, etiamsi Festum illud fuerit 1. aur 2. Classis; quia etiam in horum 2. Vesperis fit Commemoratio de quacunque sequente Dominica, præsertim

si illa Dominica sit una ex Majoribus, uti est Dominica I. Adventus. In fine: *Alma Redemptoris &c.* Color Festo Conveniens. Si denique crastinà Dominicà Adventus (par ratio est de qualibet alia Dominica illius) occurrat *Dies Octava* alicujus Festi, tunc Sabbato præcedenti Vesperæ non dicuntur de *Die Octava*, sed usque ad Capitulum de Sabbato, uti in Psalterio per annum, cum Antiphonis & Psalmis ferialibus, ut ibi, à Capitulo de Dominica Adventus, ut supra, cum Commemoratione *Diei Octava*, ut in 1. Vesperis Festi: intellige tamen, si Sabbato illo præcedente non fuerit factum Officium *Duplex*, aut *Semiduplex*; nam si fuit factum Officium *Duplex*, tunc totæ Vesperæ erunt de Festo, de die Octav: autem fiet tantum Commemoratio, ut in 1. Vesperis Festi, & quidem primum post Commemorationem de Dominica Adventus: si autem Sabbato illo præcedenti factum fuerit Officium *Semiduplex*, tunc Vesperæ usque ad Capitulum, erunt de illo, à Capitulo autem de Dominica cum Commemoratione primà de Festo *Semiduplici* (urpote de quo fuit hodie Officium) secundà autem de die Octava (ur in 1. Vesperis Festi) urpote quæ nec hodie, nec cras habebit Officium: omittentur tamen hodie & cras Preces ad *Completorium & Primam*, alioquin in Dominicis ac Officijs *semiduplicibus* extra Octavas occurrentibus

bus dici solitæ. Arque ita apud Gav. riones ibidem relatas à Gav. Vid. ad  
Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 13. quoad cenda P. II. die 9. & 10. Decembr.  
*Dies Octavas* in Dominicis privilegia- Hodie serò clauduntur Nuptie, in  
tis (cujusmodi præter 4. Dominicas est, ex Decreto, Sacros. Concil. Trid. S.  
Adventus, sunt etiam Dominica Se- 24. c. 10. de reform. matrim: nequa-  
ptuagesimæ, Sexagesimæ, & Quin- solenniter celebrari Nuptie à Dominica  
quagesimæ) aliquando & alicubi Adventus usque ad Festum Epiphaniæ, in  
occurrentes, observari mandavit Sac. diem 6. Januarij inclusivè.

Rit Congr. die 9. Nov. 1622. ob Ra-

## TITULUS LXIII.

### De Dominica I. Adventus, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**Q**uia totus Ordo Ecclesiasticus additur: omittitur enim post Gra-  
Officiorum Divinorum hujus duale in Missis, quæ dicuntur in Fe-  
Temporis dispositus ac in- rijijs de Adventu: additur autem Gra-  
stitutus est à Matre Ecclesia juxta duali Missæ Dominicalis, uti & mol-  
contemplationem triplicis Adventus tis Antiphonis, quæ eodem Tempo-  
Domini, nempe unius, quò venit, re dicuntur. Tacetur Hymnus An-  
*ut Homo fieret*, dein alterius, quò ven- gelicus in Missis de ipso Adventu,  
turus est in *sine vita cujusque nostrum*, non autem in Missis Festivis: ma-  
ac denique tertij, quò venturus est dicitur, Hymn: *Te DEam* in Officijs  
in *sine Mundi*, ac horum *primus*, ob- de Tempore, bene autem in Officijs  
servante Durando, *spem generat*, *se-* de Festivis. Præterea toto Tempore  
*cundus* & *tertius* verò *Timorem* inquit, Adventus, quando Officium fit de eo  
ideo Tempus Adventus Domini (ut adhibetur Color Violaceus, etiam  
notat Gav: Tom. 1. P. 4. Tit. 1.) par- in illis Dominicis, quæ infra Octa-  
tim est *Tempus luctus*, partim verò *le-* vam alicujus Festi occurrunt, adeo-  
*titia*: unde Icones & Altaria ex mo- que omnia Altaria, etiam Tabernacu-  
re quarundam Ecclesiarum partim culum Ss. Sacramenti ijs diebus de-  
velantur, partim aperta relinquitur bent ex præscripto S. R. C. esse par-  
hoc Tempore: Eadem de causa ta Colore Violaceo Teste Bauldryo,  
*Alleluja* in quibusdam Officijs de Tem- cum tamen extra Adventum, & illud  
*poro* omittitur, in quibusdam verò Tempus, quod est à Septuagesima  
ulque

usque ad Sabbatum Sanctum, in Dominicis infra Octavas occurrentibus etiam in Officio & Missa de Dominica adhibeatur. Color Festo conveniens: Diaconus & Subdiaconus in majoribus Ecclesijs (puta Cathedralibus, Collegiatis, & insignioribus Regularium) in Missis de Adventu utuntur planetis plicatis ante pectus, idque ex dispositione Missal. & Sac. Rit. Congr. Decreto, exceptâ Dominicâ III. quæ dicitur *Gaudete*, in qua utuntur Dalmaticis consuetis & Tunnicellis, uti & in Hebdomada Dominicam illam subsequente, quando tamen dicitur Missa de eadem Dominica Hebdomadâ hanc subsequente. Planetæ autem illæ sunt ejusdem formæ & Coloris, cujus est Planetæ celebrantis, & vel tantum plicantur intrinsecus usque ad pectus, vel revolutæ aciculis, aut quibusdam vinculis firmanur, ne pars earum anterior decidat; finitâ autem Missâ possunt eadem aciculæ aut vincula auferi, & sic eadem Planetæ etiam Sacerdotibus alijs pro celebratione Missarum intervenire, uti post Bauldryum P. 4. c. 1. observat Gerlac: Vinit: in Compend. Sac. Rit. P. 6. Tit. 1. ubi etiam declarat *Ordinem ac Tempus* deponendi ac resumendi ejusmodi Planetæ, uti & stolam latiorum sumendi ac deponendi, à Subdiacono, & Diacono respectivè observandum in Missa solenni: In *Minoribus* verò Ecclesijs Diaconus ad

Missam solennem Ministrat tantum indutus Albâ, stolâ, & Manipulo Coloris Violacei, Subdiaconus autem Albâ & Manipulo tantum: Exceptâ tamen iterum Dominicâ tertiâ Adv: & ijs diebus, in quibus dicitur Missa de ead: Dominica: quia tunc utuntur Dalmaticâ & Tunnicellâ, &c. ut ibi.

*Causas* tum *Mysticas*, tum *Historicas*, tum horum, tum omnium universim *Ceremoniarum*, & *Rituum*, in Ecclesia Orthodoxo-Catholica non modò per Adventum, sed & per reliquum totius anni decursum usurpari solitorum, vide apud Gavarr: & A.A. ab eod: citatos. His de Adventu generatim præmissis, nunc ad *Singular. Dominicar. & Hebdomadam* illius usq; ad Nativitatem Domini inclusivè Declarationem progredior.

Dominicâ I. *Adventus* est *Dominica Major* 1. *Classis*, ac proinde una ex illis, quæ nunquam omittuntur, suntque ita Privilegiatæ, ut quodcumque Festum in illis occurrens illis cedere ac transferri debeat in diem aliam non impeditam: imò si etiam alicubi *Titulus*, aut *Festum Patronij* (v. g. Lucernæ, ubi Templum Soc. Jesu S. Franciscò Xaveriò gaudet Patronò) in hac Dominica occurrat, & quidem non sine ingenti ad celebrandum alioqui Tale Festum populi concursu, non tamen fas esse amplius etiam in tali Ecclesia cantare 2. Missas, unam *de die*.  
N n 3                      alte.

alteram de Festo per modum votivæ solennis ratione ejusmodi Festi Titularis, aut Populi concursus ad celebrandum Festum, quod transferri debet, constat ex recentiore Missalis Rubrica de Translatione Festorum Tit. 6. n. 1. Eâ tamen non obstante votiva solennis de B. V. (vulgò ab ejus Introitu dicta *Rorate*) quotidie per Adventum, adeoque etiam hæc Dominicâ, ex recepta consuetudine in pluribus Germ. locis solet decantari cum *Gl. & Cr.* Quia autem à Dominica I. Adventus non modò totus Officiorum Ecclesiasticorum Ordo, sed etiam ipse *Annus Ecclesiasticus* suum sumit Inicium, ideo antè omnia nôsse oportet, illam esse ac dici *Dominicam I. Adventus*, quæ vel est proximior Festo S. Andreae, vel venit in ipso Festo S. Andreae, ut eam Rubr. Gen. IV. n. 7. ex Durando L. 6. c. 2. describit; vel (ut Alij cum Radulpho Propos. 16. loquuntur) quæ venit post crastinum S. Catharinæ; neque enim ante crastinum, neque in crastino ejus Sanctæ Virginis unquam contingit Inicium Adventus. Hòc prænotatò.

Fit *Officium* DOMINICÆ I. ADVENTUS Ritu semid: 1. Classis in hunc modum: Ad Matutinum Invitatorium: *Regem Venturum Dominum &c* ut ibi; diciturque in OFFICIO de TEMPORE (tam *Feriali*; quàm *Dominicali*) usque ad Dominicam III. Adventus exclusivè. Hymnus: *Verbum*

*Supernum prodiens &c*, pariter ut ibi diciturque & ipse in alijs quoque *Dominicis ac Ferialis* per totum Adventum *Antiphona*, & *Versiculi* Singulorum Nocturnorum, uti notantur in Psalterio pro Tempore Adventus in parte Hyemali: *Psalmi* de eodem Psalterio ut in *Dominicis* per annum. Lectiones, uti notantur in PROPRIO de TEMPORE. Responsorium I. hujus Dominicæ (*Aspiciens à longè &c*) tantum dicitur hac die, & quidem omnino modò, quò ad longum ponitur in Recentioribus Breviariis, nisi quod post *Gloria Patri &c* ab initio repetatur usque ad 1. Versum *Quæ Terrigena &c.* exclusivè: componet illud tres Versus (quale nullum aliud est reperire in toto Breviario, nisi quòd etiam nonum Responsorium Officij solennis Defunctorum præter Versum *Requiem æternam*, dum quoque habeat Versus): Quæ restat Versus extraordinarij hujus Responsorij repræsentant ex mente Durandi 3. Ordines Sanctorum, qui *ante legem*, & *in lege*, ac *post legem* Salvatorem expectarunt: ijs autem in fine additur *Gloria Patri* ad Laudandum Ss. Trinitatem, quæ tandem Redemptorem misit in mundum. Quoniam verò Modus dicendi Responsorium hujus Dominicæ quorundam Peritorum judicìò habendus videtur pro Norma ac Regula, cui universim in modo dicendi Responsorij majora accomodare se debeant Breviaria.

vianj Recitatores, ideo occasione  
 hujus Responsorij oritur, moveretur  
 que hic Quæstio: Qua ratione uni-  
 versim dicenda sint Responsorija ma-  
 jora, ac illa præsertim, quæ plures,  
 id est duos vel tres continent Aste-  
 riscos, seu Stellulas? Quidam enim  
 sic ea recitant, ut post primum Ver-  
 ficulum à primo Asterisco (\*) totum  
 repetant usque ad Verficulum: Alij  
 verò repetunt Responsorium à primo  
 Asterisco usque ad secundum Aste-  
 riscum, ac non ultra, & post secundum  
 Verficulum, vel post *Gloria Patri &c.*,  
 repetunt secundum Asteriscum: Quæ-  
 ritur igitur utrò horum, aut quò tan-  
 dem modò dicenda ac repetenda sint  
 post Lectiones Responsorija majora,  
 ac ea præsertim quæ plures habent  
 Asteriscos, id est Stellulas? Ad 1.  
 hujus Quæstij Partem §. 1. observan-  
 da imprimis esse, quæ cum in Rubri-  
 cis Generalib: Tit. XXVII. n. 2. & 8.  
 nec non in proprijs Locis annotan-  
 tur. §. 2. Tamen ex præscripto an-  
 tiquissimi Libri (cui Titulus: ORDO  
 ROMANUS) apud Gav: Tom. 2. S. 5.  
 c. 13. n. 5. Is, qui inchoat Responso-  
 rium, dicere etiam debeat Versum  
 integrum, imò & *Gloria Patri* (par-  
 enim est ratio) cæteri verò de Cho-  
 ro id absolvere, ac repetere post Ver-  
 sum, & post *Gloria Patri*, ut id ipsum  
 dicamus omnes inquit Rupertus L. 1.  
 de Offic: c. 15. & non sint in nobis Schi-  
 smata. Hodie tamen (ut norat Loh-  
 nerus Instr: pract: 2. P. 2. Tit. 1. §. 10.  
 n. 7.) multorum contraria est praxis;  
 in privata saltem HORARUM Recita-  
 tione, dum Is, qui inchoat Responso-  
 rium, pergit in illo recitando us-  
 que ad Versum exclusivè, hunc au-  
 tem, uti & *Gloria Patri*, recitat Is,  
 qui Lectionem dixerat. Ad 2. verò  
 Quæstij partem Henr. Pifart. in Di-  
 rect: Canon: Reflex: 16. ad Tit. 27.  
 Rubricar: General: in hunc modum  
 ex Gav: Responder: RESPONSORIUM,  
 inquit à Respondendo deducit Rupertus;  
 quia respondet Lectionibus, tristia tristi-  
 bus, lata latis succinente Choro usque ad  
 VERSUM, quò per LECTOREM pronun-  
 tiatò, fit Repetitio Partis Responsorij ab  
 Asterisco usque ad VERSUM; & si duo-  
 bus Asteriscis divisum sit Responsorium fit  
 tamen post Versum adhuc Repetitio Par-  
 tis Responsorij à primo Asterisco usque ad  
 VERSUM; ac tum post *Gloria Patri* Re-  
 petitio alterius Partis Responsorij à  
 posteriore seu ultimo tantum Asterisco;  
 eò quòd (ut apud Gav: notat Ra-  
 dulphus) Repetitio Responsorij post  
*Gloria Patri* debeat esse brevior, quàm  
 ea, quæ immediatè fit post Versum,  
 atque inde non rarò fit, ut ea perio-  
 dus, quæ est ante VERSUM, dimidiata  
 tantum, aut ad huc magis diminuta  
 repetatur à Choro, ad denotandum  
 (ut ibid: observat Radulphus) quòd  
 in gratiarum actione ad DEUM impares  
 sumus, ac diminuti: utraque insuper  
 Responsorij Repetitio regulariter est  
 imperfecta, hoc est partis tantum. Re-  
 sponseorij; ut fateamur (inquit Duran-  
 dus



dus L. 5. c. 2.) opera nostra esse imper-  
 fecta Dixi: regulariter; nam in ali-  
 quibus Festis est perfecta à Capite us-  
 que ad Versum, ut in primo Respon-  
 sorio *Natalis Domini*; item *Paschatis*,  
 ac *hodiernæ*, hoc est, *primæ Dominicæ*  
*Adventus*, ad denotandam [ut cit: Loc:  
 observat Durandus] plenam Notitiam,  
 & perfectionem Sanctorum. Arque hæc  
 ad Quæsitam occasione Responsorij I.  
 hodiernæ Dominicæ I. Adventus mi-  
 hi proposita, quibus id tantum ad-  
 dō, meō iudiciō universim tam hoc,  
 quàm alia Similia Responsoria eō  
 proportionaliter modō esse dicenda,  
 ac repetenda, quō iuxta receptam in  
 quovis Loco consuetudinem tum in-  
 tra, tum extra Chorum recitari, ac  
 reperi solet Responsorium nonum in  
 Officio Defunctorum, quando in eo di-  
 cuntur 9. Lectiones. Ab hac Domi-  
 nica usque ad Nativitatem Domini,  
 & à Dominica in Septuagesima usque  
 ad Pascha, Dominicis diebus, in qui-  
 bus fit de ea, post nonam Lectionem  
 non dicitur Hymnus: *Te DEum &c.*,  
 sed locō ejus nonum Responsorium  
 cuivis Dominicæ suō locō assigna-  
 tum: cujusmodi Responsorium no-  
 num cum Lectioni de Sancto non  
 conveniat, ideo, si in ejusmodi Do-  
 minica, in qua dicitur Responsorium  
 nonum, Festum aliquod Simplex occur-  
 rat, propriam aliqui Lectionem [seu  
 unam, seu duplicem] habens, non  
 diceretur de illo 9. Lectio in Officio  
 Talis Dominicæ, sed tantum fiet de  
 eo Commemoratio in I. Vesperis, in  
 Laudibus. Rubr. Gen. IX. n. 10. Idem  
 est, quando 9. Lectio legenda est in  
 Homilia alicujus Dominicæ, vel Feste  
 occurrente aliquo Festo in aliqua Do-  
 minica, vel Feria majore, in qua  
 de Festo 9. Lectionum, ut ibid. in  
 Laudes dicuntur Antiph. propriæ, ut  
 notantur in loco in PROPRIO de Temp.  
 Psalmi de Psalterio, ut in Dpminicis  
 per Annum. Capitulum, Hymnus,  
 Versus, Antiphona ad *Benedictus*, &  
 Oratio dic: prout notantur in loco  
 in eod: Propr: de Temp: sine Suffra-  
 gijs quidem Sanctorum, atramentum  
 cum Commemoratione Feste Simplicis  
 si quod occurrat. Quod si in hodi-  
 ernæ, aut alia Dominicæ Adventus occu-  
 rat *Dies Octava* alicujus Feste [v. g. in  
 Catharinæ, ubi ea est Patrona Tem-  
 pli] fiet in laudibus, ac etiam 2. V-  
 speris Dominicæ hujusmodi Privile-  
 giatæ de *Die* illa *Octava* post Oratio-  
 nem Dominicæ solummodo Com-  
 memoratio, ut in Laudibus, ac 2. V-  
 speris Festi, omisis tamen ad *Primam*  
 & *Completorium* precibus Dominica-  
 libus [nequaquam verò Psalmo *Con-  
 fitemini*, ac Symbolo *Quicumque &c.*]  
 alioquin ad *Primam* & *Completorium*  
 in ejusmodi Dominicis dici solent:  
 In Laudibus quoque, ac utrisque V-  
 speris omittuntur tunc Commemo-  
 rationes Communes, etiam extra  
 Adventum. Denique & in *Missâ* [dis-  
 cenda de *Dominica*, cum Com memo-  
 ratione tantum de *Die Octava*] omittuntur

itur 3. Oratio, nisi fortè facienda sit specialis insuper Commemoratio de Festo v. g. simplici, simul occurrente: quæ omnia etiam observantur, si in hac, aut aliâ Dominicâ Advent. occurrat Dies aliqua infra Octavam. Arnaud. *supra cit.* Idem est de alijs Dominicis majoribus privilegiatis.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, ac Nonam Antiphonæ sumuntur ex Laudibus currentis Dominicæ, quartâ prætermisâ. Hymni ad singulas dicuntur, ut in alijs Dominicis per annum. Ad Primam Psalmi: *DEus in nomine tuo: Confitemini Domino: Beati immaculati: & Retribue &c.* cum Symbolo S. Athanasij *Quicumque*, ac cæteris, ut in Psalterio in PRIMA DOMINICALI Tempore Advent: In Responsorio brevi ad eandem dicitur Versus: *Qui venturus es in Mundum: diciturque quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, præterquam in Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V. & infra ejus Octavam, etsi Officium non fiat de Die infra Octavam, sed de Dominica v. g. III. Adventus, infra Octavam occurrente. Ad Absolutionem Capituli Lectio brevis: Domine, Misereere &c.* ut ibi in Psalterio Tempore Adventus, diciturque in Dominicis ac Ferijs usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè. Preces autem Dominicales ibidem positæ dicuntur etiam in Festis, nisi sit Fe-

stum Duplex, aut dies infra Octavam, esto non de hac, sed de Festo v. g. semiduplici, infra eam occurrente fiat Officium. Ad Tertiam, Sextam, ac Nonam Psalmi consueti, ut in Dominicis per Annum: Antiphonæ illarum sumuntur de Laudibus Dominicæ currentis: Capicula & Responsoria brevia autem dicuntur, uti notantur hâc Dominicâ in Propr. de Temp. Oratio Dominicæ currentis. Col. Viol.

Missa dicitur, uti notatur Initiò Missalis in PROPRIO MISSARUM de Tempore Dominicâ I. Adventus. Non dicitur in ea *Gloria in Excelsis*, uti nec in cæteris Missis ab hac Dominica usque ad Nativitatem Domini, nisi in Festis, de quibus fit Officium. In Missis tamen Dominicarum dicitur *Cred.* Ab hac die, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè, post Orationem diei in Missis de Tempore dicitur Oratio: *DEus, qui de Beata Maria &c.*; & post eam vel Oratio contra Persecutores Ecclesiæ: *Ecclesia tua &c.*; vel Oratio pro Papa: *DEus omnium Fidelium &c.*, nisi facienda sit Commemoratio alicuius Festi Simplicis, aut ratione Ferie II. dicenda sit Oratio *Fidelium &c.*; tunc enim post Orationem diei dicitur Oratio de Sancto, aut dicta Orat: pro Fidelibus Defunctis, & tertia de S. Maria: *DEus qui de Beata &c.*, quæ, quotiescunque est ultima, terminatur cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommunio*.

atione in hunc modum: Per eundem Dominum nostrum &c. Præfatio Communis. In Fine Benedicamus, & Evang. S. Joan. Quod si in hac, aut alia Dominica Privilegiata occurrat Dies Octava alicujus Festi, tunc in Missa (dicenda de Dominica) 2. Oratio erit de Octava 3. autem non dicetur. Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 6. Idem est, si hæc, aut alia Dominica Adventus occurrat dies aliqua infra Octavam alicujus Festi.

Vespera, nisi cras faciendum sit de Festo Duplici, dicuntur de Dominica currente sic: Antiphona sumuntur de Laudibus hodierni Officij, Psalmi uti in Dominicis per annum. Capitulum, Hymnus, Versus, & Oratio, uti in 1. Vesperis. Antiphona ad Magnificat propria. Si cras occurrat Festum semiduplex, aut dies infra Octavam, vel Festum simplex, fit in 2. Vesperis Dominicæ de illis Commemoratio, & in Completorio dicuntur Preces Dominicales, nisi sit Dominica infra Octavam, aut in ipsam hodiernam Dominicam incidat Dies Octava alicujus Festi: suspendi tamen, seu cessare Suffragia Sanctorum à 1. Vesperis Dominicæ I. Adventus, usque post Octavam Epiph. ex supra jam dictis constat. Col. Viol. Si in hodierna, aut alia Dominica Privilegiata, seu intra, seu extra Advent. occurrat Dies Octava, fit de illa in hodiernis Vesperis Commemoratio, ut in 2. Vesperis Festi, & quidem ante Com-

morationem de Festo semiduplici, si Dominica cum sequenti Festo semiduplici concurrat; quia tunc Vesperæ sunt totæ de Dominica, ut modò dictum, de Festo autem semiduplici in hodiernis Vesperis tantum facienda est Commemoratio (ut in 1. Vesperis ejusdem) in pari autem gradu Commemoratio nobilior est Diei Octava, quam Semiduplicis Commemoratio, ideo dicens est, ut ante Commemorationem de Festo Semiduplici fiat Commemoratio de Die Octava, ut in 2. Vesperis Festi. Gav. loc. supra cit. n. 14.

Quod si autem cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ hodiernæ dicentur integræ de eo; de Dominica autem currente fiet in illis Commemoratio (etiam si Festum sequatur 1. vel 2. Classis) & postea prima de Die Octava, si quæ hodie extra primum casum occurrat. Idem si cras simul cum Duplici per annum Dies infra Octavam occurrat. Col. Festo Conveniens. Si cras fiat Feria, hodie post Vesperas Dies dicatur Vespera Defunctorum, omisso in Vesperis Dominicæ Versu: Fidelium anima &c. ac Antiphonâ Alma Redemptoris &c. Et sic servatur etiam in sequentibus Dominicis Adventus, nisi in Feriam II. incidat Vigilia Natalitii, in qua cum non sit recitandum Officium Defunctorum, ideo nec Dominica præcedente recitanda sunt Vespera Defunctor.

**TITULUS LXIV.**  
**De Ferijs infra Hebdomadam I. Adventus occurrentibus.**

**A**D OFFICIUM hujus Temporis quod attinet, in Adventu non fit de Festo, nisi fuerit *Duplex*, vel *Semiduplex*: Quale si occurrat in aliqua Dominica Adventus, transfertur regulariter in primam diem, Festo, aut Officio aliò 9. Lectionum non impediam: de *Simplici* autem Festo in Adventu occurrente, fit tantum suis locis Commemoratio (sine aliqua de illo Lectione) toto Tempore Adventus, nisi etiam Commemorationem de illo Qualitas Officij, vel Festi currentis (v.g. *Duplicis* 1. aut 2. *Classis*) vel extorto, vel ex parte excludat. Dixi autem: *Regulariter Festum 9. Lectionum in aliqua Dominica Adventus occurrens transferri in diem proximam 9. Lectionum Officiò non impediam*: quia licet id absolute verificetur de quocunque Festo in Dominica I. Adventus occurrente (ed quòd illa sit *Dominica Major 1. Classis* excludens à se juxta supra dicta etiam Missæ solennis Festivæ celebrationem) non tamen id perinde verificatur de omni Festo in II. vel III. vel IV. Dominica Adventus occurrente; cum enim hæc 3. Dominicæ sint tantum Dominicæ *Majores 2. Classis*, ideo si in

illis occurrat vel *Patronus Principalis* vel *Titularis Ecclesie*, vel hujus *Dedicatio*, saltem quodlibet horum 3. Festorum potest in dictis 3. Dominicis celebrari, si in aliqua illarum occurrat, cum Commemoratione tamen Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non ultimo in hac de ead: Dominica Evangel: & 9. Lect. in Officio. *Rubr. Gen. IX. n. 4. & X. n. 1.* Alia tamen Festa, quæ non cum tanta sollemnitate, ac in propria tantum Ecclesia celebrantur, esto sint *Duplicia 2. Classis*, etiam hæc Dominicæ excludunt. Itaque his præsuppositis, si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventus occurrat Festum 9. Lectionum (seu *translatum*, seu non *translatum*) fit de eo Officium, & Missa, cum Commemoratione tamen de *Feria Adventus*, quæcunque illud sit Festum, utpotè de *Feria majori* necessariò faciendâ, sumendo Oratione pro Commemoratione Feriæ ex Dominica præcedente, nisi *Feria* illa sit *Feria 4. Temporum*; In Ferijs enim 4. Temporum propria habetur Oratio, suo locò notata, ac proinde pro Commemoratione talis Feriæ Adventual. tunc assumenda: & quia hæc Feriæ (nempe 4. Temporum) etiam proprias habent

bent Lectiones in suo Officio, ac propriam Missam, ideo, si Festum 9. Lectionum occurrat in aliqua Feria 4. Temporum, non tantum fit de ea Commemoratio in Officio, & Missa Festi in ea occurrentis per propriam Orationem, sed etiam legitur 9. Lectio de Homilia in Evangel: illius Feriæ in Officio, & ultimum de eadem Evangel: in Missa Festi ejusmodi 9. Lectionum: De alijs autem Ferijs Adventus (esto & ipsæ sint majores) nec dicitur 9. Lectio in Officio, nec ult: Evangelium in Missa Festi, sed tantum fit de ijs tam in Officio, quam in Missa Festi Commemoratio per Orationem Dominicæ præcedentis; quia nempe nec Lect. de aliqua Homil. (sed tantum de Scriptura occurrente) nec propriam Missam habent, sed tantum resumitur in ijs Missa Dominicæ præcedentis, modò post referendò, si de illis fiat Officium.

Qui habent à Sede Apostolica Indultum, ut semel vel pluries diebus Festo 9. Lectionum non impeditis in Mense vel Hebdomade possint dicere Officium & Missam de SS. v. g. Sacramento, aut aliquo Sancto &c, non possunt vi illius id facere in Ferijs Adventus, aliisque Ferijs majoribus, uti nec in Vigilijs &c, etiamsi in Indulto nulla sit facta specialis mentio hujusmodi Dierum, ut constat ex Decr. S. R. C. Feriæ IV. Cinerum allegato.

Si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventus occurrat Dies


infra Octavam alicujus Festi (v. g. Conceptionis B. V. M. aut S. Francisci Xaverij, quorum illud nunc in Ecclesia universalis, hoc verò à Societate JESU celebratur cum Octava) tunc pariter Officium ac Missa Ritu semiduplici de Die infra Octavam cum Commemoratione Feriæ ventus, ut paulò antè, ac post eum Festi Simplicis, si quod occurrat, exceptis tamen quoad Missam Ferijs 4. Temporum; in his enim infra Octavam aliquam occurrentibus Officium fit quidem De Die infra Octavam cum Commemoratione Feriæ 4. Temporum, & 9. de eadem Lectione, ac verò Missa juxta recentioris Missalis Rubricam Tit. III. n. 2. dicenda est de Feria 4. Temporum, cum Commemoratione Octava, ut infra P. I. & III. suis locis dicitur. Idem est de Vigilijs infra Octavam aliquam occurrentibus (exceptis ijs, quæ veniunt infra Octavam Corporis Christi, de quibus itidem suo loco) in quibus pariter Officium dicitur de Die infra Octavam cum Commemoratione Vigiliæ (sumendo Antiph: & Vers: pro ea ex Fer: currente) & 9. in eadem Lectione; quando Vigilia extra Adventum occurrit, nihil autem faciendò de illa in Officio die infra Octavam, quando Vigilia aliqua intra Adventum occurrit: Missa vero omnino dicitur de Vigilia in tali casu; aliter tamen si intra, & aliter, extra Adventum occurrat: nam si oc-

currat extra Adventum, Oratio 2. est de Octava. 3. de Simplici, si quod occurrat, aut, si nullum occurrat, de S. Maria Concede nos, nisi aliter notetur: si verò occurrat intra Adventum (etiam in Feria II.) tunc II. Oratio est de Octava. 3. de Feria Adventus ex Dominica præcedente. 4. de simplici (v. g. S. Saturnino) si quod occurrat; & tunc addenda est etiam 5. DEUS, qui de B. M. V. prout hoc ordine rectè præscripsit Orationes pro Missa Vigiliæ Directorium Constantiense, cum pluribus ab hinc annis Vigilia S. Andreae caderet in Diem IV. infra Octavam S. Conradi Confessoris & Episcopi Constantiensis (illius Dioceseos Patroni) quæ erat Feria II. post I. Dominicam Adventus, in qua proinde ob currentem Octavam non dicebatur ibi in Missa Vigiliæ Oratio *Eidelium*. Col. Viol.

Licet autem, quando Missa discordat ab Officio (ut discor dat, quando Vigilia aliqua, quæ jejunatur, aut Feria 4. Temporum, aut Feria II. Rogationum veniunt infra aliquam Octavam) Color Altaris sequatur Officium, Color verò Vestium Sacerdotalium, puta Casula, Stola, ac Manipuli, utri & Bursæ Corporalis, ac Veli calicis debeat esse conformis Missæ, adeoque in nostro casu hæc quinque posteriora debeant esse *Violacei Coloris*; pro Missa tamen solenni conveniens esse, ut *Pallium* quoque Altaris. (vulgò *Antependium*) concorderet cum *Colore Paramentorum*

Sacerdotis, notant Gavant: & Arnaud.

Si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventus, occurrat in aliqua Feria Adventus aliqua Vigilia (v. g. S. Andreae, vel S. Thomæ) & Festum 9. Lctionum aut Dies infra Octav: non occurrat, nihil fit in Officio de Vigilia, ne quidem aliqua de illa Commemoratio, sed fit solummodo Officium de Feria currente; & verò Missa fit de Vigilia cum Commemoratione Feriæ Adventus, quantumvis de Vigilia non sit factum Officium: Excipitur tamen Vigilia Nativitatis Domini; de hac enim non modò fit Missa, sed etiam Officium, ut suo locò. Quòd si alicubi in aliqua dictarum 2. Vigiliarum, incidentiam in Adventum, occurrat Festum 9. Lctionum, fit de eo Officium, & in Missa Commemoratio tam de Feria Adventus, quàm de Vigilia, & de priore quidem, nempe de Feria Adventus, fit in Missa Commem. in tali casu ante Commemorationem Vigiliæ: Ratione Gav. ad Rubr. cit. n. 4. dat hanc: quia licet quoad Missam Vigiliæ alius sit Ordo (si nempe Missa dicatur de Vigilia) in Missa tamen alia, nempe de Festo, dignior est illa Oratio, quæ dicitur in Officio, in hoc autem dicitur Oratio de *Feria Adventus* per modum Commemorationis in ejusmodi Festo, nullò autem modò dicitur in eo Oratio de *Vigilia*. *Similem serè Casum* (inquit idem Auctor)



Etor) habes in Festo S. Leonis 28. Junij, in cuius Missa Oratio de Vigilia posterior est Oratione de Octava Nativ. S. Joannis licet in Sabbato Missa Vigilia praeferatur Missa de Octava S. Joannis, ut constat ex Rubric. Missalis Festo S. Leonis praefixa. Et Ratio est; quia juxta Rubric. Gen: Missal. Tit. VII. n. 3. Oratio 2. est regulariter de eo, de quo fit Officiū. Additidem Gav. si in Vigilia incidente in Adventū occurrat Festū 9. Lectionū, non tantum faciendam esse in Missa de Festo prius Commemorationem de Feriali Adventus, quam de Vigilia, sed nec Evangelium in fine talis Missae legendum esse de Vigilia, uti nec in Officio, nec in Missa Quatuor Temporum legitur de ea Evangelium, quando in ijs occurrit Vigilia. Quod si Vigilia (v. g. S. Andreae) non tantum incidat in Feriam Adventus, sed in eadem Vigilia simul occurrat Festum simplex, Officium tunc quidem adhuc fiet de Feriali Adventus modò mox Feriali II. hujus Hebdomadae declarandò, nihilque in eo fiet de Vigilia; Missa tamen dicetur de Vigilia (sine Glor. & Cr.) & in ea Oratio 2. erit de Feriali Adventus. 3. de Festo simplici occurrente; quod si Vigilia illa insuper incidat in Feriam II. adeoque praeter Commemorationem de Festo simplici, etiam ratione Feriali II. dicenda sit Oratio Fidelium, dicetur ista quartò, id est penultimò locò, ac insuper ei addetur Oratio quinta: *DEUS, qui de B.*

*M. V.* cum ex una parte in Missa quae Ritu simplici celebrantur, Orationes juxta Rubric. oporteat esse impares, ex altera autem parte earundem Rubric. praescripto Oratio Fidelium in Missis Vivorum semper dicenda sit locò penultimò: unde si in Vigilia incidente in Feriali II. Tempore Adventus, non occurreret Festum simplex, tunc 2. Oratio esset Fidelium. 3. autem de Feriali Adventus, nisi liberè malles unum sim 5. aut 7. dicere, tunc enim 2. locò diceretur Oratio de Feriali Adventus. 3. *DEUS qui de B. M. V.* penultimò autem locò Oratio Fidelium. Praefixa in Missa Vigiliae dicitur Commemorationem (et quidem in Missa Conventuali con-feriali) etiam si Festum, cujus est Vigilia, propriam habeat Praefationem: in Fine ejusdem Missae dicemus, ac Evang. S. Joannis Col. Viol.

Quando alicubi in Vigilia amittitur Festum Duplex, aut Semiduplex, in Dies Octava alicujus Festi, tunc Officium, & Missae privatae quidem fiant dicuntur ut supra; At verò in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantantur 2. Missae, una de Festo, seu Die Octava, post TERTIAM, altera de Vigilia post NONAM, in quarum illa non quidem erit facienda aliqua de Vigilia Commemoratio; nec in ista aliqua Commemoratio de Festo; aut Die Octava, vel die infra aliam Octavam, si tamen simul occurrat aliqua Feriali

de qua facienda sit Commemoratio (v. g. FERIA Adventus) aut simul Dies infra Octavam, aut Festum Simplex, tunc Commemoratio dies infra Octavam, vel Festi Simplex facienda est in Missa de Festo, seu de Die Octava, & non in Missa Vigilia (ut constat ex Missali 28. Junij, & 20. Septembr.) Commemoratio autem Ferie facienda est in Missa de Vigilia; quia sunt ejusdem Rationis, Oratio autem tertia tunc erit, quæ aliàs 2. locò diceretur: & in utraque diceretur in fine Evangelium S. Joan. Rubr. Gen. Missal. VII. n. 2. & Gav. ibid. Qui insuper ad Rubr. Gen. Missal. III. rectè observat, etiam si in Eccles. Cathedr. & Collegiatis dicendæ sint dictò modò 2. Missa Conventuales, quando Vigilia aliqua occurrat in Die Octava alicujus Festi, non tamen id procedere, si Vigilia quæpiam occurrat solummodo in Die infra Octavam. Quod etiam monet Arnaud: allegans Declarationem S. R. C. P. 1. Tit. 3. n. 1.

Si denique infra hanc, aut aliam Hebd: Adventus, in FERIA II. nec incidat Festum Duplex, aut Semiduplex; nec Dies infra Oct: nec Dies aliqua Oct: tunc FERIA II. Officium, & Missa juxta Rubric: sic ordinantur: Ad Matutinum dicitur Invitatorium, & Hymnus uti Dominicâ proximè præcedente: Antiphona, & Psalmi de FERIA currente, ut in Psalterio. Versus, uti notatur in Psalterio pro FERIA currente Tempore Adventus, Lectiones au-

tem & Responsoria pariter prout notantur in Proprio de Temp. pro FERIA curr.

Ad LAUDES dicuntur Antiphona usque ad Diem XVII. Decembr. exclusivè de FERIA currente, ut in Psalterio per annum: Psalmi verò de FERIA currente, ut in eodem Psalterio usque ad Vigiliam Nativ: Domini exclusivè: CAPITULUM (Venite et ascendamus) uti notatur FERIA II. post Dominicam I. Adventus in Propr. de Temp. Hymnus (En clara vox) ex Laud: Dominicæ. Vers: Vox clamat: Antiph: ad Bened: quotidie Propria. Oratio Dominicæ præced: ante eam verò dicuntur preces feriales cum Psalmo De Profundis ad Laudes, & quidem flexis (saltem in Choro) genibus, ut ibi, ac modò supra descriptò: id quod etiam fit ad reliquas Horas in Officio feriali. Post Laudes Diei (nisi quoad hoc alia sit consuetudo Ecclesiarum) quavis FERIA II. Adventus, in qua non occurrat Festum, aut Officium 9. Lectionum, dicitur I. Nocturnum, & Laudes Officij Defunctorum, omisso post Laudes Diei Versu: Fidelium anima &c. & sic usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè. Quòd si toto Mense Decembri alicubi, aut aliquando non occurrat FERIA II. in qua Officium Defunctorum recitari possit (quòd omnes sint impedite Officij 9. Lectionum) non propterea in tali casu est recitandum in alijs Ferijs; quia in Adventu (idem



(idem est de Quadragesima) quoad hoc nulla habetur Ratio Mensis, sed tantum Feriæ II. ut constat ex Rubricâ. Dixi autem 1. usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè; quia si Vigilia illa veniat in Feriali II. Hebdomadæ IV. Adventus, non erit recitandum in ea Officium Defunctorum; neque etiam pridie dicendæ ejus Vesperæ. Gav. & Arnaud. Dixi 2. in Adventu; si enim in Mense Decembri ante Adventum (v. g. Sabbato ante Dominicam I. Adventus incidente in 1. Diem Decembris) occurrat Feriali non impedita Officio 9. Lectionum, dicitur omnino pro illa die Mensis Decembris non impediri Officium Defunctorum cum Oratione Fidelium in Missa, & pridie etiam Vesperæ Defunctorum &c. Pari modo si prima Dies Decembris occurrat Feriali VI. aut Sabbato, pariter dicitur eâ die Officium Defunctorum &c, pro 1. die Mensis, & sequenti Feriali II. iterum dicitur pro Adventu, si fiat de Feriali. Bauldry P. 4. c. 1. n. 8. Quomodo Tempore Adventus ordinandæ sint Missæ Motivæ tam de B. V. quàm de alijs Sanctis, Vide infra P. III. Tit. De Missis Motivis.

Ad PRIMAM (quæ quoad cætera dicitur in Ferijs Adventus ut in Feriali Officio per annum) Antiphona sumitur in Ferijs hujus & seqq. Hebdomadæ ex Laudibus Dominicæ præcedentis, quamdiu ad Laudes Feriæ currentis propriæ non

assignantur in Propr. de Temp. Capitulum: Pacem & Veritatem &c. in Psalterio. In Responsorio dicitur: Qui venturus es in Mundum post illud verò Preces Ferialis Hebdomadæ, uti notantur in Psalterio Prima Feriali. Ad Absolutionem Capituli à Dominica I. Adv. usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè in Feriali quoque Officio dicitur: Domine Misere nostri &c.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam in Ferijs Adventus pariter sumuntur Antiph. ex Laudibus Dominicæ præcedentis, quamdiu ad Laudes illarum Propriæ non assignantur. Capitula verò, & Responsoria breviorum Horarum dicuntur in Officio Feriali usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè, uti notantur in Psalterio II. post Dominicam I. Adventus in Propr. de Temp. atque etiam in psalterio in Recentioribus. Breviorum pro Temp. Adventus; dicuntur ad singulas Horas Preces Ferialis Hebdomadæ, ac post eas Oratio Dominicæ proximæ præteritæ, quando propria non assignatur. Col. Viol.

Ad Missam hujus, ac subsequentiæ Feriarum quod attinet, quando infra Hebdomadam dicenda est Missa de Feriali, resumitur Missa Dominicæ proximæ præcedentis, quæ tamen sine Gloria, & Credo, & Graduale omittitur Alleluja, ac Vesperæ

sus sequens: Oratio 2. de S. Maria: *DEus, qui de Beata &c.* 3. vel contra persecutores Ecclesiae: *Ecclesie tue &c.*; vel pro Papa: *DEus omnium Fidelium*, uti notantur in Missa Dominicæ I. Adventus: nisi facienda sit Commemoratio de *Festo simplici*, aut dicenda Oratio *Fidelium*, uti dicenda hæc est quavis Feriâ II. Adventus, in qua fit de ea, usque ad Vigiliam Nativ. Domini. Nam si occurrat *Festum simplex*, post Orationem diei dicitur Oratio de Sancto. 3. autem Oratio tunc est de Sancta Maria: *DEus, qui de Beata &c.*; si verò dicenda sit Oratio *Fidelium*, dicenda illa est locò penultimò, adeoque si non facienda sit insuper alia Commemoratio (v. g. de *Festo simplici*) dicetur illa 2. locò. 3. autem locò illa, quæ alioquin esset 2. nempe: *DEus, qui de Beata &c.*, quæ quando est ultima cum correspondente sibi *secreta*, ac *Postcommunionem* terminatur per verba: *per eundem &c.* Si verò faciendâ sit insuper Commemoratio de *Festo simplici*, aut in Missa *Vigiliæ* Commemoratio *Feriæ Adventus*, 2. Oratio erit *Fidelium*, 3. de *Festo simplici*, aut *Feriâ Adventus*. Quòd si denique non tantum una aliqua alia Commemoratio, sed duæ sint faciendæ in *Missâ Feriæ* (idem est de *Missâ Vigiliæ*, v. g. in casu, quò *Vigilia S. Andree* incidit in *Feriam II.* post *Dominicam I. Adventus*) tunc quia ex una parte *Orationes Missæ*, quæ di-

citur *Ritu simplici*, debent esse numero impares, ex altera autem parte *Fidelium* in *Missis Vivorum* seu non funebribus, poni penultimò locò, ideo ut hunc fortiatur locum *Oratio Fidelium*, debebunt dici ad minimum 5. *Orationes*. Hinc cum anno 1700. prædicta *S. Andree Vigilia* incidere in *Feriam II.* *Hebdomadæ I. Adventus*, ac proinde *Missâ* diceretur de *Vigilia*. 2. Oratio erat de *Feria Adventus*. 3. de *S. Saturnino Mart.* 4. *Fidelium*. 5. *DEus, qui de B. M. V.* Dixi autem: *Ad minimum 5. in tali casu debere dici Orationes*: quia in *Ferijs* (idè est de *Vigilijs*, quæ *Ritum simplicem* habent) ac *Festis simplicibus* non tantum dici possunt (imò aliquando debent) 5. *Orationes*, sed etiam dici possunt septem, aut plures, modò impares, & modò inter eas *Fidelium* obtineat penultimum locum. Hæc de *Orationibus* in *Ferijs Adventus* in *Missâ* dicendis. Præfatio, quando *Missâ* dicitur de ea, est ultima seu *Communis*. In fine *Missæ* dicitur *Benedicamus*, & *Evangel.* *S. Joan. Col. Viol.* si quis morbo perierit in 209

Cæterum cum juxta Rubr: Gen: *Missal: V.* quavis *Feriâ II.* cujusvis *Hebdomadæ*, in qua *Officium* sit de *Feria*, non habente propriam *Missam*, etiam *Missâ Principalem* dici possit pro *Defunctis* (*Missâ* nempe *quotidiana*) ideo in *Ferijs* quoque *secundis Adv: Missâ* etiam *Principalem* pro *Defunctis* dici poterit, ut ibi.

P P

Cum

Cum verò in Adventu Missa dicitur de Festo duplici, vel semiduplici, vel de Vigilia, vel de Die infra Octavam, vel de Die Octava alicujus Festi occurrente modò paulò superius descriptò, semper fit Commemoratio de de Feria Adventus, utpote Feria majore, in Missis saltem privatis (nam si in quapiam Ecclesia, in qua celebrantur eodem die plures Missæ, cantaretur Missa Votiva solemnior, cantanda esset sine omni Commemoratione) ut supra; & pro ejus Commemoratione dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, nisi sint 4. Tempora; in hæc enim si incidat Festum, aut Officium 9. Lctionum in Adventu, sumitur pro Commemoratione Feriæ currentis Oratio cuivis Feriæ 4. Temporum propria, & quidem Feriæ IV. & Sabbato 4. Tempor. illa, quæ in Missa harum duarum Feriarum est prima, utpote quæ concordat cum Officio talis Feriæ.

De Festis Simplicibus in Adventu occurrentibus fit tantum Commemoratio tam in Missis de Tempore, quam de Sanctis, & in istis quidem post Commemorationem de Vigilia, aut Feria currente.

Vesperæ hujus, & cujuslibet seqq. Feriarum, in qua fit Officium de ea, dicuntur semper de Feria currente, ut in Psalterio per annum quoad Antiphonas ac Psalmos feriales: Capitulum verò (Non auferetur sceptrum) uti notatur Feriæ II. post Do-

minicam I. Adventus in Proprio Temp. Hymnus [Creator Alme] & Versus [Rorate Cæli &c.] I. & II. Vesperis Dominicæ I. Antiphona ad Magnificat quotidie propria. Oratio ex Dominicâ præcedente [etiam Feria IV. & VI. 4. Temporum] eisque præmittuntur flexus ut supra, genibus, Preces feriales cum Psalmo Miserere, prout notatur post Vesperas, aut certè post Laudes Feriæ II. in Psalterio. Quòd si occurrat Festum Simplex, fit de eo post Orationem diei Commemoratione verò Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum, imò & de Cruce cessant, seu suspenduntur ex toto Tempore Adventus.

Ad Completorium [recitandum de reliquo ut in alijs Ferijs per annum] dicuntur rursus [flexus, ut supra, genibus] Preces ibidem prædictæ. Col. Viol.

Feriæ III. IV. V. & VI. infra Hebd. dicitur Officium de ea, ac Missæ feriales uti Feriæ II. præced: juxta quantum tanquam Normam reliquarum Feriarum hujus Temporis, ordinatur Officium feriale usque ad Vigiliam. Nam per totum Adventum, exceptis Lctionibus, & harum Responsorijs, non Antiphonis ad Benedictus, & ad Magnificat, quæ quotidie ponuntur, assignantur Propria in Proprio Tempore. Officium quoque Defunctorum, & Oratio Fidelium in solis Ferijs II. [quantum est ex vi Rubricæ]

rum] Tempore Adventus dicantur. Col. Viol.

In SABBATIS Adventus non im-  
peditis Officiò, aut Festò 9. Lectio-  
num, licet Officium non fiat de S. Ma-  
ria in Sabbato, dicitur tamen MISSA  
PRINCIPALIS de ea [ *Votiva* scil: de S.  
Maria ab Adventu usque ad Nativit. Do-  
mini, quæ incipit: *Rorate* ] in Para-  
mentis Albis cum Commemoratio-  
ne de Adventu, nisi fuerint *Quatuor*  
*Tempora*, vel *Vigilia*; his enim in e-  
jusmodi Sabbatum incidentibus dicitur  
*Missæ* etiam *Principalis* de Sabbato  
4. *Temporum*, vel de *Vigilia*, ut supra,  
ac suo locò: Porrò in Missa ejusmo-  
di de B. M. in Sabb: Temp. Adv: dicitur  
*Gloria* sine *Credo*, Oratio 2. de  
Feria Adventus, 3. de S. Spiritu, aut  
de Festo simplici, si tale occurrat.  
Præf. *Et te in venerat.* In fine *Ite*. &  
Evang: S. Joan. Tamen si autem in  
hujusmodi Sabbatis, in quibus Offi-  
cium & Missa discordant, *Color Para-*  
*mentorù Sacerd:* debeat esse conformis  
*Missæ Votive* de S. Maria, atque adeò esse  
*Albus*; *Color Altaris* tamen, nempe  
*Antependij* &c, sequitur Officium, at-  
que adeò est *Violaceus*, exceptâ Missâ  
solemni, in qua est albus. Gav: *Tom. I.*  
*P. 1. Tit. 18. in fin.* Dixi autè supra: *Missæ*  
*Principalis*, seu *Conventualis*; nam ad  
*Missas privatas* quod attinet, resumitur  
[ *per se loquendo* ] etiam in *Sab-*  
*batis Adv:* in quæ nec *Festum 9. Lectio-*  
*num*, nec *Feria 4. Temporum*, nec *Vigi-*

lia incidit, Missa Dominicæ præce-  
dentis, sine *Glor:* & *Cred:* ac sine *Alle-*  
*luja*, & Versu seq: post *Graduale*: &  
in ea Orat. 2. *DEUS, qui de B. M. V.*  
3. *Ecclesia*, vel pro Pap: nisi facien-  
da sit *Commemorat: simplicis*; tunc  
enim 2. est de simplici. 3. *DEUS, qui*  
*de B. M. V.* Præf. *Commun:* in fin.  
*Benedicamus*, & *Evang:* S. Joan. *Col.*  
*Viol.* Dixi autem rursus: *Per se Lo-*  
*quendo*; quia, licet Rubricæ non  
præscribant, ut *Missæ* etiam priva-  
tæ in ejusmodi Sabbatis dicantur de  
B. M. V. in Sabbato, non tamen dici  
de illa eas prohibent, imò etiam con-  
venienter dicuntur de ipsa eo in casu:  
cùm *Missæ votivæ privata* dici possint,  
quocunque die *Officiù* non est *Duplex*,  
aut *Dominica in foro celebris*, nec talis  
occurrit dies, in qua etiam de Festo  
duplici facere *Missam* est prohibi-  
tum, cujusmodi dies sunt: *Vigilia*  
*Nativitatis Domini*, & *Vigilia Penteco-*  
*stes*, item *Feria IV. Cinerum*; *Feria c-*  
*mmes Hebd. Majoris*, ac *Dies infra Octa-*  
*vam Epiphania*, *Paschatis*, & *Penteco-*  
*stes*. Atque hæc de *Missæ* in Sabbatis  
Adventus.

Ad Officium quod attinet, in  
SABBATO ante Dominicam II. Advent-  
us quoad Officium usque ad *Vesperas*  
omnia dicuntur, ac fiunt, ut Ferijs  
proximè præcedentibus; at verò ad  
*Vesperas* & *Completerium* omnia eò mo-  
dò, quò supra Sabbatò ante Domi-  
nicam I. Adventus.

## TITULUS LXV.

### De Dominica, & Hebdomada II. Adventûs.

**D**OMINICÂ, & HEBDOMADÂ II. Adventûs *Officium*, & *Missâ* [quam propriam unâ cum *Oratione* habet hæc Dominica] Ordinantur respectivè ad Normam *Dominicâ*, & *Hebdomadâ* I. Adventûs. *Lectiones*, & harum *Responsorîa*, *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnif.* sumendo infra hebd: ex *Propr.* de *Temp.* prout ibi pro qualibet *Feria* *currente* notantur, *Orationem* verò ex *Officio Dominicâ* proximè prædentis. *Col. Viol.* Quid observandum si in hodiernam *Dominicâ* incidat *Dies Octava*, vel *Dies infra Octavam* alicujus *Festi* [v. g. *S. Franc. Xaverij* in *Societate JESU*] aut etiam *festum Patroni principalis*, vel *Titularis* aut *Dedicatio* propriæ *Ecclesiæ*, constat ex dictis *Dominicâ* ac *Hebdomadâ* præcedente.

## TITULUS LXVI.

### De Dominica, & Hebdomada III. Adventûs.

**D**OMINICÂ III. Adventûs [dicta *Dominicâ Gaudete*, ab hodiernæ *Missæ Introitu*] cum sua *Hebdomada* hoc tantum quoad *Officium* & *Missam* habet diversâ à 2. *Dominicis*, ac *Hebdomadis* præcedentibus, quòd in *Officio* mutetur *Inventorium*, & deinceps usque ad *Vigiliam Nativitatis* exclusivè pro: *Regem Venturum Dominum &c.* tam in *Dominicali*, quàm *Feriali* *Officio* dicatur: *Prope est jam Dominus: Venite Adoremus*; ad *Missam* verò *Conventualem* *Diaconus* & *Subdiaconus* hodiè & infra *Hebdomadâ* [si tamen non repetatur *Missâ* *Dominicâ*] utantur *Dalmaticis* consuetis, ac *Tunicis*. Quòd item *Altare aliquantum solenniùs* paretur hæc *Dominicâ*, quàm in alijs [in quibus abstinendum solenniiori apparatu] quòdque hodiè possentur *Organa*; ac demum, si hodierna *Dominicâ*, aut aliqua *Feria* ex eam subsequenter incidat in *Diem* 17. *Decembris*, tunc quoad *Antiphonam* ad *Magnificat*, & respectivè quoad *Ante*

Antiphonas ad Laudes feriales, faciendâ sit aliqua mutatio, uti & circa Lectiones, Orationem, ac Missam in tribus Ferijs 4. Temporum in hanc Hebdom: incidentium, modò post referendò. De reliquo omnia hodie, & seqq. Ferijs ordinantur tam quoad Officium, quàm quoad Missam ad Normam Dominicæ & Hebdomadæ I. ac II. Adventûs. Quòd si hac Dominicâ occurrat *Dies Octava*, aut *Dies infra Octavam* alicujus Festi [v. g. Conceptionis B. V.] fit de ea in Officio, & Missa tantùm Commemoratio, ut supra, nec dicitur tunc 3. Oratione in Missa. Quid agendum, si Festum Patroni, vel Titularis Ecclesie, aut hujus Dedicatio hodie occurrat, vide ibid.

Quòd si hodierna Dominica [idem est de sequenti] vel Feria aliqua hodiernam Dominicam subsequens incidat in Diem 17. Decembr: tunc in Vesperis illius Dominicæ aut Feriæ locò Antiphonæ eidem Dominicæ aut Feriæ ad *Magnificat* assignatæ, ponitur prima ex *Antiphonis majoribus*, hoc est illis, quæ per 7. dies ante Nativitatem Domini ad Canticum *Magnificat* recitantur, incipientes singulæ ab O, dicunturque per Ordinem usque ad Diem ante Vigiliam Nativitatis, & quidem singulæ ante & post *Magnificat* integræ [adeoque duplicantur, sicut in Duplicibus] non obstante, quòd fiat Officium *de Tempore*; si verò Festum

9. Lectio in aliquam illarum Dierum, dicuntur post Orationem Festi pro faciendâ Commemoratione Adventûs cum consueto Versu: *Rorate*, & Oratione illius Dominicæ, vel Feriæ. Exstant hæ Antiphonæ post Officium Dominicæ III. Adventûs in PROPRIO de TEMP: vocanturque *Majores*; tum quia duplicantur in Officio de Tempore [hoc est integræ tam ante, quàm post *Magnificat* dicuntur, perinde ac si esset *Duplex*] quod alijs Antiphonis Officij de Tempore, quod Ritu tantùm *Semidupl:* aut *simplici* celebratur, non competit; tum quia ipsis cedunt Antiphonæ aliæ, Dominicis ac Ferijs extra 7. illos dies cadentibus in PROPRIO de TEMPORE alioquin assignatæ. Inchoantur autem die 17. Decembris, dicunturque singulæ suo die, sive dein Officium fiat *de Tempore*, sive de *Festo aliquo occurrente* (v. g. S. Thomæ) aut etiam *translato*, v. g. S. Bibianæ, utpote quod cadens in Dominicam I. Adventûs ob subsequentem duplicem Octavam S. Franc. Xaverij, & Conceptionis B. V. ante diem 17. Decembris celebrari salvis Rubricis in Societate JESU non potest: posse autem à die 17. Decembris inclusivè usque ad Vigiliam Nativitatis exclusivè fieri Officium quodcunque 9. Lectio, sive *Occurrens*, sive etiam *Translatum*, decrevit S. Rit. Congr. 1692. 17. Maij.

Prædictas Antiphonas majores Vesperis

P p 3

spe-

Iperarum præcedunt in *Laudibus*, ac *Horis* Officij de Tempore quædam *alia*, tanquam Præparatoriæ ad *Majores*, ibidem annotatæ, quæ per *LAUDES & HORAS MINORES* dicuntur in sex Ferijs ante Vigiliam Nativitatis, incipiendo pariter [in Ecclesia saltem universali] die 17. Decembris, & quidem ab Antiphonis, quæ Feriæ illius diei assignantur, puta ab Antiphonis Feriæ II. ibid: assignatis, si dies 17. Decembris, ubi fit de Feria, in Feriam II. incidat; ab Antiphonis autem Feriæ III. si dies 17. Decembris, ubi fit de Feria, in Feriam III. incidat, deinceps autem Ferijs subsequentibus dicendo illas, quæ illis alijs Ferijs tanquam propriæ assignantur, sive intra hanc, sive subsequentem Hebdomadam Feriæ illæ, aut aliquæ ex illis veniant. Notanda tamen simul sunt sequentia: Si dies 17. Decembris incidat in *Diem Dominicam*, tunc Antiphonæ illæ *Laudum* ac *Horarum* ( utpote Officio feriali propriæ ) inchoantur Feriâ II. sequente, quæ erit dies 18. Decembris; illæ autem, quæ dicendæ essent in die, in quo tunc occurrit Festum S. Thomæ, dicendæ in tali casu sunt in Sabbato unâ cum Psalmis Sabbati, Quarta tamen illarum Antiphonarum prætermisâ, & locò illius dicendo Antiphonam: *Expectetur sicut pluvia eloquium meum, & descendat super nos sicut ros DEUS noster* ( utpote conformem Cantico Moyfis

*Audite Cæli &c.*, in *Laudibus* Sabbati decantari solito, de quo sumpra & bene quadrat *Tempori Adventus* si Vigilia Nativitatis venerit in *dominica*: tunc enim in Sabbato precedente dicuntur quidem Psalmi rituales de Sabbato, ut in Psalmis at verò Antiphonæ sumuntur tunc de *Laudibus* Dominicæ, quartâ illarum prætermisâ, & locò illius dicendo prædictam Antiphonam *Expectetur &c.*; Antiphonam autem *Benedictus*, ac Orationem ( unâ cum prævijs precibus ) tunc recitandâ in Sabbato 4. Temporum utraque ponitur; Antiphonas verò, *Laudibus* illius Feriæ, in quâ eò anno venit Festum S. Thomæ, in Proprio Tempore assignatas, annò illò præmittendo; ac denique in sequenti Dominica ad *Laudes*, & *Horas* dicendo Antiphonas de Vigilia Nativitatis, & quidem Ritu duplici unâ cum reliquo Officio, ut ibi in Rubrica, Vigiliæ Nativitatis præxâ. Similiter omittitur Antiphona *Expectetur* ( alioquin ob causam præxâ antè relata, semper in Sabbato quartò locò dicenda ) tunc, quando Festum S. Thomæ venerit in Sabbato.

Cùm Hispanis, qui 17. Decembris celebrant Festum *Expectationis Patris B. V. Gregorius XIII.* concesserit Antiphonas, quæ in 6. Ferijs ante Vigiliam Nativitatis in *Laudibus* ferilibus dicuntur, ipsi anticipent ac inchoent 16. Decembris, exurgit hæc

Quæ

Quæstio: Quid ipsi agendum tunc, quando dies 16. Decembris incidit in Dominicam? R. cum Gav: eò annò omittendas esse ad Laudes Antiphonas Feriæ II. sicuti in Ecclesia universali omittuntur Antiphonæ illius Feriæ, in qua occurrit Festum S. Thomæ, quando Vigilia Nativitatis Domini occurrit in Dominica, cujus Antiphonæ tunc dicuntur in Sabbato præcedente in Laudibus Vigilia. Pari modo, ubi die 18. Decembr. celebratur Officium de Expectatione Part. B. V. omittendæ sunt ad Laudes Antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa Feria in Proprio de Temp. S. R. C. 1682. 12. Maij. Si idem Festum Expectationis venerit in feria quarta 4. Temporum, nec erit dicenda nona Lectio in Officio, nec legendum ejus Evang. in fine Missæ, sed illud S. Joan. atque adeo de Feria solùm fiet Commemoratio in Officio, & Missa. Ità enim decrevissent fertur ead. Sac. Rit. Congr. 1692. 12. Maij. Quia nempe etiam Evangelium Feriæ illius est de B. V. ac illud ipsum, quòd legitur in hoc Festo. Quòd si alicubi contingat, reponi Antiphonas, 6. Ferijs ante Vigiliam Nativitatis assignatas, in Feria diversa ab ea, cui sunt assignatæ, tunc Antiphona quarta ea erit, quæ conformis est canrico cantando, uti præscribitur de Antiphona Expectetur, quæ unice Sabbato reservatur. Gav. Tom. 2. S. C. C. n. 7. & 8. Ad

Antiphonas ad Benedictus quod attinet, quamvis juxta superius dicta sua cuique Feriæ propria in Proprio de Temp: assignetur, duæ tamen sunt ità Privilegiatæ, ac certæ diei Mensis Decembris affixæ, ut ijs eò annò cedere debeant Antiphonæ aliæ in proprijs locis ad Benedictus assignatæ. Prior est Antiphona: *Nolite timere*; quinta enim die venit ad vos Dominus noster: quæ semper est ponenda die 21. Decembris, sive dein fit Festum S. Thomæ, sive Dominica, ne scilicet e nuntietur falsum extra quintum diem ante Nativitatem eam ponendo: adeoque si 21. Decembris (ur regulariter fit) celebretur Festum S. Thomæ, tunc in ejus Officio prædicta Antiphona: *Nolite timere* &c ponenda est pro Commemoratione Adventus; si verò contingat Festum S. Thomæ ob occurrentem Dominicam IV. Adventus transferri in Feriam II. tunc Antiphona illa: *Nolite timere* &c dicenda est ad Benedictus in Officio Dominicæ locò Antiphonæ: *Ave Maria* &c, alioqui Dominicæ illi extra 21. Decembris cadenti assignatæ. Posterior est Antiphona: *Ecce Completa sunt omnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria*: quæ Antiphona semper ultimo die ante Vigiliam Nativitatis dicenda est ad Benedictus, eique cedere debet illa, quæ Feriæ tunc occurrenti alioquin in Breviario assignatur, si sit alia, seu diversa.



Infra Hebdomadam III. Adventus occurrunt 4. Tempora in Hyeme, in quorum Ferias si incidat Festum Duplex, vel Semiduplex, aut Dies Octava alicujus Festi (v.g. Conceptionis B. V.) quando ejusmodi Dies Octava venit ante diem 17. Decembris (nam die 17. Decembris superveniente nil amplius fit de Octava nondum absoluta; ne quidem Commemoratio) fit in ijs de ejusmodi Festo, vel Die Octava Officium (sumendo pro I. Nocturno Lectiones in ejusmodi Festo, si Proprias non habet, de Communi Sanctorum; in die autem Octava, proprijs Lectionibus destituta, repetendo Lectiones I. Nocturni in Festo dictas) cum 9. Lectione de Homilia Feriæ currentis 4. Temporum, ejusque in Laudibus Commemoratione, per Orationem & Antiphonam propriam tali Feriæ, nisi Feriæ illa 4. Temporum incidat in Festum S. Thomæ Apostoli; tunc enim locò Antiphonæ: *Ex quo facta est &c.* (quæ alioqui dicitur in Feria VI. quatuor Temporum) & locò Antiphonæ: *Quomodo fiet istud* (quæ alioqui dicitur in in Sabbato Quar. Temporum) dicitur Antiphona: *Nolite timere &c.* ut supra. Quod si præter Festum 9. Lectionum, aut Diem Octavam alicujus Festi in Feriam ejusmodi 4. Temporum incidat simul Festum Simplex, v.g. S. Eusebij Episc. & Mart: fit etiam de illo (post Commemorationem de Feria) in Laudibus,

& pridianis Vesperis Commemoratio. Quod dictum de Officio, intelligendum quoque sub modò est de Officio in ejusmodi casu: Nam etiam [loquendo de Ecclesijs, quæ nec Cathedralis, nec Collegiata sunt] dicitur de Festo, aut Die Octava, si incidant in Feriam quampiam 4. Temporum, cum Commemoratione de Feria, uti & de Vigilia, ac Festo simplici, si unà incidant in Feriam aliquam 4. Temporum, nec in legendo ultimum Evangelium in eadem Feria 4. Temporum modò superius declarato. At verò in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis tantur duæ Missæ Conventuales in ejusmodi casu (quò nempe aut in festum 9. Lectionum, v.g. S. Thomæ aut Dies Octava alicujus Festi, v.g. Conceptionis B. V. ante diem 17. Decembris incidit in Feriam aliquam Quar. Temporum) una scilicet de Festo, aut Die Octava post TERTIAM, & in Commemoratione de Feria currente. Altera verò de Feria currente quatuor Temporum post NONAM, sine Commemoratione de Festo, & in fine utriusque dicitur Evangel: S. Joannis. In Priore fit Commemoratio de Festo Simplici, si quod occurrat non autem de Vigilia, si quæ occurrat; in Posteriori verò fit Commemoratio de Vigilia, non item de Festo simplici, si simul occurrat; quæ autem terriò locò in utraque ejusmodi Missa Conventuali dicenda. ratio  
ed,  
simu  
suò  
  
eju  
infra  
qua  
Dies  
nis  
cidi  
por  
citu  
(sur  
no C  
ceptio  
prou  
cemb  
tem  
Temp  
tis, li  
Comm  
tem  
lum  
mem  
Ar v  
Miss  
cum  
toru  
Miss  
Olay  
fine  
Com  
ne 3  
DEus  
Rubr  
ra E

ratio

ratio tunc sit; quæ item 2. & 3. locò, si nec *Vigilia*, nec *Festum Simplex* simul occurrat, dictum est supra, ac suo locò.

Quòd si non ipsa *Dies Octava* alicujus Festi, sed tantum *Dies* aliqua *infra Octavam* incidat in *Feriam* aliquam 4. Temporum (uti annò 1707. *Dies septima infra Octavam* Conceptionis B. V. nempe 14. Decembris, incidit in *Feriam* IV. quatuor Temporum in hyeme) tunc *Officium* dicitur quidem de *Die infra Octavam* (sumendo *Lectiones* pro I. Nocturno *Officij* de *Die infra Octavam Conceptionis* ex *Parabolis Salomonis*, prout notantur post *Diem XV. Decembris* in *Brev:* pro *Officio* autem alterius *SANCTI*, in *Feriam* IV. Temporum *infra Octavam* incidentis, sumendo *Lectiones* positas in *COMMUNI SANCTORUM*) de *Feria* autem 4. Temporum dicitur tunc solummodo 9. *Lectio*, cum ejus *Commemoratione* in *Laudibus*, ut supra; At verò *Missæ* (colore *Altaris*, extra *Missam* Principalem, concordante cum *Officio*, colore verò *Paramentorum* Celebrantis sequente ipsam *Missam*) dicitur *infra Octavam* non de *Octava*, sed de *Feria* curr. 4. Temporum, sine *Glor:* & *Cred:* cum *Prophetia*, & *Commem:* de *Octava*, ac *Oratione* 3. de *Spiritu Sancto*, non autem: *Deus, qui de Beata*, ut male contra *Rubric:* Gen. IX. *Missal.* n. 9. ac contra *Directorium Roman:* nonnemo

tunc posuit. *Præfatio* quoque in tali *occurrence* non dicitur de *Octava Conceptionis*, sed *Comunis*, uti *Tom. I. P. I. Tit. 12. lit. C. fol. 32.* recentioris editionis probat *Gavantus*, allegans in eam rem *Decretum Sac. Rit. Congr. 12. Decembr. 1626.* ubi id statuit pro casu, quò *Feria* IV. quatuor Temporum occurrit in *Octava* *Nativitatis B. V. M.* Atqui par ratio est de *Octava* *Conceptionis B. V.* si aut ipsa *Dies Octava*, aut *Dies* aliqua *infra* ejus *Octavam* in *Feriam* IV. quatuor Temporum incidat, postquam *Festum Conceptionis* perinde, ac *Festum Nativitatis*, in *universali Ecclesia* jussu *Innoc. XII.* celebratur cum *Octava*: cum utriusque *Missæ* omnino sit eadem, & *Decretum Sac. Congregat:* de dicenda *Præfatione Comuni* in *Missæ de Feria* (occurrente *infra* aliquam *Octavam*) *Teste Gav:* loc: cit: non tantum intelligendum sit de *Missæ solenni*, sed etiam de *privata* ob *Rationem*, quam ibi insinuat, quæ tamen non pugnat pro *Missis Festivis*, & *Votivis*, quæ *infra* aliquam *Octavam* *Festi* alicujus, *proprium* habentis *Præfationem*, dicuntur. Quod verò hîc dictum de dicenda *Præfatione Comuni* in *Missæ de Feria* 4. Temporum occurrente *infra* aliquam *Octavam*, intelligendum quoque est de *Missæ alicujus Vigilia*, *infra* aliquam *Octavam* occurrentis, uti *ibid.* *Gavant.* licet autem, quando *Festum Duplex*, vel *Semiduplex*; aut *Dies Octava* alicujus.

Q9

Fe-

Festi (v. g. Conceptionis B. V.) incidat in Feriam aliquam 4. Temporum juxta Rubr. Gen. III. in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantari debeant duæ Missæ, modò paulò antè relatò, una de *Festo*, altera de *Feria*: id tamen non procedit de *Die infra Octavam* in ejusmodi *Feria* 4. Temporum occurrente, sed tantùm de ipsa *die Octava* in ea occurrente: ac proinde, si *Dies 7. infra Octavam Conceptionis B. V.* incidat in Feriam IV. quatuor Temporum, neque in Ecclesijs Cathedralibus, nec in Collegiatis cantabuntur duæ *Missæ Conventuales*, una de *Octava*, altera de *Feria*, sed una tantùm, eaque de *Feria*, cum Commemoratione *Octavæ* &c. ut suprà: ità enim declaravit Sac. Rit. Congr. apud Arnaud: satisque colligitur ex cit: Rubr. Missal. n. 2.

Cæterùm, ut suprà insinuatum, quando advenit *Dies XVII. Decembris* (in qua regulariter ponuntur Antiphonæ propriæ ad Laudes in *Officio de Tempore*, & in quocunque *Officio* Antiphonæ Majores O ad *Magnificat*) cessant ac suspenduntur omnes *Octavae particulares*, ità, ut usque ad *Diem Octavam Epiphaniæ* inclusivè non modò nullum ampliùs *Festum Ecclesiæ* alicujus *particularis* (v. g. *Patroni*, vel *Dedicationis*, aut *Tituli* propriæ Ecclesiæ) celebrari intra illud *Tempus* possit cum *Octava*, sed etiam *Octavæ* jam antecedenter cœptæ, seu *inchoatæ* tunc *abrumpantur*, seu *inchoatæ* tunc *abrumpantur*.

ità, ut nil ampliùs, ne quidem *Commemoratio* fieri de ea possit in *Officio*, aut *Missæ*, ut expressum habent Rubr. Gen: VII. Breviar: in fin. n. 1. Quare si occurrat *Dies Octava* Festi habentis *Octavam* in *Die 17. Decembris*, ne quidem in pridianis *Vesperis* fieri debet *Commemoratio* in *Die illa Octava*: cum enim sequenti *die Dies Octava Festi* *Officium* non habeat, nec etiam conveniet, ut habeat *primas Vesperas* etiam tantùm *partiales*, aut *Commemorationes* ex I. *Vesperis*, uti ad cit. Rubr. descurrit Gav: Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 9. ac 13. Vide tamen simul tum dicti superiùs Tit: *De Dominica Quinquagesima*, & *Feria III. eam subsequente*, tum etiam inferiùs dicenda P. II. *Die 1. & 3. Febr.*

Quòd si denique in *Ferias 4. Temporum Adventus*, aliquam, vel aliquam illarum nec *Festum 9. Lecturam* nec *Dies Octava*, nec *Dies infra Octavam* incidat, *Officium* & *Missæ* dicentur de ea sine *Glor.* & *Cred.* prout notantur in *Proprio de Tempore*, ut suprà declaratum, cum *Commemoratione* *Vigiliæ S. Thomæ Apostoli* (si in aliquam illarum *Feriarum Vigilia* hæc incidat) attamen in *Missæ* tantùm, non in *Officio*, nec legendum in *Missæ* (in qua tunc 3. *Oratio DEUS, qui de B. M. V.*) ultimum de eo *Evangelium*, sed *S. Joannis*. Si aliter *simplex* incidat in *Feriam* aliquam 4. *Temporum*.

Temporum, tunc etiam de illo fiet Commemoratio in Officio, ac Missa, at tamen in hac post Commemorationem de *Vigilia*: si autem nec *Vigilia*, nec *Festum Simplex* in Feriam ejusmodi 4. Temporum incidat, 2. Oratio in Missa erit: *DEus, qui de B. M. V. 3. Ecclesia, vel pro Papa.* In ead: Præfatio Communis, & in fine: *Benedicamus*, ac Evangelium, S. Joan:

In Missa *Feria quarta* ac *Sabbati*

4. Temporum dicitur post *Kyrie eleison Oremus, stectamus genua*, & in priore duplex *LECTIO*, seu præter *Epistolam* etiam *Prophetia*; in Posteriore verò 6. *LECTIONES*, ut ibi. *Col. VI. In Vesperis Feria quarta & sexta* 4. Temporum dicitur *Oratio Dominicae præcedentis*, si de illis *VESPERÆ* dicantur. In omnibus 3. *Ferijs* 4. Temporum (etiam si incidant in *Festum fori*) est *Jejunium de Præcepto*, item in eorundem *Sabbato* *Collatio Ss. Ordinum in Ecclesijs Cathedralibus*.

NB. In *Ferijs quatuor Temporum*, uti & alijs, in quibus dicendæ sunt plures *Orationes cum Prophetijs*, dicitur *Kyrie eleison* in medio *Altaris*, revertitur celebrans ad *Cornu Epistolæ*, ubi stans ante *Librum*, extensis, & mox junctis ante pectus manibus, capitque *Cruci inclinans* dicit *Oremus*, & (nisi currat *Tempus Paschale*, uti in *quatuor Temporibus Pentecostes*) *stectamus genua*, ac illicò manibus supra *Altare* extensis, ut

seipsum ad *Altare* sustineat, genua stectit, tum sine mora surgens, eadem voce *Ministro* respondente: *Levate*, manibus extensis dicit ante *PROPHETIAM*, seu *LECTIONEM*, illam solummodo *Orationem* (eamque cum competente eidem *conclusionone*) quæ cum *Officio* illius *Feriae* concordat, cæteras verò *Orationes*, *Missæ* illius *Feriae* convenientes, dicit primùm ante *Epistolam*, hoc est, *ultimam Lektionem* ejus *Missæ*; eò quòd (ut notar *Bauldry*) *Epistola* magis attineat ad *Sacrificium Missæ*. *Erudiciones varias de Nomine, Origine, Institutione, Numero, Mysterioris, ac Ritibus &c Quatuor Temporum* vide apud *Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 2. &c.*

Si *Vigilia Nativitatis Domini* venerit in *Dominica*, tunc *Sabbatò* *Dominicam* illam *precedente* sumuntur juxta supra dicta *Antiphona* pro *Laudibus ferialibus Sabbati* ex *Dominica IV. Adventus*, exceptâ *Antiphonâ quartâ*; hæc enim ea die tunc prætermittitur, & locò illius dicitur *Antiphona Exspectetur &c*, utpote concordans cum *Canticò Officij Sabbatini*: ad *Benedictus* verò locò *Antiphonæ*: *Quomodo fiet &c*, dicitur *Antiphona: Ecce Completa sunt omnia &c*, & *Oratio* in *Sabbato* 4. *Temporum* posita, cum *Precibus ferialibus*; illæ autem *Antiphonæ*, quæ assignantur *Feriae*, in qua annò illò occurrit *Festum S. Thomæ*, eò annò prætermittuntur,

Q 9 2

ut

ut sic Antiphonis Dominicæ quartæ Adventûs (quæ omitti penitus non debent) illò Sabbatò 4. Temporum ponendis fit locus.

Si in Sabbatum ante Dominicam IV. Adventûs incidat Festum S. Thomæ Apost: tunc *Officium* & *Missâ* fiunt de Festo, ut supra, ac suò locò, cum 9. Lectione de Homil: Sabb: 4. Temporum, hujusque Commemoratione in *Laudib:* ac *Missâ*, & in hac dicendò ultimum Evang: de eodem Sabb: 4. Temp. *Vespera* quoque dicuntur tunc de Festo, cum Commemoratione Dominicæ sequentis per Antiphonam: *O Oriens &c.* Col. Rubr. Si verò pridie Dominicæ IV. Adventûs Festum ejusmodi non occurrat, tunc Sabbatò ante Dominicam IV. Adventûs (etiam quando in istam incidit *Vigilia Nativitatis*) Ve-

speræ dicuntur usque ad Capitulum de Psalterio, ut in Sabbatis per annum, dicendo scilicet & Antiphonâ & Psalmos feriales, ut ibi: à Capitulo autem dicuntur de Dominica IV. Adventûs recitandò omnia, ut antantur in loco, in Proprio de Tempore, ac duplicando ad *Magnificat* antiphonam majorem occurrenti Magnificatis Diei correspondentem. Col. Vult.

Singulariter hîc venit antantandum, quòd quando *Vigilia Nativitatis Domini* incidit in Dominicam IV. Adventûs, tunc Sabbatò præcedente legatur quidem Evangelium Dominicæ (cùm idem sit utriusque Evangelium) non tamen legatur tunc eò Sabbatò in Officio Homil: Dominicæ IV. subsequentis, sed quæ assignatur Sabbato currenti

## TITULUS LXVII.

### De Dominica IV. Adventûs, ac Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA IV. Adventûs (nisi in eam incidat *Vigilia Nativitatis Christi*, aut alicubi Festum S. Thomæ, ubi is, tanquam *Patronus Loci*, aut *proprie Ecclesie*, est Duplex 1. Classis) OFFICIUM ac MISSA dicuntur Ritum Semidupl: 2. Classis de ea, in hunc modum: Ad MATUTINUM Invitatorium: *Prope est jam Dominus &c.* in

in Dominica præcedente. Hymnus *Verbum supernum prodiens &c.* ut in Dominica I. Adventûs. Antiphonæ ac Versus Nocturnorum, ut in Psalterio Tempore Adventûs. Psalmi Nocturnorum, ut ibid: in Dominicis per annum. Lectiones, & Responsoria (eæque novem) propria notantur in Proprio de Tempore

Ad LAUDES, ut ibid. At Hymnus [Ex clara vox] & Versus subsequens [Vox clamantis &c] ut in Dominica I. Adventus. Ad Benedictus Antiphona: Ave Maria &c, ut in eodem Propr. de Temp: nisi Dominica hæc incidat in Festum S. Thomæ, seu Diem 21. Decembris, aut in ultimum Diem ante Vigiliam Nativitatis, seu in Diem 23. Decembris; nam si incidat in Diem 21. Decembris, quo alioquin, id est alijs annis, celebratur Festum S. Thomæ, tunc locò Antiphonæ: Ave Maria &c dicitur Antiphona: Nolite timere &c; Si verò incidat in Diem 23. Decembris, quæ est ultima ante Vigiliam Nativitatis, tunc locò memoratæ Antiphonæ Ave Maria, dic: Antiphona: Ecce Completa &c. Ad PRIMAM (in cujus Responsor: brevi dic: Vers: Qui venturus es in mundum &c) ac reliquas HORAS Antiphonæ sumuntur ex Laudibus Dominicæ currentis: cætera dicuntur ad Normam præcedentium Dominicarum, ut in Plalterio, ac proprio loco.

MISSA quoque dicitur, uti notatur in Propr: de Temp: cum Cred: sine Glor: Orat. 2. DEUS, qui de B. M. V. 3. Ecclesia, vel pro Papa. Præfatio Commun: In fine Benedicamus, & Evangel: S. Joan. Col. Viol.

VESPERÆ (nisi cras occurrat Festum S. Thomæ) dicuntur de eadem Dominica IV. Adv: & Antiphonæ quidem sumuntur ex Laudibus ejus-

dem: Psalmi verò dic: ut in Dominicis per annum: Capitulum & Hymnus cum Versu subsequē: ac Oratione, uti in 1. Vesperis currentis Dominicæ: Ad Magnificat Antiphona Major O, currenti Mensis diei correspondens, eaque duplicatur. Col. Viol. Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum modò supra descriptò.

Quòd si cras occurrat Festum S. Thomæ, aut hodie occurrens in crastinam Feriam II. transferatur, tunc totæ hodiernæ Vesperæ dicuntur de S. Thoma, ut suò locò notantur; de Dominicâ verò hodierna fit in ijs tantùm Commemoratio, dicendæ Antiphonam majorem O, versum [Rorate Cæli] ac Orationem, ut paulò antè. Col. Rub.

Si in DOMINICAM IV. Adventus incidat Festum S. Thomæ Apost: tunc Festum illud in universali Ecclesia transfertur in Feriam II. subsequēntem: in Dominica verò illâ Officium ac Missa dicuntur de ea usque ad Vesperas exclusivè; Vesperæ autem de S. Thoma cum Commemoratione Dominicæ, modò ac Ritu paulò antè descriptò. At verò in illis Ecclesijs, in quibus S. Thomas colitur ut Patronus loci, vel Titularie Ecclesie, adeoque est Duplex 1. Classis, Festum S. Thomæ occurrens in Dominica IV. Adventus non transfertur, sed celebratur solenniter sub Ritu dupl. 1. Classis; eò quòd Dominicæ majores 2. Classis (quales sunt

II. III. & IV. Adventus) in occurfu cedant Patrono, vel Titulari Ecclesia, uti & ejus Dedicacioni; debet tamen etiam in tali Ecclesia fieri Commemoratio de Dominica in utrisque Vesperis, Laudibus ac Missa, cum 9. Lectione de Homil: ejusdem in Officio, ac ultimo Evang: in Missa, ac proinde pro Commemoracione Dominicæ in Laudibus dicenda est Antiphona: *Nolite timere &c.* & in Vesperis Antiphona: *O oriens &c.*

Si in Dominicam IV. Adventus incidat *Vigilia Nativitatis Domini* (quæ est privilegiata contra quodcunque Festum juxta Rubr: Gen. X. Breviar.) tunc juxta propr: Rubricam Officium fit hõc modò: Ad MATUTINUM dic: Invitatorium proprium de *Vigilia: Hodie scietis &c.*, uti notatur in Proprio de Temp: post Feriam VI. infra Hebdomadam IV. Adventus. *Hymnus* de Adventu: *Verbum supernum prodiens &c.*, ut in Dominica I. Adventus. *Antiphona*, *Psalmi*, *Versiculi*: *Lectiones*, & *Responsoria* in I. & II. Nocturno dicuntur de Dominica IV. Adventus, ut supra. In III. Nocturno *Antiphonæ* & *Psalmi* pariter dicuntur de Dominica, ut in Psalterio Tempore Adventus; Ar *Versiculus* III. Nocturni (*Hodie scietis &c.*) dicitur de *Vigilia*: tres quoque *Lectiones* cum suis *Responsorijs* dicuntur in III. Nocturno de *Homilia Vigilia*, & non legitur *Homilia* Dominicæ pro ultima *Lectione*, *Laudes*, & re-

liquæ *HORÆ* usque ad *VESPERAS* dicuntur potius de *Vigilia*, & quidem Ritu duplici, ut ibi, ac suo loco, cum Commemoracione Dominicæ II. Adventus. *Missæ* quoque tunc dicitur non de *Dominica*, sed de *Vigilia Nativitatis*, cum Commemoracione quædam Dominicæ IV. Adventus, tamen sine ejus Evangelio in fine (potest quod heri jam lectum est) innotatur in PROPRIO de Tempore nisi quòd, quando *Vigilia* hæc venit in *Dominica*, non modò fiat Commemoratio Dominicæ occurrentis (quæ quidem hujus tantum) sed etiam post Graduale dicatur *Alleluja*, ac Versus sequens, ut ibi, & præterea ratio Dominicæ dicatur tunc *Credo* (et nec tunc in ea dicatur *Gloria*, quod est præse, non utique supervacaneè, si moner Bauldry P. 4. c. 2. n. 1.) et probat Gay: quem sequitur Directorium Romanum anno 1702. factum colligitur ex Rubr. Gen. XI. Mill. n. 1. in princip: ac fin: unde etiam oppositum aliquando ponentes in suis Directorijs. In eadem *Missæ* de *Vigilia* dicitur *Præfatio* Commemorative in fine autem *Benedicamus*, & *Evangelium* S. Joan: etiam cum venit in Dominica. *Col. Viol.* Quid porrò in casu quò *Vigilia Nativitatis Domini* incidit in Dominicam, sit observandum, videtur infra in fine hujus Tituli, & P. II. die 24. Decembris.

Quomodo autem non pereat Officium *Dominicæ IV. Adventus* etiam illò

illo anno, quò incidit in illam *Vigilia Nativitatis*, sed partim præcedente Sabbato, partim in ipsa *Vigilia* majore sui Parte ponatur, etiam quoad Evangelium, emenditè ostendit Gavantus Tom. 2. Sect. 6. c. 3. n. 1. & 2.

OFFICIA FERiarUM, quæ post Dominicam IV. Adventus infra Hebdomadam illius IV. ponuntur, Radulphus apud Gav: loc: cit: appellat *supercrepescens*; eò quòd in breviori Adventu vel ex toto, vel ex parte omittantur; ex toto quidem tunc, quando Festum Nativitatis cadit in Feriam II. ex parte autem, quando in alias Ferias post Dominic. IV. Adventus incidit. Quia tamen etiã post Dominicã IV. Adv: aliquando occurrit una, vel altera, aut etiam plures quandoque Feriæ, in qua, vel quibus Officiũ sit de ea, seu feriale, & nulla ex illis 5, est, in qua non aliquando id fiat, ideo pro Ferijs quoque infra Hebdomadam IV. Adventus occurrentibus [ nimirum II. III. IV. V. & VI. ] assignantur propriæ *Lectiones* de S. Script: & sua cuique *Responsoria* in Proprio de Tempore; quæ proin *Lectiones* ac *Responsoria*, si de una aut pluribus dictarum Feriarum fiat Officium, in ferialis Nocturni Officio erunt recitanda. Reliqua verò dicentur ad Normam Feriarum præcedentis Hebdomadæ, recitando videlicet ad MATUTINUM *Invitatorum* ac *Hymnum* ut in Dominica præcedente, seu III. Adventus; *Psalms* au-

tem cum suis *Antiphonis* de Feriã currente, ut in Psalterio; cum Versu quoque Nocturni, ut ibid: in Adventu. Ad LAUDES verò & per HORAS ponendo *Antiphonas Psalmorum* Feriæ currenti proprias, prout notantur post *Antiphonas* majores in Proprio de Tempore pro *Laudibus* sex Feriarum ante *Vigiliam Nativit: Domini* occurrentium, nec non circa *Antiphonas* ad *Benedictus*, & *Antiphonas* majores ad *Magnificat* (in eodem Proprio de Tempore assignatas) observandò id, quod præcedenti Hebdomade est dictum, ut scil: in illa Feriã, in quam incidit Festum S. Thomæ non translaturum, seu dies 21. Decembris, pro Commemoratione de Feriã Adventus locò *Antiphonæ*, Feriæ currenti aliòquin in Proprio de Tempore assignatæ, ponatur ad *Benedictus* *Antiphona Nolite timere &c.*, & in ea, quæ *Vigiliam Nativitatis* proximè antecedit, seu incidit in diem 23. Decembris ibidem ad *Benedictus* ponatur *Antiphona: Ecce completa sunt omnia &c.*, extans Feriã VI. hujus Hebdomadæ: Majores verò *Antiphonæ* in feriali Officio ante & post *Magnificat* (suo unaquæque Die) integræ dicantur, adeoque duplicentur; ac denique *Laudibus* Feriæ II. si de ea fiat Officium, subjungendò *Officium Defunctorum* cum *Pridianis* eorum *Vesperis*, ut supra.

MISSA quoque dicitur in Ferijs hujus Hebdomadæ, si de ijs fiat Offi-



tiun, de Dominica præcedente, sine Gloria, & Credo, omisso quoque post Graduale Alleluja, ac Versu sequente, cum iisdem tamen Orationibus, excepta Feria II. in qua 2. Oratio est *Fidelium*, 3. autem: *DEUS, qui de B. M. V.* Præf: Communis; in fine *Benedicamus*, & Evangel: *S. Joan. Col. Viol.*

Si in FERIAM II. aut aliam FERIAM hujus Hebdomadæ incidat *Vigilia S. Thomæ*, tunc juxta superius dicta de *Vigilia* nihil fit in *Officio*, ne quidem aliqua Comemoratio, sed totum dicitur de Feria currente, sine Comemoratio-  
ne, ac ult. Lectione de *Vigilia*, ut supra: *MISSA* tamen tunc dicitur (etiam principalis) de *Vigilia*, de *Feria* autem *Adventus* fit tantum Comemoratio, nec legitur de ista ultimum in *Missâ* Evangelium: de reliquo dicitur illa sine *Gloria* & *Credo*: & consequenter cum *Benedicamus* in fine: ad *Orationes* quod attinet, si *Vigilia* prædicta *S. Thomæ* incidit in *Feriam II.* hujus Hebdomadæ, 2. Oratio erit *Fidelium*, 3. autem de *Feria Adventus* ex Dominica IV. præcedente: si vero incidat in aliam *Feriam* hujus Hebdomadæ, tunc 2. Oratio erit de *Feria Adventus*, 3. autem: *DEUS, qui de B. M. V.*

Si in FERIAM II. aut aliam hujus Hebdomadæ incidat ipsum *Festum S. Thomæ*, aut in hesternâ Dominica occurrens in hodiernam *Feriam II.* transferatur, *Officium* & *Missâ* etiam

Conventualis in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis) fiunt de *Festis* ut in proprio loco notantur, in Commemoratione de currente *Feria* illa *Adventus* tam in *Officio*, quam in *Missâ* sumendo pro Commemoratione *Feria* *Adventus* Orationem Dominica præcedente, attamen ne 9. Lectione in *Officio*, ac sine ultimo Evangelio in *Missâ* de illa *Feria* *Adventus* infra hanc Hebd: occurrerit: Antiphona autem *Nolite mere &c* eò anno ac loco, quo festum *S. Thomæ* in Dominica occurrens transferatur in *Feriam* subsequentem, non transferatur cum *Festis*, dicitur in ipsa Dominica loco Antiphonæ *Ave Maria*, *Feria* autem illa, in quam transferatur *Festum S. Thomæ*, dicitur pro Commemoratione *Adventus* Antiphona *Feria* illi in Breviario assignata, juxta superius dicta. Si denique in *Feriam II.* aut aliam hujus Hebdomadæ incidat *Vigilia Nativitatis Domini*, *Officium* totum fit de ea, uti notatur in proprio loco, cum *Oratione* unica, ac *Ritu* duplici (attamen tantum *Laudes*, & per *Horas*) ut ibi: neque dicitur *Officium Defunctorum*, si *Vigilia* in *Feriam II.* Hebdomadæ *Adventus* incidat, uti nec *Vesperæ Defunctorum* Dominica eam præcedente. Quod si eadem *Nativitas Domini* *Vigilia* veniat in *Sabbato*, tunc pariter *Officium*, & *Missâ* fiunt de ipsa, ut ibi, & infra P. II. Die 24. Decembris:

bris: Quia verò tunc Psalmus *Jubilate* dicitur in *Laudibus Vigilæ*, ideo tunc in Nocturno illius Officij locò Psalmi *Jubilate* dicendus est Psalmus: *Bonum est Confiteri &c.* ne scilicet idem Psalmus in eadem Hora (ut notat Gav:) bis dicatur, nempe in *Martino*, & *Laudibus*, quæ juxta eundem ac Alios constituunt unam *Horam*: ob quam eandem, & aliam insuper rationem, etiam in *Sabbatis*, in quibus fit Officium de *B. Maria* in *Sabbato*, in Nocturno illius Officij pariter dicitur Psalmus: *Bonum est Confiteri Domino*. In quamcunque autem hujus *Hebdomadæ* Diem incidat *Vigilia Nativitatis Domini*, *Martyrologium* pro sequente Festo legendum est in ea ad *Primam* cum majori, quam alias solet, solennitate, de quo, & alijs ad *hanc Vigiliam* pertinentibus infra *P. II.* die

24. Decembr: ubi & de *Missâ* ejusdem *VIGILIÆ*, quam habet hæc *Vigilia* propriam, nec potest locò ejus in ea dici *Missâ privata* *Votiva*, nec etiam de *requiem* (nam utraque hac die prohibetur) dicitur verò *Missâ Vigilæ* cum *Oratione* unica, absque *Gloria*, & (nisi venerit in *Dominica*) etiam sine *Credo*: omittitur quoque post *Graduale Alleluja*, & *Versus* sequens, nisi venerit in *Dominica*. *Præfatio* semper *Communis*, & in fine *Benedicamus*, ac *Evang. S. Joan. Col. Viol.* Porro post *Nonam* *Vigiliæ Nativitatis* terminatur *ADVENTUS*, & cessat *Versus: Angelus Domini &c.* cum *Oratione: Gratiam tuam ad Antiphonam Alma Redemptoris &c.* uti & *Collecta: DEUS, qui de B. M. V. Vesperæ* de *Nativitate Domini*, ut suò locò cit: *P. II.* die 24. & 25. Decembr.

## TITULUS LXVIII.

### De Dominica infra Octavam Nativitatis Domini.

**S**I FESTUM *Nativitatis Domini*, aut *S. Stephani*, vel *S. Joannis Evangelista*, aut *Ss. Innocentium* venerit in *Dominica*, tunc *Dominica* illa *vacat*, id est, nihil die illo fit de illa in *Officio* aut *Missâ*, nè quidem aliqua *Commemoratio*, sed tam *Officium*, quam *Missâ* fit de *Festo* in tali *vacante*

*Dominica* occurrente: fit tamen die proximo post *Festum S. Thomæ Martyris* (nisi hoc venerit in *Dominica*, aut *Dies* ipsum sequens fuerit *Sabbatum*) tam *Officium*, quam *Missâ*, de *Dominica* infra *Octavam Nativitatis*, etiamsi *Dies* ipsa non sit *Dominica*, prout utrumque notatur in *Bre-*  
R 7

VIA

viario, ac Missali Romano, sub Titulo seu Rubrica: DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI: & Officium quidem tunc dicitur in hunc modum: In 2. Vesperis S. Thomæ dicitur (sub Ritu semiduplici) Antiphona; Tecum principium, cum reliquis Antiphonis, & Psalmis de Nativitate: à Capitulo autem fit de Dominica infra Nativitatem, dicendò Capitulum (Fratres quanto Tempore) Hymnum, Versum, Antiphonam ad Magnificat (Dum medium silentium) & Orationem, uti notantur post Festum S. Thomæ Martyris in PROPRIO de TEMPORE sub prædicto Titulo, ac faciendò Commemorationem de S. Thoma Mart: & quatuor Octavis, ut ibi. Col. Alb. Hymnus Completorij: Te lucis ante terminum terminatur per Verba: Jesu tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine &c. Ad Matutinum verò ac Horas sequentis Diei (hoc est, proximi post Festum S. Thomæ Martyris) omnia dicuntur sicut in die Nativitatis Domini, præter Antiphonas & Versum ad Benedictus, & ad Magnificat, necnon Orationem, Lectiones, harumque Responsoria, ac Capitula, quæ omnia ac sola sunt Propria, & dicuntur, ut ibi, ponendo hac Nocte (id est in I. Nocturno hujus Officij) Initium Epistolæ B. Pauli Apost: ad Romanos: de qua, & alijs ejus Epistolis etiam deinceps legitur usque ad Septuagesimam, ita tamen, ut, si ob adve-

nientem citius Dominicam Septuagesimæ quandoque contingat minus numerum Dominicarum, ac Hebdomadarum post Epiphaniam, & fiat, ut omnes Epistolæ Paulinæ (præ numero Dominicarum & Hebdomadarum, quæ inter Epiphaniam & Septuagesimam intercedere possunt, distributæ) primò poni possint, tunc illæ, quarum ne fieri quidem poni potuerunt, annò omittantur, quamvis de aliquibus Epistolis nihil sit lectum, de quibus suis locis.

MISSA quoque pariter tunc dicitur de DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI, prout notatur sub eodem hoc Titulo in Missali Romano post Festum S. Thomæ Mart: ac incipit: Dum medium silentium &c: diciturque cum Gloria: ac Commemoratione 4. Octavarum nec non cum Præfatione & Commemoratione de Nativitate, ac Evangelio Joan: in fine. Col. Alb. Vesperarum usque ad Capitulum dicuntur de Nativitate, Ritu tamen duplici, à Capitulo verò de S. Silvestro Papæ Conf. dicendo omnia (etiam Orationem: Da quesumus &c) de Comuni Conf. Pontif: cum Commemoratione 4. Octavar. Col. Alb.

Quòd si verò Festum S. Thomæ Martyris venerit in Dominica, tunc ipsum in Ecclesia Universalis celebratur in Feriam II. subsequenter in Vesperis autem Sabbati Domini-

cam illam præcedentis, quæ à Capitulo fuerunt de Ss. Innocentibus, post Orationem de Ss. Innocentibus dicitur Antiphona: *Dum medium silentium*, & Versus: *Verbum Caro factum est &c.* ac Oratio (*Omnipotens sempiternæ DEUS, dirige &c.*) De Dominica infra Octavam Nativitatis, ex 1. ejusdem Vesperis, ut ibi, & post eam fit etiam Commemoratio reliquarum 3. Octavarum: ipsâ autem Dominicâ, in quam cadit eò annò Festum S. Thomæ M. fit OFFICIUM & MISSA Ritu semiduplici de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, modò paulò antè relatò, nisi quòd in 2. Vesperis illius Dominicæ (in quibus tamen Psalmi ac Antiphonæ dicuntur Ritu semiduplici de Nativitate Domini, à Capitulo autem duntaxat de Dominica, ut ibi) fiat Commemoratio S. Thomæ Mart. in sequentem Feriam II. translari, ac post eam etiam Commemoratio 4. Octavarum. Col. Alb.

Si denique dies post Festum S. Thomæ Episc: ac Mart: immediatè sequens fuerit Sabbatum, tunc Sabbatò illò Officium, & Missa non dicuntur de Dominica *infra Octavam Nativitatis*, sed de corrente *Octava Nativitatis* Ritu semiduplici in hunc modum: In 2. Vesperis S. Thomæ omnia dicuntur: sicut in 2. Vesperis diei Nativitatis (nisi quòd Antiphonæ non duplicentur) & post Orationem *Nativitatis* fit Commemoratio S.

Thomæ M. deinde S. Stephani, nec non S. Joannis Apost: & Evangelistæ, ac denique Ss. Innocentium. Col. Alb. In Sabbato autem ad *Matutinum* omnia dicuntur, sicut in die Nativitatis, præter Lectiones I. & II. Nocturni, ac utriusque *Responsoria* (quæ omnia dicuntur, ut in *Dominica infra Octavam Nativitatis*, modò ibi descriptò) necnon Lectiones III. Nocturni, quæ sunt propriæ; & dicuntur, uti norantur ante Festum S. Silvestri in Propr: de Tempore, ac denique etiam *Responsoria* hujus tertij Nocturni, quæ pariter dicuntur, uti in *Dominica infra Octavam Nativitatis*. Ad *Laudes* (in quibus fit Commemoratio 3. Octavarum nempe Ss. Stephani, Joannis, ac Innocentium MM.) uti & ad Horas minores omnia dicuntur sicut in Nativitate Domini, etiam Oratio. Col. Alb.

*Missâ* quoque tunc dicitur de *Octava Nativitatis* prout notatur in Missali Romano immediatè ante Festum S. Silvestri, ac incipit: *Puer natus est nobis &c.*, cum *Glor: Cred:* ac Commemoratione 3. Octavarum Ss. Stephani, Joannis, ac Innoc: MM. Præf: & *Communicantes* de Nativitate. Col. Alb.

*Vespera* verò tunc Ritu duplici (hoc est, duplicatis ante & post Psalmos Antiphonis) dicuntur hodie, ut in Festo Nativitatis Domini, Capitulum autem & Reliqua de S. Silvestro, ut in 1. Vesp: de Comuni  
R r 2 Conf:

Conf: Pontif: cum Commemoratio-  
ne Dominicæ infra Octavam Nati-  
vitatís Domini (ut in I. Vesperis  
ejusdem in Breviario per Antiph:  
*Dum medium silentium &c.* Vers: *Verbum  
caro factum &c.* & Orat: *Omnipotens  
sempiternæ DEUS &c.*) & 4. Octavarum,  
ut ibi: *Col. Alb.*

Si ipsum Festum S. Silvestri (ut  
in tali casu contingit) venerit in  
Dominica, fiet eâ Dominicâ (nempe  
crastinâ) *Officium* ac *Missæ* de Fe-  
sto S. Silvestri, cum Commemora-  
tione Dominicæ infra Octavam Na-  
tivitatís in I. *Vesperis*, ac *Laudibus* Fe-  
sti, ante Comemorationem omnium  
4. Octavarum, necnon cum 9. Le-  
ctione de Homilia ejusdem Domini-  
cæ. *Missæ* quoque crastina tunc di-  
cetur Ritu duplici de eodem Festo,  
cum Commemoratione Dominicæ  
infra Octavam Nativitatís (ex *Missæ*:  
*Dum medium silentium &c.*) & omnium  
4. Octavarum: *Præfatione* & *Com-  
municantes* de Nativitate, ac ultimo  
Evangelio de dicta Dominica, de  
qua tamen deinceps nil amplius fit  
(uti nec de Festo S. Silvestri) in subse-  
quentibus hodiernis Vesp: in Ecclesia  
universali, uti P. II. dicitur. *Col. Alb.*

Atque hæc de Modo Ordina-  
di OFFICIUM, ac MISSAM per Singu-  
las totius Anni DOMINICAS, ac FE-  
RIAS: de quarum Utrarumque OR-  
GINE, INSTITUTIONE, ETYMOLOGIA  
VARIETATE, religiosâ respectivè CO-  
SERVANTIâ jam inde à Temporibus  
Apostolorum, ac multiplici demum  
PRÆCONIO eruditissimè scribunt, ut  
differunt Guilielm: Durandus in Ra-  
tion. Divinor: Offic. Joan. Stephan:  
Durandus de Ritib: Eccl. Bartholom:  
Gavant: Tom. I. P. 4. Tit. 12. n. 21. &c.  
Item P. 2. Sect: 3. cap. 5. & 6. Joan:  
Azor Institur. Moral. Tom. 2. l. 1.  
c. 2. &c. Suarez Tom. 1. de Relig. T.  
2. l. 2. c. 4. &c. Tolet. l. 4. c. 23. &c.  
Layman. l. 4. T. 7. c. 1. Aliique ab-  
Quibus addi potest P. Cornel. La-  
pide in cap: 28. Matthæi Vers: 1. &  
c. 20. Joan. v. 26. ac apud eundem:  
Augustinus Serm: 251. de Temp: &  
Ambrosius Serm: 254. Card. Joan:  
Bona Tr. de Divina Psalmod. c. 10.  
§. 18. ac denique Benedictus Pererius  
in Comentar: in Libr: Genes: in fine  
Operis primæ diei, ubi 13. Diei  
Dominicæ PRÆROGATIVAS  
enumerat.

## Finis Partis Primæ.



Corrigenda & Addenda in I. Parte.

Pag. 2. Titulus Columnaris hujus paginae sic est ponendus :  
 P. I. Tit. I. De Dominica occurrente in Epiph. ac infra hujus Octav.

Pagina.	Columna.	Linca.	
5.	1.	24.	pro Parenthesi fiat Comma, & Linea sequente post vocem <i>Festum</i> , adde vel <i>Officium</i> .
12.	2.	2.	post 9. <i>Lectio</i> adde <i>in Offic. &amp; ult. Evang. in Miss.</i>
17.	1.	1.	ante verb: <i>dicendo</i> pro [ fiat (
ibid.	ibid.	6.	post Verba : <i>ut ibi</i> pro ] fiat )
26.	2.	8.	post <i>est</i> adde <i>de</i>
27.	1.	3.	post Parenthesin add: <i>de ijs</i>
31.	1.	20.	post <i>Dominica</i> 4. adde <i>post</i>
34.	2.	34.	pro <i>sumuntur</i> lege <i>sumenda</i> <i>Nonnemini videntur</i> ( <i>non tamen Alijs</i> )
40.	2.	33.	post <i>Julij</i> add: 1789.
60.	1.	5.	post voces 9. <i>Lectionum</i> adde ( <i>quod non sit 1. vel 2. Class.</i> )
70.	2.	31.	post vocem <i>Ferijs</i> adde <i>quartis</i>
ibid.	ibid.	35.	post <i>Graduales</i> adde <i>ut</i>
95.	2.	20.	pro <i>L. 10. c. 24.</i> lege <i>Tom. 2. l. 1. c. 25.</i>
103.	2.	4.	pro <i>Sedum</i> lege <i>Pedum</i>
112.	1.	10.	post vocem <i>anno</i> lege 1658.
ibid.	ibid.	25.	post <i>Baptismalis</i> omisso commate adde <i>Benedicitur</i> cum commate subjuncto.
117.	1.	37.	pro <i>Saato</i> lege <i>Sabbato</i>
118.	2.	9.	post <i>datur</i> fiat comma, & postea addatur : <i>quamdiu durat tempus Paschale, ut nec in Dominicis à 1. earum Vesperis.</i>
ibid.	ibid.	13.	post <i>necessitatibus</i> adde : <i>semper</i>
119.	1.	14.	pro <i>Phesa</i> lege <i>Phesbha.</i>
127.	1.	35.	post Parenthesin ante <i>ad</i> adde <i>accendatur</i>
129.	2.	17.	post <i>earundem</i> ante Parenthesin adde <i>Versus</i>
131.	2.	33.	pro <i>quod Navaro</i> lege <i>apud Navarr.</i>
135.	2.	4.	pro <i>Festum 2. Class.</i> lege <i>Festum anterius 1. Class.</i>
154.	1.	10.	pro <i>ideo</i> lege <i>proin</i>
155.			in Titulo Columnari pro Numero XXII. ponendus est <i>XXVII.</i>

[ Ad fol. ultimum Partis I. ]

)

ibid.

Pagina. Columna. Linea.

ibid.	1.	9.	post <i>Festo</i> adde <i>aut die Octava</i> ,
ibid.	ibid.	17.	pro <i>Festo</i> lege <i>simplici</i> .
ibid.	2.	22.	post <i>quidem</i> adde : <i>de</i>
164.	2.	19.	pro <i>Dominica</i> lege <i>Octava</i> .
170.	2.	19.	pro <i>Feria II.</i> lege <i>Fer. III.</i>
179.	2.	2.	pro <i>Trinitatis</i> lege <i>Trinitas</i>
182.	1.	ult.	pro <i>ni</i> lege <i>in</i>
192.			pro <i>custode com</i> pone <i>custodem met</i>
193.	1.	1.	pro <i>comet</i> lege <i>met</i>
198.	2.	17.	pro <i>Simplicia</i> lege <i>Semiduplicia</i>
202.	1.	ult.	pro <i>enitus</i> lege <i>penitus</i>
ibid.	2.	28.	post <i>Dominica</i> fiat )
203.	1.	30.	pro <i>ac</i> lege <i>de</i>
260.	1.	28.	post <i>vocem libri</i> dele <i>I.</i>
263.	1.	ult.	pro <i>ni</i> lege <i>in</i>
175.	1°	18.	pro <i>XXXIII.</i> lege <i>XXIII.</i>
282.	1.	15.	pro <i>31.</i> lege <i>13.</i> )
ibid.	2.	4.	post <i>Horam</i> adde <i>immediatè</i>
ibid.	ibid.	25.	post <i>Paschali</i> loco <i>commatis</i> fiat <i>J</i>
ibid.	ibid.	27.	post <i>autem</i> adde <i>in fine Completorii</i>
314.	2.	32.	post <i>Commemoratione</i> adde <i>Dominica, &amp;</i>
316.	1.	10.	pro <i>Guilielm</i> lege <i>Guilielm.</i>
ibid.	ibid.	12.	pro <i>Durandus</i> lege <i>Durandus</i>
ibid.	ibid.	14.	pro <i>P. 2.</i> lege <i>Tom. 2.</i>
ibid.	ibid.	18.	post <i>ab eo</i> adde : <i>citati :</i>